


27a - 116

A

118

1. Et si p[ro]p[ri]o respon-
sandi h[ab]itus modi
et soleat tradi per-
sona que ex veritate
am si superstitio sit
ali sit opus recede-
re. de impube, non in
testamento procul-
dunt, in d[icitu]r, penitentia.
doct. dicunt, quod testa-
pupillaris sine fideli-
tate turbae congre-
stato excluderet glori-
lure comuni censatio-
ni excludere substitui-
ret substitu: unum non
te defuncti excludat
ad terminos dictorum.
2. Inge, in dicto, s. cum
Hau, de cast. in lectu-
randi s. si liberi, de op-
demē, i. de decimis, s.
cipali post recitatum
demon, et in c. potuit
i. in quibus caribus.
lendo idem Bar. in c.
questio haber duo et
suum non informis.
Intra fratre. Ego
in fidei consilio, omo-
Bal, qui secundum
adducere op. s. et
sentur se conformari
lis referendo se ad
applicando itaque
successisset filia di-
sci i dictis bonis la-
titudine. Unde dicitis filiabu-
tur superesse personam
i. per consuetudinem
substitutam, ut turba
tibus intrepida arbitria-
tiam firmata perdonare
et insuper aduentibus
bus non fuit auctorita-
tare superesse. Sed
Sed vel, et dicitur
ter imperio. Et dicta
de morte Marianii
bavar. dum est referenda
post, et dicte filie su-
runt de filiis. Sed ex
rit fine filius nec de sua
virtus et propria signa
nisi fiat eis violentia
merita. Non aliter, de
marianis, non po-
nit. Marianus. Quic-
seculis et filii in illi
statoris fuisse locus
filii: quia Andreas
tor ponderauerit hunc
et eo casu subiungit in
tionem que potest
dam eam. Et portat
et si misericordia sur qui
cta illa vel trepidus
quia dicitur omnes, et
que determinantem
scilicet et filii et Andra-

0 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32 33 34 35



Mº del collegio de La compº de Segug. degº

B-5406



ALEXANDRO FARNESIO
CARDINALI

FVLVIUS VRSINVS



X omnibus antiquitatis monumentis, quibus Romanarum rerum actiones memoriae proditae sunt, illud praecipuum, maximiq. ad fidem faciendam ponderis semper duxi, quod ueteribus tum lapidum tum nummorum testi monus nitereatur; quod enim in publicum, \mathcal{E} a publicis populi Romani magistratibus ederentur, nihil poterat in ijs fucatum, nihil adulterium ac miseri, quod non statim argueretur. Sed mirum, quam multa quae nobis adolescentibus uigebant, rerum laudandarum Studia perierint, atque exuncta prorsus sint. Viuebant superioribus annis Romae permulti, noii quidem illi, \mathcal{E} doctorum hominum uel scriptis uel sermonibus celebres, qui illustranda antiquitatis studio dediti, multiplicem hanc nummorum \mathcal{E} lapidum eruditionem, non solum obseruatione collegerunt, sed doctè etiam, ingenioseq. aliqua in parte sunt interpretati. Itaq. multa, quae iacebant in tenebris, eruuerunt; \mathcal{E} in lucem (ut tunc poterant) protulerunt. Primusq. Gentilis Delphinius, homo Romanus, \mathcal{E} Romana excultus tum doctrinatum suauitate, ad eam historiam patefecit utam, quae ex numismatibus ab Urbe condita ad Augusti obitum signatis, elicetur; cum Achilles Maffeus, Cardinalis frater, eam partem suscepisset, quae ad Imperatorum monumenta pertineret. atq. cum uerq. annotationes etiam quasdam in numismata aggre β i essent, illas quidem impolitas ac rudes reliquerunt, fundamenta uero, ex quibus tale aliquid quale ipsi uoluissent, excitari aliquando posset, sine dubio iecerunt. Quorum ego incutatus exemplo atque auctoritate, Delphini maxime, quem imprimis adolescentis senem colebam, quiq. unus mea studia quibus poterat officijs (poterat autem quamplurimis) tuebatur \mathcal{E} souebat; Antonij etiam Augustini adiutus exquisita non solum doctrina, sed singulari hoc in genere scientiae, in qua paene solus excellit, cognitione \mathcal{E} intelligentia; qui à pueritia naturali quadam propensione, antiquae si minus laudis, (ut inquit poeta) artis certè \mathcal{E} eruditionis studiosus fuisset; coepi ea quae Delphimus in ueteres nummos inchoauerat, in eum quem edidi

* 2 ordi-

P R A E F A T I O I N N V M I S M A T A

A D L E C T O R E M



O P V L V M Romanum ab Vrbe condita ad Seruium Tullium regem, rudi (ut apud Plinium Timaeus tradit) usum aere, huius primum regis permisso, nota pecudini numeros aereos signasse, à qua pecuniam appellatam fuisse, scribit cum Plinio & Plutarcho M. Varro, qui in libro. I. de re rustica, aes antiquissimum pecore notatum dicit.

Quod autem in nonnullis numismatibus, in una parte Ianii bifrontis imago, in altera prora nauis, aut puppis impressa reperiatur, occasionem puto dedisse quibusdam ut alii malunt, Saturnum, aereos nummos primus percus-
pinionis alterius testis est Athenaeus lib. xv. in quo ita scribitur, „
γεγονός τοι μηδέποτε. το δέ ουπρότερον ἔχοιται πρόσωπον. ἀπόλουτον τὸν εἰρηνικόν
μετασεις, καλούμενον διατοῦ έπιτελος ὄρας. πρότον δὲ καὶ σφαιρον εὑρέν, καὶ τοι
αποκούν πράτον χαρέσσα. θύδη καὶ κατὰ τὴν ἐνδαδιπολλάς πόλεν, καὶ τον τοι τὴν
νομοποιούσαν ἀρχαρτίαν πρόσωπον δικτύαλον, καὶ εἰτοὺς θερέμερας οὐδεῖται, οὐ
ιανού ferunt fulle bifrontem, duas enim facies ante & re-
anum fluuium, & montem Ianum, quem incoluit, nomen ac-
coronam, pontes, & naues inuenisse dicunt: primumq.
allē itaq. complures ex Graecia, Sicilia, Italiae eq. ciuitatis
parte, faciem bicipitem, in altera pontem, uel coronam,
in effigiem, ex altera nauem impressit. Alterius autē opinionis
lib. i. cutn inquit, Saturnus nummos aereos primus instituit, opī
mēmoriā, fed posterioribus tēporibus, hac nota aes si
am aliū meminerunt, tum Quid. in libro i. Fast. cum cecinīt,

primum & perennatum, oceanorum patre auctore quibusdam
opinandi, Ianum, siue ut alii malunt, Saturnum, aereos numinos primum per-
fuisse, quarum quidem opinonū alterius testis est Athenaeus lib. xv. in quo ita scribit,
Ιάνος δὲ λόγος ἐπειδὴ παρθενοποιος γεγονέας. Τὸν δὲ ὄπιστον. Τὸν δὲ εὐπρόσθετον ἔχοντα πρόσωπον. ἀπὸ Ιάνου Τὸν εἴσοντο πολεμόν, καὶ τὸ προς Ιάνον ἀνομοτοῦσαν, καλοκαρόντας ἀυτὸν ὅπλοις ὥρας. πρότον δὲ καὶ σφραντον εὑρέν, καὶ τρίτης, καὶ πλούτον. καὶ νόμοντα χαλκοῦν πράτον χαράξεις. διό καὶ κατὰ τὸν ἑλλήναν πολεμόν, καὶ τὸν κατὰ τὸν Σικελίαν, καὶ Ιταλίαν ὅτι τὸν νομοποιεῖς ἔχαρετεν πρόσωπον δικτύον, καὶ εἰ τὸν θεάτρου μέρος διεδίκασεν, καὶ στούντον; Η πλούτον. hoc est, Ianum ferunt fuisse bifontem, duas enim facies ante & re-
trō habuisse; ab eoq. Ianum fluvium, & montem Ianum, quem incoluit, nomen ac-
cepisse. primum, etiam coronam, pontes, & nauis inuenisse dicunt: primumq.,
aereum numinis signasse itaq. complures ex Gracciae, Siciliae, Italiae q. ciuita-
tibus, in altera numinis matis parte, faciem bicipitem, in altera pontem, uel coronam,,
uel nauim notare coniueuisse. Macrobius lib. i. Satur. Ianus, inquit, primus aës signa-
uit, & ex una parte suam effigiem, ex altera nauem impressit. Alterius autē opinionis
auctor est Eutropius lib. i. cum inquit, Saturnus numinos aereos primus instituit. opi-
nor autem in Iani. Saturniq. memoriam, sed posterioribus téporibus, hac nota aës si-
gnatum fuisse, cuius cum aliū meminerunt, tum Ouid. in libro i. Faſt. cum cecinīt,

*At bona posteritas puppim signauit in aere,
Hostitis aduentum testificata dei.*

Altera signata est, altera forma dicta, &c. *Populus autem non instituta aet.*
Lactantius lib. I. Janus Saturnum errantem suscepit, cuius rei argumenta sunt humi neteres, in quibus est cum duplice fronte Janus, in altera parte natu. Plinius libro xxxiiii. cap. iii. Nota aeris ex altera parte fuit Janus geminus, ex altera rostrum nauis. Plutarchus in Poplicola, καὶ τὸν νομικὸν λόγον παλαιότερον βαῦν ἐπέχει παῖδες, ἡ πόλις δὲ, ἣντινον. hoc est. Et ueritatislimi numi boue, uel oue, uel sue fuerunt signati. Idem in problematibus. Ιδού τοῦ πατρὸς τοῦ αὐτοῦ μηδὲν τὸν τίχεν τὸν διάπολον τὸν εἰκόναν διπλούσιον πατεῖν. οὐ πάρεστιν οὐδὲν πατεῖν. Sec. ἐπειδὴ δὲ ἔχει πάλιν νομικὸν βαῦν ἐπέχει. οὐ πόλις δὲ, οὐ πόλις παῖδες. hoc est. Quid est, quod ueteris nummi altera pars Janū bifrontem impressum habuit, altera prorū natus, aut puppim &c. alio usi sūt numismate, cui bos erat in sculptus, uel ouis, uel fus. Sed haec quidem antiquiora: posteriores uero ex aere numismati notae eadem fere sunt cum iis, quae in argenteis & aureis numinis impressae reperiuntur. Nummos autē huiusmodi aereos librae pondus habuisse, tatis constat ex Dionysio Halicarnassi, qui uerbis in lib. I. & Plinio, qui lib. xxxiiii. cap. iii ita scribit, Populus Romanus ne argento quidē signato ante Pyrrhū regem deniū usus est. Libralis, unde etiam nunc libella dicitur, & dipondius, appēdebatur asis. Itaq. Liuius in lib. iv. aes graue appellat, & plaustris in Aerarium conuiehiā quibusdam solitum fusile scribit. Indicibus, inquit, x̄ millia aeris grauius, quae tunc diuitiae habebantur &c. Et quia nondū argentum signatum erat, aes graue plaustris quidā in Aerariū connuidentes lib. v. denis mil lib. aeris grauius nos condēnat. Plinius ibidē. Quare aeris grauius poena dicta. Sed bello Punico primo, ut tradit Plinius, ut autē Festus, secundo, pop. Rom. pressus aere alieno, librae pondus imminuit, & ut asses sextantario pondere terrentur, instituit. Librae autem pondus (inquit Plinius) aeris immixtum, bello Punico primo, cum impensis Rēsp. non sufficeret, constitutumq. ut asses sextantario pondere ferirentur. Verba Festi sunt haec. Sextantarii asses in usu esse cooperunt, ex eo tempore, quo propter bellum Punicum secundum, quod cum Hannibale gestum est, de creuerunt partes, ut ex assibus qui tum erant librarii, fierent Sextantarii &c. Graueas dictum a pondere, quia deni asses singuli pondo librae efficiebant denarium ab hoc ipso numero dictum. Sed bello Punico populus Romanus presius aere alieno, ex signo-

„singulis assibus libralibus senos fecit, qui tantundem ualerent &c. Postea Hanniba-
„le urgente (ut idem Plinius scribit) Q. Fabio Maximo Dictatore asses unciales fa-
cti: & mox Lege Papiria semunciales. Ex iis autem qui supersunt aereis nummis con-
stat, non solum Sextantes, Quadrantes, & Trientes, qui vulgo reperiuntur, in usu
tunc fuisse ut cuderentur, sed reliquas etiam librae partes: quarum quidem pon-
dus punctis quibusdam in altera nummorum parte notatis, animaduertimus indi-
cari. de Sextante meminit Liuius libro II. Plebs, inquit, extulit Agrippam sextan-
tibus collatis, de Quadrante libro III. cum inquit, Quadrantes in funere Poplicolae
collati. & Varro lib. IV. de lingua lat. Hinc nocturnae, quas soluebant hi, qui ratibus
transibant, Quadrans: ab eo Lucilius scripsit, Quadrantis ratiti. Plinius lib. XXXIII.
cap. III. Quadrans triuncis antea uocatus a tribus uncisi: Festus Pompeius. Ratitum
quadrante dictum putant, quod in eo & triente ratis fuerit effigies, ut nauis in ase.
atq. haec quidē satis de numis aereis, qui sunt in hoc libro impressi. Dic endū nunc
de argenteis, hoc est, de denariis, quinariis, siue uictoriatis, & test ertiis, quos constat
anno CDXXCIV. C. Fabio Pictore Q. Ogulnio Gallo Cos. primum signatos fuisse.
Plinius libro XXXII. cap. III. Argentum inquit, signatum est anno Vrbis CDXXCIV.
Q. Ogulnio C. Fabio cos. quinq. annis ante primum bellum Punicum; & placuit de
nariis pro x. libris aeris, quinariis pro quinque, sestertius pro dipondio & semi-
se. Florus libro XV. Ante primum bellum Punicum populus Romanus argento uti
coepit. Eutropius libro. II. M. Acemilio Paullo, Ser. Fulvio Nobiliore cos. primo
bello Punico argenteus nummus percussus est. Argenti quidem notae antiquiores,
fuerunt Romae galeatae imago ex una parte, & Castorum signa equitantium ex al-
tera, cum Victoriati haberent uictoriae signum, à qua nomen acceperunt: postea
uerò, retento Romae capite, uel aliqua tutelaris dei imagine, in altera parte bigae
& quadrigae notari coepitae sunt, à quibus nummi bigati & quadrigati nominati
fuerunt. Liuius libro XXII. & XXIII. Plinius libro XXXII. cap. III. Nota, inquit,
argenti bigae & quadrigae, & inde bigati quadrigatiq. dicti. Festus, Item nummi
quadrigati & bigati à figura caelatura dicti. De Victoriato meminit Varro, Cicero
pro Fonteio, Liuius lib. XL. & Plinius lib. XXXII. cap. III. Qui nunc Victoriatus,
inquit, appellatur, lege Clodia percussus est: antea enim hic nummus ex Illyrico
aduectus, mercis loco habebatur. est autem signatus uictoria, & inde nomen. Sed
magistratum, quibus eudenda monetae munus commissum erat, paulatim cre-
scente ambitione, ultimis Reip. temporibus, priuati etiam familiarum honores ex
sacerdotiis, magistratibus, triumphis, alijsq. actionibus (ipsae enim familiae, ut in-
quit Cicero, sua quasi ornamenta ac monumenta feruabant, & ad memoriam lau-
dum domesticarum, & illustrandam nobilitatem suam) in nummis ut signarentur,
permisum fuit, praeter ipsas uiuentium imagines, quod uni tantum Caefari con-
cesserunt: nam Bruti caput, eius qui Caefarem interfecit, in ipsa bellorum ciuilium
licentia percussum in iis denariis reperitur, qui in transmarinis, ut opinor, propin-
ciis, non Romae signati fuerunt: Denariis igitur quod decem assuum inesset pon-
dus, quinariis quinque, sestertiis duorum assuum & semissis tertii, unde etiam de-
parii, quinarii, & sestertiis dicti sunt, scribunt praeter Fettum, Vitruvium, & Plutar-
chum. Varro lib. V. de lingua lat. & Plinius libro XXXII. cap. III. Varronis uerba
sunt; Denarii quod denos aeris ualebant, quinarii quod quinos, sestertiis quod
semis tertius. Plinius; Argentum signatum &c. placuitq. denarius pro decem libris
aeris, quinariis pro quinque, sestertiis pro dipondio & semisse. Vitruvii; In dena-
rio denos aereos asses constituerunt, etiamq. quartam eius partem ex duobus assi-
bus & tertio semisse, sestertiis uocauerunt. Sed bello Punico secundo argenti etiā
pondus, quemadmodum aeris supra diximus, immunitum fuisse. Scribit idem Pli-
nius lib. XXXII. cap. III. Q. Fabio Maximo Dictatore, inquit, asses unciales facti:
placuit denarium sexdecim assibus permutari, quinarium octonis, sestertiis qua-
ternis &c. Itaq. XVI. notam in denariis. VI. in quinariis appositam tunc fuisse, in
ipsis numismatibus obseruauimus. Denarii autem & quinarii, qui antiquiores sunt
praestant pondere iis, qui posterius cusi fuerunt, ut recte Plautus in Casina dixerit.

Nam nonas quae nunc prodeunt coemediae,
Multi sunt nequieres, quam nummi noui.

Quin

Quin etiam denario Antonium Triumuirū Reip. constituendæ ferrum immisuisse,
alios è pondere subtraxisse, tradit Plinius libro XXXII. I. cap. IX. quamvis lege Cor-
nelia cauū fuisset, ut qui in aurum uitii quid addidisset, quiue argenteos nummos
adulterinos confiasset, falsi crimine teneretur. Victoriati pondus colligitur ex his
Varronis uerbis in libro IX. Nam quam rationem duo ad unum habent, ean-
dem habent uiginti ad decem. in nummeis in similibus, sic est ad unum Victoriata-
cam denarius, sicut ad alterum Victoriatum alter denarius. Reliquum est ut
de aureo numero aliquid dicamus, quem constat ex Plinius libro XXXII. cap. III.
post annū sexagesimū secundū percussū fuisse C. Claudio Nerone, M. Liuiu Salinatore
II. Cos. quā argenteus signatus fuit; atque iisdem fere impressum notis, quibus
ex argento numismata. Valuisse autem denarios uiginti quinque, cum ex ipsis au-
reis numismatibus colligere possumus, tum ex Dione; qui libro LV. ita scribit,
χρυσούν γέρε διὰ τοῦτο τὸ νόμισμα τοῦ εποίησθαι πάχειας συνέπειαν, κατὰ τὸ τοιχόποιον ὀνομάζεται.
„hoc est; aureum uero uoco id numisma, quod uiginti quinq; drachmas continet, sic
enim nofrates aurum accipiunt. Conuenit autem inter Icriptores drachmam At-
ticam denarii Romani pondus habuisse. Dionis testimonio accedit Suetonii, Cor-
nelii Taciti, & Plutarchi auctoritas. nam Suetonius in Othonem cap. IIII. scribit,
Othonem quoties caena principem acciperet, aureos excubanti cohorti diuidere so-
litum fuisse. quam rem in Galba narrans Plutarchus χρυσούς dixit, pro aureis; & Tacit
us cētēnos nummos, cum inquit. Quoties Otho apud Galbam epularetur, cohori-
ti excubias agenti centenos nummos uiritim diuidebat. Sed aurum primis tempo-
ribus decuplum argenti fuisse cum apud Graecos tum apud Romanos, ex Liuii uer-
bis intelligere possumus, quae sunt in libro XXXVIII, ubi de semiaureo loquitur, qui
argenti portione decima tunc aestimabatur, non ut postea, duodecima & dimidia,
quando nequieres, ut Plautino uerbo utar, monetae cuidebantur. Pro argento, in-
quit Liuius, si aurum dare malling: dare conuenit: dum pro argenteis decem aure
us unus ualeret. His igitur ex aere, argento, auro cuendis numismatibus, quan-
tum ex ipsis nummorum inscriptionibus conicere licet, praefuerunt primum po-
puli Romani magistratus, qui Curatores denariorum flandorum dicebantur. nec
enim alicui permittebatur priuatam pecuniam facere, ut scribit Asconius Paedia-
nus in lib. III. in Verrem, sed aes, argentum, aurum, inquit Cicero in III. de legi-
bus, publice ut signaretur lege cautum erat. Deinde Triumuiri instituti fuerunt,
qui monetales aeris argenti auri flatores sunt appellati: quosque descripsit Cicero
in epistola ad Trebatium cum dixit, treuiri uites censeo; audio capitales esse: mal-
lem auro, aere, argento fuissent. Caesare autem Dictatore rerum potito, & minorum
magistratum Romae aucto numero, ex Triumuiris Quattuoruiri facti, ad seū
dum usq; Triumuiratus Reip. constituendæ quinquenniū signandæ monetae pre-
fuerunt, ut intelligimus ex aureis, & argenteis numismatibus, quae sunt in hoc
libro suis locis impressa. Postremò Augustus superato ad Actium M. Antonio, ciuili
busq; cōpositis bellis, ex Quattuoruiris rursus ad Triumuiros rededit, ut ex Dione
colligimus, & ex titulis nummorum, qui sunt Augusto iam imperium adepto signa-
ti. Dio tamen in eo errasse uidetur, quod Triumuiros institutos primum ab Augusto
scripsit, cum redactos ex Quattuoruiris dicere debuisset; arguentibus eius errati
ipsis primum numismatibus, deinde Ciceronis uerbis, quae supra adduximus ex
epistola ad Trebatium, quam constat multo ante Augusti tempora, scriptam fuisse.

GREGORIVS PAPA. XIII.




OTV Proprio &c. Cum dilecti Filii Franciscus & Michael Tramezini Bibliopole Veneti, nobis nuper exponi fecerint se ad communem omnium utilitatem sua propria impensa librum de familiis Romanis, que in antiquis numismatisbus perirentur, auctore Dilecto Filio Fulvio Vrsino Romano una cum tractatu uenerabilis Fratris nostri, Antonii Augustini Episcopi Ilerden, de eadem materia hactenus non impressum, in Urbe nostra imprimi facere intendant, dubitentq; ne huicmodi opera postmodum ab aliis sine eorum licentia imprimitur, quad in maximum eorum praetudicium tenderet. Nos propterea illorum indemnitati consulere uolentes, Motu simili, & ex certa nostra scientia eidem Francisco & Michaeli ne predictum opus hactenus non impressum, & per ipsos imprimendum, si aut postquam per Inquisitionem officii Hæreticæ prauitatis dictæ Urbis approbatum fuerit, per decem annos eiusdem operis impressionem a quacunq; uel quibuscunq; sine ipsorum licentia in primis ab ipsis uel ab aliis uendi seu in eorum apothecis uel alias uenale præter quam ab ipsis Francisco & Michaeli impressum, uel imprimendum teneri posse concedimus et indulgemus. Inhibentes omnibus et singulis Christi fidelibus, præsertim Bibliopolis librorum impressoribus sub excommunicationis maioris lata sententiæ, in Terris S.R.E. media tè uel immediate subiectis et ducentorum ducatorum auri Camera Apostolicæ applicandorum, et insuper anissionis librorum poenis toties ipso factò, & absq; alia declaratione incurriendis, quoties contravenient fuit, ne intra decem annos ab impressione dicti operis hactenus non impreßi, & per ipsos Franciscum & Michaelem imprimendi sine eorundem Francisci, & Michaelis licentia dictis decem annis ducentibus imprimere seu ab ipsis uel aliis præter quam ab ipsis Francisco et Michaeli impressum uel imprimendum uendere seu uenale habere uel proponere, seu ut supra habere audeant. Mandantes Universis uenerabilibus fratribus nostris Archiepiscopis eorumq; Vicariis in spiritualibus generalibus, & in statu temporali S. R. E. et Legatis, & Viclegatis Sedis Apostolicæ ac ipsis status Gubernatoribus, ut quoties pro ipsorum Francisci, & Michaelis parte fuerint requisiti, uel eorum alter fuerit requisitus, eiusdem Francisci, & Michaeli efficacis defensionis præsidio assistentes premissa ad omnem diciturum Francisci, & Michaelis requisitionem contra inobedientes & rebelles, per censuras Ecclesiasticas etiam sapienter aggrauanda et per alia iuris remedia auctoritaria exequantur, inuocato et ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis. Et insuper quia difficile admodum esset, presentem motum proprium ad qualibet loca deferri, Volumus & apostolica auctoritate decernimus ipsis transumptis uel exemplis manu dicuimus notarii publici subscriptis, & sigillo alicuius Curia uel persona in dignitate ecclesiastica constituta munitis plenariam & eandem præfus fidem ubiq; tam in iudicio quam extra habere qua presenti originali haberetur, non obstantibus premisis, ac constitutionibus & ordinationibus apostolicis, ac etiam iuramento &c. roboratis statutis &c. Privilegiis quoque indultis & litteris Apostolicis sub quibuscunq; tenoribus &c. etiam motu proprio &c. ac alias in contrarium quomodolibet concessis &c. quibus omnibus etiam si de illis &c. hac uice latissime derogamus, ceterisq; contrariis quibuscunq; cum clausulis opportunitis. Fiat ut petitur. V.

Et cum absolutione a censuris ad effectum &c. & de concessione indulto, inhibitione mandato uoluntate decreto derogatione, aliisque premisis, ut supra in forma gratioſa, et cum opportuna si uidebitur etiam aliorum executorum deputatione, qui assistant &c. etiam. Fiat. V. sub censuris &c. Cum facultate aggrauandi &c. Inuocato &c. Secularis, Cum derogatione dictarum non tamen trium latissime extenderet, et per breue.

Dat Roma apud Sanctum Petrum Id. Julij. Anno Quinto.

FAMILIAE ROMANAЕ QVAE IN ANTIQVIS NMISMATIB. REPERIVNTVR.



ABVRIAE gentis, ut opinor, plebeiae, unus (quod sciam) Liuius facit mentionem lib. xli. & xlvi. nullo tamen adiecto cognomine, siue GEMINVS illud sit, siue GEMELLVS, aut aliud, quod tribus litteris GEM. in nummis expressum est. Eius verba de M. ABVRIO Praetore sunt haec. Inde Confules, Praetoresq; prouincias sortiti. Pisac Cn. Cornelio, Ligure Petillio obvenerunt. Praetores Papirius Maſo Vrbanam. M. Aburius inter ciuis & peregrinos sortiti sunt. Fuit autem Praetor M. hic Aburius anno urbis conditae DLXXVIII. de C. ABVRIO, qui P. Licinio Crafso, C. Cassio Longino consulib. anno DCCXI. Legatus ad Massanissam, & Carthaginenses missus est, meminit idem Liuius lib. xlii. his verbis: In eam rem legati ad Massanissam Carthaginensesq; missi, L. Postumius Albinus, P. Terentius Culeo, C. Aburius, &c. Huius fortasse libertus fuit C. Aburius Pamphilus, qui in antiqua hac inscriptione, quae Caere extat, descriptus est.

C. ABVRIO C. L. PAMPHILO


ABVRIAE C. L. HILARAE

V. ABVRIAE C. ET. O. FELICVLAE

SIBI. ET. SVIS.


Numinus ex aere, tribus notis signatus, quod quarta esset assis pars, quadrans Ratitus dictus est. Eius meminit Pomp. Festus. Ratitum, inquit, quadrantem dictum putant, quod in eo, & triente ratis fuerit effigies, ut nauis in aſſe. Sed M. Varro lib. iii. de lingua latina quadrantem quod pro vēctura ſolueretur ab iis, qui ratibus ex Urbe Auentinum paludibus tunc diſclusum veherentur, ratitum à Lucillio dictum ſcribit. Huiusmodi quadrantes in funere Valerii Poplicolae collatos ſuifſe tradunt Liuius lib. iii. & Plutarchus in vita Poplicolae.

A Acco-



A C C O L E I A E gentis, ut arbitror, plebeiae, nulla extat mentio nisi in duabus antiquis inscriptionibus; una, in qua **O R D O C O R P O R A T.** descriptus est, **Q VI. P E C V N I A M. A D A M P L I A N D. T E M P L U M. C O N T V L E R.** **I M P. C A E S A R E. T. A E L I O. H A D R I A N O. A N T O N I N O. A V G. P I O. P P.** **I I I. M. A E L I O. A V R E L I O. C A E S A R E. C O S.** in quo quidem ordine nominatur **P. A C C V L E I V S** quidam **E V H E M E R**, qui P. Accoleii, huius qui in denario notatus est, pronepotis libertus fuisse credi potest. altera, in qua nomina eorum incisa sunt, qui ad ponendam statuam Vespasiano Imp. pecuniam contulerunt **L. A N N I O B A S S O. C. C A E C I N A. P A E T O. C O S.** inter eos enim numeratur **L. A C C V L E I V S** quidam **A B A S C A N T V S**. Acculeius autem in ueteribus monumentis, pro Accoleius, eadem ratione scriptum est, qua Agricula, Poplicula, pro Agricola, & Poplicola. P. igitur Accoleius is, qui huius tabellae denarium cusit, ut maiores suos ex aliquo prope Padum fluuium loco oriundos indicaret, tres illas mulieres quae in arbores, ut apparet, uertuntur, in altera denarii parte signauit: quas & Phaethontis sorores, & in larices arbores, non autem alios, conuersas esse, significare Lariscolus uoluit: in quo uerte ris alicuius auctoris commentum fecutus uiderit; ut ex iis, quae Palladius in lib. xii. cap. xv. de larice scribit, coniicere possumus. Resina, inquit, illa liquida est, lacrymae similis, non recipit flamnam, quasi odio prosequatur ob com bustum Phaethontem. Apud Vitruvium etiam lib. xi. cap. i x. Plinium. lib. xvi. cap. x. larices pino simillimas esse, nec alibi notas, quam in Padi ripa: praeterea flamman non recipere, & resinam habere liquidam mellis Attici colore, scriptum legimus.


Aci-



A C I L I A M gentem plebeiam fuisse, satis constat ex veterum scriptorum auctoritate, apud quos corruptè multis locis, **A T I L I A** pro **A C I L I A**, scriptū reperitur. Opinor autem **A C I L I O S** à Graeco verbo *άστηρας*, quemadmodum **A E m i l i i** *ἀστοῦ αἰωνίας*, vt Plutarchus inquit, gentis nomen traxisse; ad eamq. indicandam nominis originem in primo aereo numino, Aesculapii caput, & serpentem Epidaurium bacillo implicitum, in altero argenteo, Salutis ac Valitudinis simulacra, ab Acilio triuuiro, quicunq. is fuerit, siue **G L A B R I O** siue **B A L B V S** expressa fuisse. de AEsculapii baculo, & serpente, siue Epidaurius ille sit, siue aliis, ita scribit Iulius Hyginus in *Ophiucho*. Cum AEsculapius Glaucum cogeretur sanare, inclusus quadam loco secreto, bacillum tenens manu, cum quid ageret cogitaret, dicitur anguis ad bacillum eius arrepisse: quem Aesculapius mente commotus interfecit, bacillo fugientem feriens saepius. Postea fertur alter anguis eodem venisse, ore ferens herbam, & in caput eius imposuisse, quo facto, loco fugisse. Quare Aesculapium vsum esse herba eadem, Glaucum reuixisse: itaq. anguis in tutela AEsculapii esse dicitur. Huiusmodi symbolo usi sunt in suis numismatibus **C O I**, quod apud eos natus esset Hippocrates, alter medicina deus, cuius etiam effigiem in altera numismatum parte impresserunt. Valitudinis deae, quae AEsculapii, vt arbitror, filia fuit, facit Marcianus mentionem. Salutis & eius aedis in **Q u i r i n a l i**, meminerunt **L i t i u s** lib. ix. & **P. V i c t o r** in regione. v. i. harum altera ab Aristophane, *σύλεια*, altera *λαρνα*, appellatur in *Pluto*. Tertius tabellae denarius ad **M. A c i l i u s B a l b u s** pertinet, qui consul fuit cum **M. P o r c i o C a t o n e** anno **D C X X X I X**: filius Balbi consulis anno **D C I I I**, cuius ouationem aliquam designat fortasse myrtle corona, quae in altera denarii parte signata est, quod ea donarentur ii, qui in urbem ouantes inibant. Quarto denario mihi quidem

A ii obscu-

obscurum est, quis ex A C I L I I S significetur. Nec enim Marci praenomine ex Aclia gente quenquam apud Capitolinos, aut alios scriptores usum esse inuenio: in quo si erratum ab eo fuerit qui monetam cusit, ut plerunq. fit, poterit denarius huiusmodi ad M^o. A C I L I V M G L A B R I O N E M referri, qui de AEtolis triumphauit anno D L X I I I.




A E L I A M gentem, siue A I L I A M eandem esse cum ALLIA, ex Capitolinis monumentis aperte fatis intelligimus. Fuit autem plebeia, sed antiqua, maximisq. gestis magistratibus nobilis. Q. A E L I V S L A M I A, ad quem primus in hac tabella expressus denarius pertinet, frater fortasse fuit L. A Elii Lamiae consulis cum M. Seruilio Gemino anno D C C L V . incertum tamen ad vtrum horum scripsit Horatius oden x vii. lib. iii.

*Aeli vetusto nobilis ab Lamo
(Quando & priores hinc Lamias ferunt
Denominatos, & nepotum
Per memores genus omne fastos)
Auctore ab illo ducis originem
Qui Formiarum moenia dicitur
Princeps, et innantem Maricae
Littoribus tenuisse Lyrim
Latè tyrannus. -- --*

P. P A E T U S qui in quarto tabellae denario notatus est, designatur, opinoris, qui Praetor fuit anno D L , deinde consul cum Cn. Cornelio Lentulo anno sequenti: Praetor iterum anno D L X V I I . cuius praeturae meminit Liuius lib. x l i . & Varro de vita populi Romani lib. i i i . apud Nonium his verbis. P. A Elius

Paetus

Paetus (male enim in vulgatis libris Pedius Paetus scriptum est) cum esset Praetor Vrbanus, & sedens in sella curuli ius diceret populo, Picus Martius aduolauit, atq. in capite eius adsedit. Valerius Maximus lib. v. cap. v. AElio (inquit) Praetori ius dicenti cum in capite picus confedisset, aruspicesq. affirmassent conseruato eo fore domus ipsius statum felicissimum, Reip. miserrimum: occiso, in contrarium vtrumq. cesurum, èuestigio mortu suo in conspectu senatus necauit: decem & septem milites suae familie eximiae fortitudinis viros Cannensi proelio amisi: Respu. procedente tempore ad summum imperii fastigium excessit. Quintus denarius, incertum ad quem spectet, nec enim ad C. Ailium, referendum arbitror, qui anno C D L V I I . consul fuit cum M. Valerio Pottito Maximo, quiq. primus Paeti cognomine affectus est: nondum enim argento signato populus Romanus eo tempore vti cooperat, quo Ailius is consul fuit. A E L I I , siue vt in sexto denario notatum est, A L L I I B A L A E nulla, quod sciam, apud veteres scriptores mentio reperitur. in eius autem denarii altera parte ad Diana currū, vt est apud Sophoclem in Thrachiniis θρακοῖς, ἀμφιπόλεις; ex Poetarum commento cerui iuncti sunt.




A E M I L I A E gentis patriciae; SCAVRI tantum, PAVLLI, LEPIDI, & BVCAE in nummis, quos ipsi vidimus, reperiuntur, cum Mamercini quoq. Barbulæ, & Papi in veteribus & scriptorum & lapidum monumentis inueniantur. De M. AEMILII SCAVRI aedilitate, quae in primo huius tabellae denario notata est, memorierunt Cicero pro Sextio, & ad Atti. lib. i v. Plinius lib. viii. cap. xvii. & x x v i . lib. xxxv. cap. xi. lib. xxxvi. cap. xiv. & Asconius in commentario orationis pro M. Scauro, in quo quidem honore athletas forte in the atrium primus induxit, vt ex verbis Valerii Maximi, quae leguntur in lib. ii. cap. i. colligi potest. Athletarum, inquit, certamen à M. Scauri tractum est munificum.

A iii centia

centia. Solinus quoq. cap. xxxi. & xxxvi. Hippopotamos & Crocodilos & Andromedae vestigia in aedilitate Scaurum publicasse scribit. Atq. hic idem M. Scaurus Pompeii in Asia Proquaestore, ad occupandam Damascum missus, cum eam ab aliis prius occupatam inuenisset, in Iudeam flexit, acceptisq. ab Aristobulo quadringentis talentis, Hierosolymam ab rege Areta, Arabisque obfessam liberauit: Aretamq. ipsum infecutus Petram vsq. Syriae à Pompeio praeficitur. Iosephus antiquit. lib. xiiii. cap. iv. & ix. & de bello Iudaico lib. i. cap. v. & vi. in huius rei memoriam camelum, & regem ipsum Aretam in denario signatum esse credendum est. Appianus quoq. in Mithridatico facit Are-
 tae regis mentionem, cum inquit, ἐποίησε δὲ τούτην τὴν Ναβαταῖον, Αὐτὸν βασι-
 λέαν τετάνε, hoc est, Pompeius bellum cum Arabis Nabataeis & eorum rege Areta
 gessit. M. AEMILIUS LEPIDI consulis cum L. Volatio Tullo anno D C X X V I I .
 qui in secundo denario descriptus est, facit mentionem Sallustius in Catilina, &
 Asconius in Corneliana. Sed incertum denarii inscriptio ad huncne pertineat,
 an ad alium huius familiae eodem affectum praenominis; illud certè constat, Le-
 pidi pontem, qui antea Sublicius dictus est, à Lepido Quaestore, cuius meminit
 in Numa Plutarchus, lapidetum factum, hoc in denario impressum esse: statuaq.
 equestrem illi hac de causa, uel Lepido alicui ob rem bene gestam à senatu
 decretam, impositam esse. Nec enim crediderim equestrem statuam indicari
 quae cum trophaeo in duobus qui sequuntur denariis impressa est: Eam enim
 ad M. LEPIDVM qui Pont. Max. fuit, ac bis consul referendam arbitrator,
 cuius meminit Val. Max. lib. iiii. cap. i. iisdem ferè verbis, quibus denarii
 inscriptio exarata est; nisi quod pro interemis, habet denarius litteram, o,
 quam interpretor, occidit. M. Lepidus (inquit Val.) annorum quindecim
 praetextatus, hostem interemis, ciuiem seruauit: cuius tam memorabilis ope-
 ris index est in Capitolio statua bullata, & incincta praetexta S. C. posita.
 simpulum, corona, & cratera, pertinent ad Lepidi huius pontificatum, de quo
 in sequenti tabella dicemus.

PRI-



PRIMVS huius tabellae denarius pertinet ad L. AEMILIUM PAULLVM
 qui C. Marcelli in cōsulatu collega anno D C C I I . in medio foro, vt scribit
 Cicero ad Att. lib. i v. duas basilikas, veterem restituit, nouam magnifi-
 centissimam, vel, (vt Plinius inquit, lib. x x x v i . cap. x v .) columnis è Phry-
 gibus mirabilem extruxit. Eius meminit Appianus lib. ii. Plutarchus in Cæsa-
 re, & Dio. lib. x l i x . his verbis, καὶ τὴν σὺν παῦλον καλουμένην Αἰμίλιον Λέπιδος Παῦλος ἐδίσας,,
 θελούσκορδίκην,, καὶ τὴν παῦλον καλούσθεν,, hoc est, porticum quae Paulli dicitur, AEmi-,,
 lius Lepidus Paullus sua impensa perfecit, & in consulatu dedicauit. huiusmo-
 di basilikam incendio postea confumptam M. Lepidus restituit, vt scribit idem
 Dio. lib. l i v . γέρεον παῦλος ἐκαύδη, καὶ τὸ πῦρ ἀπ' αὐτοῖς τὸ πορτίκον εἰσέβαλε. hoc est, Paul-,,
 li porticus incendio absumpta est, ignisque ab ea ad Vestae usque grassatus, &
 paulo post, οὐδὲ τέτοιο τούτο τὸν κατεύθυντον Αἰμιλίον, εἰς τὸ πορτίκον αὐτῷ γένεσις ἐγένεται, τοῦ,,
 Αἴργην παῦλον γένεσι, καὶ ὅποι τοῦ παῦλον φίλων ακολούθοι,, hoc est, haec postea porticus verbo qui-,,
 dem ab AEmilio, qui ab eo, qui primus hanc fecerat, genus suum trahebat, re-
 autem ab Augusto, & Paulli amicis refecta est. Ex Taciti autem verbis, quae in-
 fra subiiciam, imperante iam Tiberio, eandem hanc basilikam, iterum ab alio
 Lepido triumviri consanguineo, refectam fuisse intelligimus: eisdem, inquit, ,
 diebus Lepidus ab senatu petiuit, vt basilikam Paulli AEmilia monumenta, pro-,,
 pria pecunia firmaret, ornaretq. erat enim tum in more publica munificentia, ,
 nec Augustus arguerat Taurum, Philippum, Balbum hostiles exituas, aut ex-,,
 undanteis opes, ornatum ad urbem, & posterum gloriam conferre. quo tum ex-,,
 emplo Lepidus, quamquam pecuniae modicus, auitum decus recoluit. quod
 uero Tacitus dicit petiisse Lepidum à senatu, vt sibi Paulli basilikam reficere li-
 ceret, facit ad denarii inscriptionem, ex qua M. quoq. Lepidum ex S. C. basi-
 licam eandem prius refecisse cognoscimus: de clypeis autem in vetere basilica

AEmilia

8 FAMILIAE ROMANAЕ

AEmilia, à M. AEmilio Q. Lutatii in consulatu collega dedicatis, in quibus esset
maiorum imagines expressae, cuiusmodi in noua quoq. basilica fuisse, ex iis qui
in argenteo denario incisi sunt, intelligere possumus, meminit Plinius lib. lxxv.
cap. iii. sed de clypeorum huiusmodi dedicatione, cū in aliis ueteribus moni-
mētis mentio extat, tū in inscriptione hac Nepesina, cuius exēplū descripsimus;


N E S T O R I
A V G . N E P E T E
H I C . L V D O S . F E C I T
E T . D E D I C A T I O N E
S T A T V A E . P A T R O N I
Q V A M . I P S E . P O S V I T
E T . C L V P E L . S V L . I T E R V M
M V N I C I P I B V S . N E P E S I N I S
E P V L V M . D E D I T

Secundus tabellae denarius, honorem indicat habitum à senatu M. L E P I D O
Pont. Max. & bis consuli, de quo supra meminimus. eius honoris memoria
extat, cum apud alios, tum apud Valerium Max. cuius ex lib. i v. cap. i v. verba
sunt haec. Cum Ptolemaeus rex tutorem populum Romanum filio reliquis-
set, Senatus M. AEmilium Lepidum Pont. Max. bis Cos. ad pueri tutelam
gerendam Alexandriam misit, amplissimiq. & integerrimi viri sanctitatem, reip.
vſibus, & sacris comparata, externae procurationi tiacare voluit, ne fides ciui-
tatis noſtræ fruſtræ petita existimaretur: cuius beneficio regia incunabula con-
ſeruata pariter, ac decorata, incertum Ptolemaeum reddiderunt, patrſne for-
tuna magis an tutoris maiestate gloriari deberet. Cornelius Tacitus lib. ii. de
eadem re ita narrat. Iisq. nondum adultis Trebellenus Rufus praetura functus
datur, qui regnum interim tractaret, exemplo, quo maiores M. Lepidum Pto.
lemai liberis tutorem in AEgyptum miserunt. & Iustinus lib. x x x. Mittitur,
inquit, & M. Lepidus in AEgyptum, qui tutorio nomine regnum pupilli ad-
ministraret, satis igitur horum scriptorum verbis explicatur cum ipse denarii
titulus T V T O R R E G , tum ea, quae in altera eius parte ALEXAN-
D R E A E, vel vt est in alio, ALEXANDR E A E, hoc est, AEgypti imago
impresa est, de Lepidi autem huius Pontificatu maximo meminit Linius lib.
x l. x l i i i . & in epitoma lib. x l v i . & x l v i i . opinorq. M. Lepidum tri-
umvirum, quia pronepos eius fuerit, vt tradit Cicero Philip. lib. x i i i . in pro-
priam memoriam denarium huiusmodi signasse. Tertius tabellae denarius cusus
est, vt arbitror, a P A V L O L E P I D O triumviri fratre, atq. in eo ad frater-
nam indicandam concordiam deae signum uelato capite adiectum est, pro ad-
optionis enim symbolo Concordiam, & Pietatem in antiquis denariis positas
esse, saepe animaduertimus. Paullus autem Lepidus adoptatus à patre M.
Lepidi triumviri fuit, & ex AEmilio Paullo, Paullus AEmilius Lepidus di-
ctus est. Habet autem expressum tertius hic denarius L. AEMILIUS de Perseo
Macedoniae rege trophyum, cuius cūm alii multi meminerunt, tum Velleius
in lib.

in lib. ii. eius autem verba, quia denarii inscriptionem mitifiscè illustrant, eò
libentius adscribam. Tum senatus, inquit, populisq. Romanus L. AEmi-
lium Paullum, qui & Praetor & Consul triumphauerat, uirum in tantum lau-
dandum, in quantum intelligi virtus potest, consulem creauit, filium eius Paul-
li, qui ad Cannas quām tergitius santer perniciosa reip. pugnam inierat,
tam fortiter in ea mortem obierat. is Perseum ingenti proelio apud urbem
nomine Pydnam in Macedonia fusum, fugatumq. castris exuit. deletisq. eius
copiis destitutum omni spe coegit è Macedonia profugere; quam ille linquens
in insulam Samothraciam profugit, templiq. se religioni supplicem credi-
dit. ad eum Cn. Octavius Pr. qui classi praererat, peruenit, & ratione magis
quam vi persuasit, vt se Romanorum fidei committeret. ita Paullus maxi-
mum, nobilissimumq. regem in triumpho duxit. de Persei quoq. filiis in triumpho
ductis videndus Plutarchus in vita Paulli. AEmilius igitur, qui ut est in
tabulis Capitolinis, Propraetore ex Hispania, & Proconsule de Liguribus bis
iam triumphauerat, tertium de Perseo proconsulari item potestate triumphum
egit, ideoq. adscriptum in denario est, T E R, quemadmodum & in antiqua,
quoq. inscriptione superioribus annis in Via Sacra effossa, & in Capitolium
translata, notatum ipsi uidimus, L. AEMILIUS L. F. PAULLVS. COS.
II. CENS. AVGVR. TRIUMPHAVIT. T E R. illud autem praetereundum
hoc loco non est, reperiri denarium huic similem, in quo Paulli nomen uni-
co, l, scriptum sit, ut inde intelligi facile possit, non ita semper duplicit, hu-
iusmodi nomen antiquos scripsisse. Quartus denarius nihil habet quod sit
notatu magnopere dignum, praeter ipsum Scribonii Puteal, quod in altera par-
te expressum est, de quo in Scribonia familia dicemus. quid uero AEmilijs
commune fuerit cum Scriboniis mihi quidem non constat.

Huius






Hvivs tabellae denarii, non est dubium, quin ad M. L E P I D U M Pont. Max. triumuirum reip. constituendae pertineant; de cuius quidem pontificatu praeter ea, quae ab aliis traduntur, haec scribit Dio lib. X L I V . ἐπειδὴ οὐ Λέπιδος ἡ χώντη μελλοῦσα τῷ πολεμίῳ εἰπήρε, τὴν δὲ θυγατέρα πολὺ γῆται αὐτὸν Αὐτόνοις σωφροῖσε, καὶ ἀρχῆτελέα αὐτὸν παραδεῖσε, οὐαὶ μιδέν ἀνέπομπε πολυτελεῖ μανοῖσιν. Σπάσας γὰρ δὴ παῖδας αὐτὸποιόντες τοὺς ιερέας αὐδίσι τοῦ δημητρίου τῶν ἀρχερέων ἐπανηγγείλει. Κανούσοις αὐτὸν οὐδὲν οὐδὲ γατῶν νεομοίσι μάναν πρᾶξας, ἐπέλεστος δὲν αὐτὸς ιερόστατος. hoc est. Cumq. Lepidus multum potentia ualeret, eumq. Antonius magnopere metueret, filiam suam Lepidi filio nuptum dedit, ipsumq. patrem Lepidum, Pontificem Maximum, ne in ipsius actiones inquireret, constituit. quod ut facilius efficeret, pontificis maximi electionem a populo ad pontifices iterum transtulit, per eosq. Lepidum, omnibus ferè maiorum institutis neglectis, initiauit, cum ipse id sacerdotium optinere potuisset. Appianus li.ii.

καὶ οὐ Λέπιδος, inquit, μηδὲ τὴν τοῦ Καλαπότη ερωσύνην, hoc est, & Lepidus in Caesaris mortui locum pontifex maximus factus est. de auguratu autem Lepidi, qui indicatur litui signo in secundo tabellae denario, in quo est Lepidi ipsius caput pontificali habitu uelatum, non memini me apud scriptores quidquam legisse. Desultorius certè eques in altera eius parte impressus, quin ad Lepidi aedilitatem spectet, dubitari non potest, in qua ludos in Circo exhibuerit. potest etiam ad urbanam eius praeturam pertinere, in qua ludos Apollinares in Circo fecerit, de quibus infra in Calpurnia gente & Iunia dicemus. Triumuir autem Lepidus R. P. C. cum M. Antonio, & C. Caesare Octauiano anno D C C X . factus, ex ante diem quintum Kal. Ian. sextas, hoc est in quinquennium creatus, anno secundo à C. Caesare collega abdicare coactus est, qui urbis annus erat D C X Y I . uixitq. usq. ad annum D C C X I . pontifex maximus. Tertius tabellae denarius habet Lepidi pontificatus insignia, albogalerum, seu tutulum, secespitem

tam


tam asperiorum, & simpulum. ea uero instrumenta sunt, quibus in sacris utebantur pontifices, cuiusmodi in C. Iulii Caesaris, cui in pontificatu successit Lepidus, & in Cn. Domitii Caluini denario, qui & ipse Pontifex Maximus fuit, expressa sunt. Quartus denarius Cabae, ut opinor, cufus fuit, quae ciuitas est Africæ prouinciae, cuius administratio, diuisio in triumuiratu imperio, M. Lepido obtigerat: in altera autem eius parte corona Lepido decreta, & copiae cornu ad indicandam loci ubertatem impressum est. in quinto denario, & sexto. praeter Mussidii, & Vibii Quartumuirorum nomina, de quibus suo loco dicuntur, nihil aliud est notatu dignum.




A S C O N I V S Paedianus in commentario orationis pro M. Scauro, inter eos qui Scauro reo adfuerunt, nominat L. AEMILIUM BVCAM his uerbis. ad genua iudicum, cum sententiae fermentur, bifariam se diuiserunt, qui pro eo rogabant: ab uno latere Scaurus ipse, & M³ Glabrio, sororis filius, & Paullus, & P. Lentulus, Lentuli Nigri Flaminis filius, & L. Aemilius Buca filius, & C. Memmius Fausto natus, supplicauerunt: ex altera parte Sulla. Faustus frater Scauri, & C. Apronius Limo; cui Fausta ante paucos menses nupserat, dimissa a Memmio, & T. Peducaeus, & C. Cato, & M. Olenas Curtianus. Caesar lib. I. de bello Gallico: ea res, inquit, per fugitiuos L. Aemiliū decurionis equitum Gallorū hostibus nunciatur. hunc ego Aemiliū opinor esse, qui postea Caesare rerum potito Quartumuir, ut ex quarti denarii inscriptione apparet, huius tabellae nummos cum Caesaris effigie signauit. De Quartumuiris uero argento uel auro publicè signando à Caesare primū institutis, in familia Iulia dicetur.

Al haver sido Spurio Afranio y Lucio Afranio de con linage gente sor legado en España y Capitan de Roma piso en ella y haver sido romido y Julio Cesar parece q puede ser q se quedase en ella y q del tubo este origen un linage f en ella hay q se llama sijia, y aunq este Pueblo se dura Villa de Petrus gal dico nombre o q f ser el natural de alli le hubiere nomado de la ciudad, a ver como creeret q en mi poder tengo

A FRANIA gentis frequens est mentio apud Scriptores; ex eis autem patria moneda somenante AFRANIAB gentis nomen ab ALLIA deductum esse, ut à NASIDIA, CLUVIA, SATRIA, NASIDIENAM, CLUVIENAM, SATRIENAM, credendum est; inter plebeias uero numeratam fuisse, uel ex eo constat, quod Allienus is, qui legem de terminis tulit, plebeius fuit. Mentio Allienae gentis extat in ueteri inscriptione, cuius exemplum subiecimus.



ALLIE




ALLIENAE gentis nomen ab ALLIA deductum esse, ut à NASIDIA, CLUVIA, SATRIA, NASIDIENAM, CLUVIENAM, SATRIENAM, credendum est; inter plebeias uero numeratam fuisse, uel ex eo constat, quod Allienus is, qui legem de terminis tulit, plebeius fuit. Mentio Allienae gentis extat in ueteri inscriptione, cuius exemplum subiecimus.

ALLIENAE. T. E.
BERENICAE
C. VETTIVS. POLVS
VXORI
SANCTISSIM. ET
C. VETTIVS. POLVS
Matri
PISSIMAE. PATR
COL. FABR. ET. CENT
L. D. D. D.

A. autem ALLIENVS hic, qui denarium huiusmodi cusit, Praetor primùm Siciliam prouinciam obtinuit, ut scribit Hirtius lib.v. Deinde (inquit) Allieno Praetori qui Siciliam obtinebat, de omnibus rebus praecepit, & de reliquo exercitu celeriter imponendo. Eandem postea (ut ex denarii inscriptione appareat) Caesare iterum Consule, proconsulari potestate administrauit: quem honorem ut indicaret, Siciliae symbolum, tria crura in denario signauit, Nettuni addita imagine rostro nauis innixa, ad declarandum maris imperium, quod tunc in eadem insula obtinebat. Hirtius in eodem libro, Allienus, inquit, inter-

B terim

„terim Proconsule, è Lilybeo in naqes onerarias imponit legiones xii. & xiv. Sed A. ALLIENI huius, classis praefecti meminerunt Cicero, in ep. ad Caſſum xi. & xii. lib. ii. & Philip. lib. xi. Strabo lib. xv i. Appianus lib. iv. & Dio lib. xlii. Veneris caput in altera denarii parte impressum, ad Caſſarem ob Iuliæ gentis originem referendum est.



ANNIAE gentis plebeiae ita multi ex antiquis scriptoribus meminerunt, ut eorum indicandis locis supersedendum mihi sit. quod autem ad huius tabellae argenteos denarios pertinet, id non praetermittam, opinari nonnullos C. ANNIVM in eis designari, qui proconfulari potestate, ut est apud Plutarchū, contra Sertorium in Hispaniam missus est, atque in altero caduceum & lances, ad pacem & iustitiam significandam expressas esse. L. certè Fabius Hispaniensis, & C. Tarquitius, si quid hoc ad eam confirmandam opinionem facit, in Sertorianis partibus fuerunt, cum C. Annus illud bellum confiendum suscepit, ut ex Sallustii historiarum fragmento, quod in Tarquitia gente adduximus, suo loco notauiimus. de Anno qui triumvir aereos nummos sub Augusto, ut opinor, signauit; nihil me apud ueteres scriptores legisse memini.

AN-

ANTESTIAM gentem, eandem esse cum Antistia, ex ueteribus inscriptionibus manifeste intelligere possumus, quarum unius exemplum extat Romæ huiusmodi;

L. ANTSTIVS. CN. F. HOR

SARCVLO. SALIVS. ALBANVS

ANTISTIA. L. L. PLVTIA

FVFIA. P. F. TERTIA. SOROR


L. ANTSTIVS. L. L. QVINCTIO

L. ANTSTIVS. L. L. RVFVS. L. ANTSTIVS. L. O. L. THAMYRVS

LANTISTIVS. L. O. L. ANTHVS. L. ANTSTIVS. L. L. EROS. CAPPADOXS.

L. ANTSTII, qui in primo tabellae denario notatus est, dimidiatum cognomen GRAG quale sit, reperire adhuc nō potui. C. autem ANTSTIVS, qui in duobus sequentibus denariis sine cognomine descriptus est, potest is esse, qui Consul ex Kal. Iul. anno DCCXXIII. M. Licinio suffectus fuit, cuiusque contra Caecilium Basum acta narrat Dio lib. XLVII.

B ij ANT



A N T I S T I A E gentis plebeiae, **R E G I N O R V M & V E T E R V M** familiae fuere, de quibus frequens est mentio, cum apud Latinos, tum apud Graecos rerum Romanarum scriptores. Caesar lib. vi. de bello Gallico nominat C. quendam Antistium Reginum, patrem fortasse Antistii huius, qui triumuir sub Augusto denarium cusit: nisi malimus Antistium hunc, de quo facit Hirtius mentionem, à triumuiris reipublicae constituedae, ut Appianus scribit lib. i v. proscriptum, & mox desperatis Sex. Pompeii, ad quem confugerat rebus, Antonii partes fecutum, ad Augustum transiisse, & sub eo denarium argenteum signasse. Ego, et si in re tam dubia nihil audeam affirmare, labor tamen, ut **A N T I S T I V M** hunc, qui monetā cusit, filium eius Antistii credam, quem nominatum ab Hirtio supra dixi, quemq. Pontificem fuisse, ex instrumētis quae in altera denarii parte expresa sunt, intelligere possumus. Caesaris uerba de Antistio patre, ex lib. vi. sunt haec. Multis de causis Caesar maiorē Galliae motum expectas, per M. Silanū, C. Antistiū Reginum, T. Sextiū legatos delectū habere instituit. & ex lib. vii. Haec C. Antistius Reginus, & L. Caninius Regulus legati, cum duabus legionibus obtinebant. **A N T I S T I V S . V E T E V S**, cuius est alter tabellae denarius, Consul fuit cum D. Laelio Balbo, anno DCCXLVII. De eo extat epigramma Laureae Tullii, quod recitat Plinius lib. xxxi. cap. i.


*Quo tua Romanae uindex clarissime linguae
Silua loco melius surgere iussa uiret:
Atque Academiae celebratam nomine uillam
Nunc reparat cultu sub potiore Uetus:
Hic etiam apparent Lympphae non ante repertae,
Languida quae infuso lumina rore leuant.*

Nimi-

*Nimirum locus ipse sui Ciceronis honori
Hoc dedit, hac fontes cum patefecit ope.
Ut, quoniam totum legitur sine fine per orbem,
Sint plures oculis quae medeantur aquae.*

Instrumenta pontificalia, quae in altera denarii parte impressa sunt, Antistii pontificatum indicant, de quo meminit his uerbis Velleius lib. ii. cum Caesar „ Quaestor eset sub Vetere Antistio auo huius Veteris, cōsularis atq. pontificis, „ duorum consularium, & sacerdotum patris; uiri in tantum boni, in quantum „ humana simplicitas intelligi potest. cum hoc Velleii loco de Antistii filiis, conuenit uetus haec inscriptio, quam Praeneste uidimus.

L. A N T I S T I V S
C. F. A E M I L I A. V E T V S
A V G V R
F O R T V N A E. P R I M I G
E X. V O T O. S V S C E P T O




A N T I A E gentis plebeiae mentionem facit Cicero, Liuus, & alii. ex ea fuit **C. A N T I V S R E S T I O**, cuius imago in primo denario impressa est: qui per eadem ferē tempora uixit, quibus M. Cicero floruit; legemq. sumptuariam tulit, cuius meminit Agellius lib. ii. cap. xxiv. & Macrobius lib. iii. his uerbis, „ Sulla mortuo Lepidus consul legem tulit, & ipse cibarium. (Cato enim sumptuarias leges, cibarias appellat.) dehinc paucis interiectis annis, alia lex peruenit ad populum, ferente Antio Restione: quam legem, quamuis eset optima, obstinatio tamen luxuria, & uitiorum firma concordia, nullo abrogante

B ii irritam


,, irritam fecit. Illud tamen memorabile de Restione latore ipsius legis fertur, eum quoad uixit, foris postea non recaenasse, ne testis fieret contemptae legis, quam ipse bono publico pertulisset. Appianus lib. iv. & idem Macrobius lib. i.

C. Antium Restionem à triumuiris proscriptū, serui incredibili quadam pietate seruatum scribunt: Deorum autem Penatium imagines in altera secundi denarii parte expressae fortasse sunt, uel quod Antia Restionum familia Lanuvio, ubi Penatium simulacra seruabantur, ut ex Varrone, & Paediano, in Sulpicia gente scripsimus, oriunda fuerit; uel quod legem Restio tulerit, quae ad augendam religionem Penatium deorum pertinuerit. Tertius denarius, in quo bouis caput infusa redimitum expressum est, dubitari non potest, quin ad Saeculares ludos, quibus id animal sacrificabatur, quibusq. ex Restionum familia, quindecemuir aliquis interfuerit, referendus sit.



A N T O N I A E gentis, duae familiae fuerunt, patricia una Merendarum, altera plebeia, quae cognomine caruit, ex qua ortus est L. A N T O N I U S triumui frater, ad quem pertinent huius tabellae denarii. Consul is fuit anno D C C X I. cum P. Seruilio Vatia Isaurico II. & ob pietatem erga M. Antonium fratrem, Pietas cognominatus est; ad quod indicandum cognomen, Pietatis symbolum ciconia in secundo & tertio denario signata est. Dio lib. XLVIII. huic cognominis originem hanc tradit, quod L. Antonius Consul una cum Fulvia M. fratri uxore remp. eo animo tractauit, quasi cū Marco fratre triu- uiro laboraret. eius uerba sunt haec: Λέγειος μετά τῆς Φυλίας Τὸν πραγμάτων, οὐ καὶ οὐπερ τοῦ Μέρου Ιοῦτο δρᾶν, ἀντεκαμβάνειο, οὐδὲνος αὐτῶν εἴσιτο. διαγράφει τὸν αριός τον διελόδος διεθέτειον, καὶ οἰτανημένος πλέταντει γέρον.

Ad




AD HVIVS tabellae denarios pertinet ea, quae de M. Antonio scribit Velleius li. ii. Crescente, inquit, deinde, & amoris in Cleopatrā incendio, & uitiorū, quae semper facultatibus, licentiaq. & absentationibus aluntur magnitudine, bellū patriciae inferre cōstituit, cū autē notiū se Liberū patrem appellari iussisset, cū redimitus hederis, coronaq. uelatus aurea, thyrsus tenens, cothurnisq. succinctus, curru uelut Liber pater uectus esset: Alexātriae. Dio li. XLVIII. ὁ Αὐτάριος, inquit, αὐτὸς μὴ τὴν ἐλλαδανὸν τῆς ἰταλίας πατριαρχὴν, εὐλαύνα δὴ πατέτον εἴρενος, τὸ δὲ δημοψήματος ἀμφιεπιμπλόκος, καὶ τὰ πόλεις κακοῖς, ἥγα δὲ τις δενεβάλια τῷ Σέξεστῳ παρεδοθῆσαν, καὶ ἀλλαζεῖν τούτῳ πολλὰ εἴρει τὰ πατρίσια εἴσει τὴν Κίρην, καὶ διονυσίον ἐκπλήνειον αὐτὸς θεάτρον, καὶ οὐ πόποιλαν ὄνομα στέψει. Dionis autē locus hic, & qui supra adductus est Velleii, quartum tabellae denarium mirificè illustrant. ad primum uero & reliquos, spectant illa ex lib. I. Αὐτὸς μὲν δοτρίς καὶ διονύσιος, inē- μη δὲ σελήνης καὶ τοῦ λεύκοτος εἶναι. paulo pōst; ήτι δὲ ἀνθρωπονέκεινον καθάπερ τηνά τοις, οὐδὲν τοῦντον φροντιστοῦ- τα, καὶ τοὺς τε παῖδας αὐτῆς Ηλιον καὶ σελήνην ὄνομα τίσα, καὶ τὸ Τελεστίον καὶ ἑαυτὸν θύρων, καὶ διονυσίον δημιουρηλία. Solem enim eundē cū Osiride, scribūt Herodotus, Diodorus, & alii. Ad pri- mi denarii inscriptionem facit eiusdē Dionis locus ex eodem li. τις δὲ οὐκέτι θρηνούσι, καὶ ἀκούσοντες καὶ ἀράντες αὐτὸν τὸν Αὐτάριον, τὸν δὲ οὐπατον, τὸν πολλάκις αἰλούρατορα. Primū consulatū ges- fit Antonius cū Caesare anno DCCIX. quo à coniuratis occiso, suffecit sibi P. Do- labellā: deinde triuuit factus cū Lepido, & C. Caesare in quinquenniū, idem im- periū in alterū quinquenniū accepit: atq. cōsul II. factus cū L. Libone anno DCC- xix, abdicauit, suffecit L. Atratino: designatus tertio in annum DCCXII, hostis iudicatus, nō iniit de Antonio Imp. appellato, uidendus Appianus li. v. bel. ciuii. Ad eiusdem indicandū auguratu, in eodem denario ipsius imago augurali habi- tu expressa est. Cicero li. ii. Philip. Plutarchus in Ant. & Hirtius lib. viii. de bel. Gal. Hunc (inquit) & si augurē prius factū quam Italiā attingeret in itinere audie- rat: tamen nō minus iustā sibi causam municipia, & colonias adeūdi existimauit, vt iis gratias ageret, quod frequentiam, atq. officiū suum Antonio praeseritissent.

Cleop-



CLEOPATRAM, cuius effigies in primo, & altero huius tabellae denario expressa est, reginam regum, ut in secundo denario inscriptum est, a M. Antonio appellatam fuisse scribit Plutarchus in Antonio, & Dio lib. XLVIII. his uerbis, μηδὲ τοῦτο οὐ Αἰλίνιος πούς Αἰλέαρδος εἴσισται, καὶ Κλεοπάτραν, τοὺς τε παιδας αὐτῆς οὐκ εὐνατη
παρενθήσας, διηγερθεῖσα τεττά, ἐκείνη τε βασιλίδα βασιλέων, καὶ τὸν Πτολεμαῖον, τὸν Καισαρίωνα επωνόματος, βα-
σιλέων καλεῖσθελον. hoc est, deinde Antonius Alexadrini epulum praebuit,
ac in concilio populi, Cleopatrae, eiusq. liberis propter se sedem dedit, habi-
taque ad populum quadam oratione, Cleopatram reginam regum, & Ptole-
maicum, quem Caesariōne cognominabant, regem regū appellari iussit. An-
tonius uero ut per fraudem Armeniae regem ceperit, utq. tractauerit, uidendus
idem Dio lib. XLI. a. s. inquit, οὗτε οἱ χρυσοφύλακες προσέχουν αὐτῷ, καὶ οἱ ἡσπατα ἔχοντες, Αἴ-
ρας τὸν προεβύταλον ποὺν παῖδας αὐτοῦ, βασιλέα ἀνδέλοντο, ἐπονεούσιν αὐτὸν ἀργυρᾶς ἀλύσιον: εἰσχρόν γαρ, οὐδὲ οἰκε,
ηνεργούσα αὐτὸν γενοτάτην πρεσβείαν, κακούστη τοὺς μὲν ἰδεούσι, τοὺς δὲ καὶ βίᾳ λαβόν, πάσους τὴν Αἴρι-
να κατέχεν. hoc est, postquam autem custodes gazae ei non obtemperarunt, &
qui in armis erant, Artaxam maximum natu inter filios eius, regem eius loco
constituerunt, argenteis Artabazum catenis uinxit, quia nimis turpe erat
regē ferreis in catenis haberi. post haec uniuersam Armeniam partim ui, par-
tim deditio, in suam potestatem accepit. his similia scribit Velleius lib. II.
his uerbis, Tertia aetate reuersus in Armeniam, regem eius Artausdem, frau-
de deceptum, catenis, sed ne quid honoris deesset, aureis deuinxit. & Florus
lib. CXXXI. Antonius, inquit, Artiniridem Armeniae regem fide data produ-
ctum, in uincula coniici iussit, regnumq. Armeniae filio suo ex Cleopatra nato
dedit. eadem de Armenia deuicta, & eius rege capto, scribit Appianus in Par-
thico; quò pertinet pharetra pone Antonii caput in denario impressa, Arme-
niae prouinciae symbolum, quod in Augusti quoque denariis reperitur cum
inseri-

inscriptione ARMENIA CAPTA variant autem Graeci, Latiniq. inter se Scrip-
tores in eius regis nomine scribendo, vt non facile quod retinendum sit, vide-
re liceat. Ad primi autem denarii alteram partem, in qua Mineruae signum im-
presum est, facit fortasse quod de Antonio scribit Dio lib. XLVIII. επειδήτε, in
quit, οἱ Αἴνιναιοι πρὸς τε τοῦτο, καὶ πρὸς τὰ ἄλλα τὰ Αἴνιναι αὐτῷ καλεγόντες, δέ τε θάλτε τὸν γύμνοντεν, καὶ
προκα μηρίδας ἐκατόνταρπεντὸν εξεπράξεν. hoc est, cumq. Athenienses inter reliquos hono-
res etiam Mineruam ei despondissent, probare se id matrimonium dixit, dotisq.
nomine quadragies sextertiū exegit. in quatuor sequentibus denariis praeter
GELLII & BARBATTI nomina, Antonii Proutcialiū quaestorum, de quibus in Gel-
lia gente & Valeria suo loco dicetur, nihil est aliud notatu magnoperē dignum.




Una como está questa mo-
ne en su orden el conde de
Guipúzcoa Plata de Oro de
un Real castellano, q es
de los q tuvo el S. mo J.
márquez de Aragón Duque
de Villafranca Abuelo
pago maternal

D E C N. D O M I T I O A H E N O B A R B O Neronis imperatoris proavo, quem praefectum Antonianaē classis fuisse, ex iis quae in primo denario im-
pressa sunt, intelligimus, quamuis in gente Domitia scribendum nobis sit, non
erit tamen ab hoc loco alienum Suetonii verba recitare, quae de eo scripsit in
lib. VI. cap. XI. Reliquit, inquit, filium omnibus gentis suae procul dubio pre-
ferendum. is inter consicos Caesarianae necis, quanquam insons, damnatus le-
ge Pedia, ad Cassium, Brutumq. se, propinquā sibi cognatione coniunctos con-
tulisset, post utriusque interitum, classem olim commissam retinuit, auxit etiā,
nec nisi partibus vbique profligatis, M. Antonio spōnte, & ingentis meriti lo-
co tradidit, solusq. omnium ex iis, qui pari lege damnati erant, restitutus in pa-
triam, amplissimos honores percucurrit: ac subinde redintegrata ciuili dissen-
sione, eidem Antonio legatus delatam sibi summam imperii ab iis, quos Cleo-
patrae pudebat, neque suscipere, neque recusare fidenter, propter subitam ua-
letudinem ausus; transiit ad Augustum; & in diebus paucis obiit, nonnulla &
ipse infamia aspersus: nam Antonius eum desiderio amicae Seruilliae Naidis
transfu-

transfugisse iactauit. De M. IVNIO SILANO, qui & ipse Antonii partes fecutus est, ut ex Dionis lib. XLV. constat, in Iunia Silanorum familia paulo post dicetur. de MVNATIO uero PLANCO, qui Antonianarum (ut Velleii verbis utar ex lib. II) adiutor partium fuit, & PINARIO SCARPO, qui sub eodem Antonio Africam prouinciam administrandam obtinuit, in Munatia gente, & Pinaria infra scribetur: ubi & de Ioue Ammone, qui apud Afros *xpiomōσωνος*, hoc est, arietino uultu, colebatur, abunde à nobis tractabitur. Quintus huius tabellae denarius pertinet, ut arbitror, ad M. Antonii uictoriam Parthicam, quam narrant Dio, & Plutarchus in Antonio.


DR. BIBVLO, FONTEIO, & ATRATINO, qui & ipsi Antonianarum partium fuerunt, non est hic locus scribendi: sed in Calpurnia, Fonteia, & Sempronius gentibus, quae ad huius tabellae denariorum intelligentiam pertinebūt, diligenter à nobis indicabuntur.

PRIMVS




PRIMVS hius tabellae argenteus quinarius, ex iis quae in una eius parte signata sunt, ANTONII auguratum: ex iis uero quae in altera, Lepidi Pontificatum indicat. Secundus quinarius, signatus (ut opinor) est à Lugdunensi colonia, quam à Silano, Lepido, & Planco, qui cum Antonio conspirauerant, deductam fuisse scribit Dio lib. XLV. 1, καὶ οὕτως, inquit, ἐκεῖνοι ὑποκίνασθε, τὸ λυγόδουνον μὲν ἴρωμαθὲν, νῦν Λυγόδουνον καλούμενον, ἔκπιται. hoc est, itaque illi subsistentes, Lugudunum, quod nunc Lugdunum uocatur, aedificauerunt. Leonis autem signum, quod in altera quinarii parte expressum est, magis placet, ut ad coloniae uetus insigne, à quo fortasse nomen id, quo nunc uocatur traxit, referatur; quam ad historiam illā, quam narrat Plinius lib. VIII. M. scilicet Antonium dum triumpharet, prium leones currui iunxit: notis uero, A. XLI. annos significari arbitror à Lugduno condito ad coloniam deductam: cuius quidem coloniae mentio quoque est in ueteri inscriptione, cuius exemplum in Munatia gente proferemus. Tertius, & quartus quinarius, quintus item & sextus denarius sine dubio ad Antonii uictoriam spectant, siue Parthicam, siue Armeniacam.

HVRVS




IN H V I V S tabellae tribus denariis, caduceus pacis symbolum signatus est, ad indicandā (ut arbitror) pacem, quam M. A N T O N I V S cum C. Caesare fecit anno DCCXIII. ex qua ambo ouantes urbem ingressi sunt. eius meminit Dio li. X L V I I I . ἀς δ' οὐν, inquit, ὁ Τίτος φαλαῖς Σάρανθι, Ιάτε ἡστα ἀμφότεροι καθέστητο, εἴτ' οὖν οὔτε
,, ἐπολεμούμενοι πρότερον ὑπὸ Τίτου φεύγοντες, εἴτε καὶ πρόσφατον τοῦ θάνατον αὐτῶν, πρὸς τὸ πάρ' ἀλλήλων δέος, οἵσεχι μῆτρες
,, πάλιν, καὶ τὸ δυνάμειον καὶ τὰς ἐπιθέσεις ἔχοντες, πονηράμενοι. καὶ θύσιτο Καίσαρι μὲν Σερβίᾳτε, καὶ δεκατίαιν, θύσιτο
,, μὲν αὐτῷ τὴν Γελατίαν, Αὐγούστῳ δὲ Γελλαπονίατα ὑπὲρ τὸν γόνον, Ιάτε ἐν Τίτῳ πρόστηχον τὰ ἐν Τίτῳ Αὐτοῖς ρωμαῖοι
,, ἕντα ἐπέλασαν, Ιάτε γαρ ἐν Τίτῳ λίθῳ ἔντησον, καὶ τὸν Σικελίαν ὃ Στέξος ἔχει. hoc est, Enim uero
,, Fulvia mortua, statim uterque armis positis, in gratiam redierunt, siue quod re
,, uera ad bellum ipsos Fulvia incitasset, siue hac praeescriptione utentes, cum al
,, ter alterum metueret, & uterque aequis uiribus, & spe uteretur. tum Caesari
,, Sardinia, & Delmatia, Hispaniaq. & Gallia, Antonio reliquae omnes trans Io
,, nium mare regiones adscriptae sunt, nam Africæ provincias Lepidus habe
,, bat, Siciliam Sextus. huiusmodi pacis in Capitolinis quoque tabulis men
tio reperitur. legiones autem Antonii (siue x x v. illae fuerint, ut scribit Dio li.
I V. siue x v I I I , ut Appianus li. v. bellorum ciuilium, siue ut ex epistola Gal
bae ad Ciceronem li. x. colligitur. x x x v.) in argenteis denariis ad xxv. usq.
continuato numero, eodemque interrupto ad x x x I I I . tantum uidere licuit.
Quòd uero Romanae legiones ex ordine delectuum prima, secunda, & tertia
,, deinceps uocarentur, scribit Dio lib. x x x v I I I . his uerbis, εἰςδιπέρον δὲ δὴ τὸ σέκατον
,, σράτομα ἐποίειστο, ὅτι εἴναι μνημόνιον αὐτῶν ἔχειν. οὔτε δέ δὴ τὰ πολιτικὰ σράτομα πρόσθια τοῖν
,, ξενομάζειον. ὅπερε καὶ νῦν ὁμοίωσαταί νῦν ὄντα τὰς ἐπικλήσεις ἔχει. hoc est, decimam autem legio
,, nem (sic enim secundum ordinem delectuum Romanae legiones nominaban
,, tur. hodieq. eadem ratione cognomenta sua fortuntur) Caesar cohortē Prae
,, toriam sibi delegit, quòd eorum benevolentiam peculiarem quandam semper
fenserat.


fenserat. Antonii Praetoriae nauis facit mentionem Appianus lib. I I I . η σπάθη „
„ πλεύσει, inquit, Αὐτοῖς ην Καίσαρος σπάθη ηδα διβέραξεν. Quid autem sit Praetoria cohors, „
„ declarat Sex. Pompeius his uerbis. Praetoria cohors est dicta, quod à Praetore „
„ non discedebat. Scipio.n. Africanus primus fortissimum quemque de legit, qui „
„ ab eo in bello non discederet, & cactero munere militiae uacaret, & se siquidu „
„ plex stipendium acciperet.



V. L E G I O N E M ab Antonino & Vero Augustis restitutam fuisse, ex nullo Scriptorū, praeterquam ex quinti denarii inscriptione cognoscimus. Quintam quoque legionem à Vespasiano Imperatore restitutam esse constat ex alterius denarii titulo, quem ipsi uidimus cum litteris V E S P. I M P.




LEGIONIS XII. ANTIQVAE, quae in huius tabellae denario notata est, nullus, quod sciam, veterum scriptorum facit mentionem.




LEGIO XVII CLASSICA. in sexto huius tabellae denario signata, nisi antiquus hic denarius extaret, fuisse nobis prorsus ignota.

LEGIO-




LEGIONIS XVIII. LIBYCAE, nisi in hoc tantum denario, nulla alibi extat mentio: appellatam autem opinor Libycam à regione, quemadmodū Cyrenaicam, Scythicam, & Macedonicam, quarum meminit Dio lib. L V.




Q. ANTONII BALBI Praetoris meminit Florus in epitoma li. lxxxvi, cum „ inquit, L. Philippus legatus Sullae, Sardinia Q. Antonio Praetore occi- „ pauit. ex quibus uerbis intelligere possumus, Q. Antonium Praetorem ex. S.C. Sardiniam prouinciam obtinuisse.

C. jj A. PRO-



A P R O N I A E gentis, ut arbitror, plebeiae mentio est apud Valerium Max. lib. vii. cap. v i i i . & Paedianum in Miloniana, in qua meminit L. Apronii, qui Sex. Clodium accusauit, quod eo auctore corpus Clodii in curiam illatū fuerat: item Cn. Apronii Cn. F. qui M. Saufeium M. F. accusauit, quem defendit Cicero. **A P R O N I V S** autem hic **G A L V S** sub Augusto triumuir. A. A. A. F.F. fortasse est, qui consul ex kal. Iul. M. Camillo sufficitur in tabulis Capitolinis anno D C C L X . eius meminit Dio lib. I v i i i . ορισκυραν δι, inquit, ημερας ηρε, κατοι λουκη απωλη τη συνερχοντι εξ μηνας επιτηδειas. Velleius item lib. ii. & Tacitus lib. iii. Quae (inquit) postquam L. Apronio (nam Camillo successerat) comperta &c. Eidem ornamenti triumphalia decreta fuisse, ob res cum Germanico bene gestas scribit idem Tacitus lib. i. qui in lib. i v . Africam eum obtinuisse tradit, & in lib. v. Germaniae Propraetore nominat. in ueteribus autem Fratum Arualium monumentis, Neronis Imp. temporibus, nominatur C. quidam **V I P S T A N V S A P R O N I A N V S**, filius fortasse huius **A P R O N I I**, qui à C. Vipstano adoptatus, Apronianus dictus est; sed male à Tacito, Plinio, Solino, & Cassiodoro in consulatu anni DCCCXI. Vipfanus pro Vipstanus appellatur. **G A L V S** Sulpiciae quoque familiae cognomen est; & in quodam lapide L. N O N I V S . **G A L V S** reperitur.


A Q V I L



A Q V I L I A gens, familias habuit patricias & plebeias, sed cognominibus non semper usas, ut ex ueteribus monumentis intelligi potest. Athenaeus lib. v. scribit M³. **A Q V I L I V M** consularem, ad quem puto pertinere primum tabellae denariū, ex Sicilia triumphase. Cicero autem in lib. ii. de oratore, ouantem in urbem iniisse dicit: his enim uerbis Antonium loquentem in eo libro inducit. Quare nolite existimare, cum mihi M³ Aquillius in ciuitate retinendus esset, quae in illa causa peroranda fecerim, sine magno dolore fecisse: quem enim ego consulem fuisce, imperatorem ornatum à senatu, ouantem in Capitolium ascendisse meminisse &c. Eiusdem meminit in Verré; Post bellū, inquit, quod M³ Aquillius confecit, nullum fugitiiorum in Sicilia bellum fuit. & in oratione pro Flacco: M³ Aquillium patres nostri multis auaritiae criminibus testimoniosq. conuictum, quia cum fugitiuis bellum gesserat, iudicio liberauerunt. Florus in epitomā li. lxxix. M³ Aquillius Procos in Sicilia bellū seruile cōcitatū cōfecit. fuit autem M³ hic **A Q V I L I V S** filius M³ Aquillii Consulis cum C. Sempronio Tuditano anno D C X X I I I . consul ipse anno D C L I I . Procos. uero de seruis fugitiuis ex Sicilia ouans in urbē iniit anno D C L I I I . in cuius rei memoria denarium ab eius filio uel nepote, seu aliquo cōsaguineo signatum esse opinor. cuius in altera parte Virtutis caput impressum est, quale in denario Cordi & Kaleni reperitur. Ad eundem **A Q V I L I V M** secundus denarius, ut arbitror, spectat. L. autem **A Q V I L I V S F L O R V S**, qui in reliquis tabellae denariis descriptus est, triumuir fuit sub augusto; oriundus, ut uidetur, à C. Aquillio Floro, qui cōful fuit cum P. Cornelio Scipione, & Procos. de Poeneis triumphauit anno C D X C V . i v . non. Octobr. quia uero Flori cognomen, à flore quodam ea familia duxerat, florem ipsum cuiusmodi fuerit, in altera denarii parte indicauit. de Aquilliis quibusdam Floris, patre, & filio Augusti iussu necatis, meminit Dio lib. I I .

C iij reliqua,

reliqua, quae in tertio & quinto denario notata sunt, ad Augusti triumphum aliquem, uel ut ex inscriptionibus intelligimus, ad Armeniacam eius uictoriam referenda sunt.



ARRIAM gentem plebeianam fuisse suspicari possumus ex iis, quae de Q. Arrio scripta sunt à Cicerone in Bruto. Sunt autem haec. Quod idem faciebat Q. Arrius, qui fuit M. Crassi quasi secundarius; is omnibus exemplo debet esse, quantum in hac urbe polleat multorum obedere tempori, multorumque uel honori, uel periculo seruire: his enim rebus insimo loco natus, & honores, & pecuniam & gratiam consecutus, etiam in patronorum, siue doctrina, siue ingenio aliquem numerum pertienerat. M. autem ARRIVS SECUNDVS, incertum mihi, fuerit ne is, cuius praeturae meminit Paedianus in argumēto Diuinationis (quem tamen Quintū praenominatū fuisse ex Ciceronis lib. iv. in Verrem colligo) an is, qui Suriae praefectus fuit, in quem extat nobile hoc Catulli epigrāma.

*Chommoda dicebat, si quando commoda uellet
Dicere, & hīsidias Arrius, insidias.
Credo sic mater, sic liber auunculus eius,
Sic maternus auus dixerat, atque auia.
Et tum mirificè sperabat se esse locutum,
Cum quantum poterat dixerat hīsidias.
Hoc misso in Suriam, requierant omnibus aures,
Audibant eadem haec leniter, et leuiter:
Nec sibi postilla metuebant talia uerba,
Cum subito affertur nuntius horribilis:*

Ionios

*Ionios fluctus postquam illuc Arrius issit,
Jam non Ionios esse, sed Hionios.*

Ad hunc fortasse, uel eius filium spectat uetus haec inscriptio,

M. ARRIVS. M. F. M. SEXTIVS. M. F.

DVOVIRI. DE. S. VIAM FACIVND. ET

REFICIVND. COERAV.

Imperatorum quoque temporibus Arriam Secundorum familiam floruisse, ex alia inscriptione intelligimus, quae extat huiusmodi,

L. ARRIO

PRIMO

L. ARRIVS

SECUNDVS

PROC. AVG.

FRATR. PISSIM.

De Arrio quodam consulatus candidato, facit mentionem Cicero in epistola v. lib. ii. ad Atticum. Iam uero, inquit, Arrius consulatum sibi erexit fremit. ac de eo fortasse in epistola xiv. & xv. eiusdem libri, dixit. C. Arrius proximus est uicinus, immò ille quidem iam contubernalis; qui etiam se idcirco Romanam ire negat, ut hīc mecum totos dies philosophetur. sed nihil haec ad eum, quem in denario habemus ARRIVM SECUNDVM; cuius, uel maiorum suorum alicuius, insigne factum aliquod indicant ea, quae in altera denarii parte impressa sunt, clathrus, hasta pura, & corona; quibus donatū fuisse Arrium credendum est, quōd castrorum portam ab hostiū irruptione fortiter fuerit tutatus. Clathri enim (sive clathra ea appellanda sint) quae Graeci κλῆσπα dicunt, ligna erant, quibus transuersis castrorum portae muniebantur. Horatius in arte poetica usus est ea uoce, hoc uersu.

Obiectos canuae uoluit si frangere clathros.

Et Columella lib. viii. cap. iii. Fenestrae, inquit, clathris muniantur, ne possint noxia irrepere animalia. hastis autem puris & coronis donati solitos fuisse eos, qui in expugnatione castrorum, uel oppugnatione, egregiam operam nauassent, testimonio nobis sunt ueterum lapidum monumenta, quorum unius exemplum hic subiicere sat erit, cuius principium desideratur.

IMP. CAESAR. NERVA. TRAIANVS

DACICVS. GENTEM. DACOR. ET. REGEM. DECEBALVM

BELLO. SVPERAVIT. SVB. EODEM. DVCE. LEG. PRO. PR. AL


EODEM. DONATO. HASTIS. PVRIS. VIII. VEXILLIS. VIII.

CORONIS. MVRALIB. II. VALLARIBVS. II. CLASSICIS. II.

AVRATIS. II. LEG. PROPR. PROVINCIAE. BELGICAE. LEG. LEG. I.


MINER.

MINERVAE. CANDIDATO. CAESARIS. IN. PRAETVRA
ET. IN. TRIBVNATV. PLEB. QVAESTORI. PROVINCIAS
ACHAIAE. IIII. VIRO. VIARVM. CVRANDARVM
HVIC. SENATVS. AVCTORE. IMP. TRAIANO. AVG.
GERMANICO. DACICO. TRIVMPHALIA. ORNAMENT
DECREVIT. STATVAMQ. PRCVN. PVBLIC. PONE. ND. CENSVIT



ASINIAE gentis, ut puto; plebeiae, scriptores multi meminerunt. ex ea fuit C. ASINIVS. GALLVS orator & poeta, qui huius tabellae nummos aereos signauit, filius Asinii Pollionis, qui Consul fuit cum C. Marcio Censorino, anno DCCXIX: quem laudant Seneca in declamationibus, Plinius in epistolis, & Suetonius in libro de claris grammaticis. Gallus hic edidit librum, in quo Pollionem patrem Ciceroni comparauit: sed contra eum pro Cicerone scripsit postea Claudius Imp. ut idem testatur Suetonius in eius vita. Cornelius Tacitus lib. i. scribit, cum de honoribus in funere Augusti Senatus deliberaret, Asinium Gallum censuisse, ut legum latarum tituli, & uictarum ab eo gentium uocabula anteferrentur, sed malam pro eo gratiam à Tiberio iniuit, à quo diris suppliciis, ut Eusebius inquit, necatur anno ante T. Liui mortem.

AT I.



ATILIAM gentem patricias habuisse familias, & plebeias, inter ueteres scriptores satis constat. SERANORVM autem familia, cuius in denariis extat memoria, fuit plebeia, à serendo id cognominis fortita, ut scribit Plinius lib. XVIII. cap. iii. his uerbis, serentem inuenierunt, dati honores, Seranum unde cognomen. eodem respiciens Virgilius dixit in lib. Aeneid. vi.

-- et te fulco Serane serentem.

In argenteis tamen denariis, & in antiqua inscriptione, cuius exemplum infrà descripsimus, item in Obsequentis libro de prodigiis, Saranus scriptum pro Serano reperitur; quod fortasse ea familia Serani cognominis aliam haberet originem, non autem eam, quae à serendo dicta fuisset. M. Atilii Serani triumviri coloniae deducendae anno D L X V I I . mentio est apud historicos, itemq. C. Atillii, qui consul cum Q. Seruilio Caepione fuit anno D C X L V I I . quibus consulibus natus est Cicero. sed cū plures fuerint in hac gente, qui Marci & Caii praenominib. usi sunt, difficile est, qui praecipue his denariis designentur, affirmare.

SE X. ATILIVS. M. F.

SARANVS. PRO COS.

EX. SENATI. CONSVLTO

INTER


ATESTINOS

ET

VEICETINOS

FINES. TERMINOS. Q.


POSVIT




Ex AVRELIA gente plebeia, fuerunt COTTAE & SCAVR, quorum in hactabellis denarii expressi sunt. eorum autem primus ad M. AVRELIVM COTTAM pertinet, qui consul fuit cum L. Licinio Lucullo anno DCLXXIX, frater C. Aureli eius, qui à Cicerone laudatur in Bruto, ut disertus: sed quae in altera denarii parte Centaurorum bigae signatae sunt, mihi quidem obscurum est, quò pertineant. Vulcani uero caput, quod in L. COTTAE denario impressum est, barbatum illud quidem & pileatum, ex Virgilii quoque carmine ad Battarum, antiquos finxit se didicimus, in quo est,

*Nam certè Vulcanus opus faciebat, & illi
Trifli, turpabatq. mala fuligine barbam.*

, et ex Arnobio, qui in lib. vi. cum pileo (inquit) Vulcanus & malleo. L. autem COTTAM arbitror designari eum, qui anno DCLXXXVIII, consul fuit cum L. Manlio Torquato, damnatis competitoribus iam designatis, P. Cornelio Sulla, quem defendit Cicero, & P. Autronio Paeto. M. AVRELIVS SCAVRVS, qui in tertio denario notatus est, indicatur fortasse is, qui consul suffectus fuit anno DCXV. L. Hortensio, patri (ut quidam credunt) L. Hortensii oratoris, unicus in ea familia consularis.



AXSIA gentis, ut arbitror, plebeiae facit mentionem M. Varro lib. III. de re rustica, cap. ii. Cicero quoque lib. i. ad Attic. ep. vii. in qua nominat Axium quandam, qui erat, ut opinor, foenerator. Sed AXSIVM hunc NASEONEM, nisi forte is sit, cuius meminit Cicero lib. III. Philipp. quem inter proscriptos à triumuiris numerat Appianus lib. v. bell. ciuil. in tanta praeferim huius familiae ignoratione, reperire nondum potui. de Diana curru à ceruis tracto, uidendus Apollonius Rhodius lib. III. & Callimachus in hymno ipsius Diana: Claudio etiam in lib. III. de laudibus Stiliconis. AXSIUS autem pro AXIUS, ut MAXSVMS pro MAXVMVS, ALEXANDREA pro ALEXANDREA, antiqua fuit scribendi ratio, cuius ueteres Grammatici meminerunt.



B A E B I A E gentis plebeiae frequens est mentio, cum apud antiquos rerum Romanarum scriptores, tum in veteribus lapidum monumentis, quae extant huiusmodi,

L. BAE B I O. L. F

GAL. AVITO

PRAEF. FABR. TRIB.

M I L. L E G. X. G E M. P R O C

IMP. CAESARIS. VESPASIANI

AVG. PROVINCIAE. LVSITANIE

ADLECT. INTER. PRAETORIOS

L. BAE B I V S. L. F

GAL. IVNCINVS

PRAEF. FABR. PRAEF

COH. IIII. RAETORVM

TRIB. MILIT. LEG. XXII

DEIOTARIANAE


PRAEF. ALAE. ASTYRVM

PRAEF. VEHICVLORVM

IVRIDICVS. AEGYPTI

M. autem BAE B I V M TAMPILVM, qui in hac tabella descriptus est, opinor designari eum, qui consul fuit anno DLXXII, cum P. Cornelio Cethego, qui Procos. anno DLXXXIII, triumphauit de Liguribus; qui fortasse triumphus in altera denarii parte expressus est: cum autem in Capitolinis tabulis & uulgatis omnibus libris, Tamphili cognomen cum aspirationis nota scriptum reperiatur, in argenteo denario, sine aliqua aspiratione, ut in aliis GRACCVS, PHILIPVS, & TRIVMPHV, notatum est.

CAECI



C A E C I L I A E gentis plebeiae, sed multis gestis magistratibus nobilis, sola METELLORVM familia in antiquis denariis reperitur. opinor autem quatuor Macedonici filios MARCVM, CAIVM, QVINTVM, & LVCIVM, in huius & sequentis tabellae denariis descriptos esse: atque in primo quidem, & secundo, MARCVM notari, qui Consul fuit cum M. Aemilio Scauro anno DCXVIII, triumphauitque Proconsule ex Sardinia, anno DCXL. In tertio CAIVM, qui Caprarius cognominatus est, Consulq. fuit cum Cn. Papirio Carbone anno DCXL. de quo extat fragmentum veteris inscriptionis

C. C A E C I L I V S. Q. F . . .

M E T E L L V S. I M P

Quinto denario, QVINTVS designatur is, qui Baliorici cognomen ex triumpho quem egit, consequutus est, & Consul cum T. Quintio Flaminino fuit anno DCXXX. ac triennio post Censor cum Q. Seruilio Caepione lustrum fecit LXI. quamuis denarius ad Q. etiam METELLVM CRETICVM referri posset, de quo extat inscriptio.


C A E C I L I A E

Q. C R E T I C I E

M E T E L L I A E. C R A S S I

LVCIVS, in sequentis tabellae secundo denario descriptus est: qui cum Diadematus antea, ob frontem uitto, vel diadematè obligatam diceretur, Delmaticus postea ex triumpho cognominatus est, quem egit Procos. de Delmateis anno DCXXXVII. Elephanti autem, qui in altera parte priorum quatuor denariorum notati sunt, ad celebranda pertinent monumenta L. METELL

TELLI eius, qui cos. cum L. Furio Pacilo fuit anno DII. et Procos. insignem de Poeneis in Sicilia uictoriā adeptus, triumphum egit, VII id. Sept. anno DIII. in quo primus elephantes duxisse dicitur, ut scribit Plinius lib. VIII. cap. XLII.




HIVVS tabellae posteriores quatuor denarii, spectant ad P. CORNELIVM SCIRIONEM NASICAM filiu P. Scipionis, de quo nihil memorabile ab historicis narratur, & Liciniae Crassi oratoris Consularis & Censorii filiae; nepotē P. Scipionis Nasicae uiri consularis, & Caeciliae Q. Macedonici filiae; qui adoptatus à Q. Metello Pio Numidici filio, Q. Caecilius Metellus Pius Scipio appellatus est. eius adoptionis meminuit Dio li. xi. his uerbis, πομπίος δὲ Κύνιον Σεκυλίαν πενθερόν τοι οἶτα, καὶ δεκασμοῦ αἰτλανέχοντα, προστέλετο· οὗτος γαρ γένθη μὲν τοῦ Νασικοῦ ἄνδρα εἰς κλήρου διαδοχῆς εἰς τὸ τοῦ Μετέλλου τοῦ ἐναεβοῦ γένος παινίδεις, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὸν ἐπίκλησιν αὐλοῦ φέρων, ήτιε συγάλερα τῷ Πομπίῳ φέρει· δακεν καὶ παρ' αὐλοῦ τὴν ὑπάλειψιν, καὶ τὸ μὲν καληγορισθῆναι ἀπέλασεν. hoc est, Pompeius Q. Scipionem sacerorum suum, ambitusq. tum reuni collegam sibi assumpsit; is Scipio cū Nasicae esset filius, testamento in genus, hereditatemq. Metelli Pii adoptatus, atq. hinc cognomentū Metelli ferens, filiam Pompeio in matrimoniu dederat, ab eo contra, consulatū, ac ne causam diceret acceperat. De Pii cognomine, quod Metellus Numidici filius, adoptiūs pater huius Scipionis, pietate sua adeptus fuit, ita scribit Velleius lib. II. Q. Metellus Numidici filius, qui meritum cognomen Pii consequutus erat; quippe expulsum ciuitate L. Saturnino, no Tr. pl. quod solus in leges eius iurare noluerat, pietate sua, auctoritate senatus, consensu Reip. restituit patrem. Appianus lib. I. bel. ciuil. ΔΛΔ ΔΛΔ πᾶς (inquit) εὐθὺς δετῆς οὔτε Εὐσεβίας τοῦ ἐποπτα ἐκλέσθη. Valerius Max. li. v. cap. II. Metellus uero Pius, pertinaci erga exulem patrem amore, tam clarum lacrymis, quam aliis uictoriis cognomen a sequutus, non dubitauit consul, pro Q. Calidio Praetore candidata.

to supplicare populo, quod Tr. pl. legem qua pater eius in ciuitate restituere-tur, tulerat. Ciconia autem, quae in denario signata est, Pietatis symbolū apud antiquos fuisse, à qua Graecū etiā proverbiū fluxit ἀπειπεῖσθαι, scribit Plinius lib. X. cap. XXIII. Q. igitur CABILLVS METELLVS PIUS SCIPIO, quod Imperator (ut ex eius denariorum titulis apparet) in Africa fuerit appellatus, aperte demonstrant Caesaris uerba, quae sunt in lib. II. de bello ciuil. His tem- poribus, inquit, Scipio detrimentis quibusdam circa montem Amanum accep- ptis, se Imperatorem appellauerat. nec uero dubitandum est, quin denarii huiusmodi fuerint in Africa signati: nam in tertio & quarto elephas; in sexti altera parte Africæ ipsius caput cum spica & aratro, quale à Claudiano in lib. II. de laudibus Stiliconis describitur,

*Tum spicis, & dente comas insignis eburno,
Et calido rubicunda die, sic Africa fatur.*

in altera, Herculis simulacrum signatum est, quod in Africa colebatur, cuius facit mentionem Herodotus lib. II. historiarum. Ad eiusdem autem Scipionis pontificatum maximum indicandum, uas in quinto tabellae denario signatum est: de eo meminit Asconius in Corneliana, & Suetonius in Tiberio cap. IIII his uerbis; Pater uero Tiberii, Quaestor C. Caesaris Alexandrino bello classi praepositus, plurimum ad uictoriā contulit: quare & pontifex in locum P. Scipionis constitutus &c. Augurem etiam fuisse Scipionem, ex litui signo, quod in eodem denario notatum est, intelligere possumus. De Eppio, in Eppia gente suo loco dicetur.




AD EUNDÆM SCIRIONEM huius quoque tabellae denarii pertinent; sed Isidis, & terminorum praefidis Iouis, in altera primi & tertii denarii parte D ij impresa

impressa simulacra quò spectent, reperire adhuc non potui; cū tamen ex aliis, quae in iis denariis signata sunt, satis constet eos à P. C R A S S O Iuniano, Scipionis in Africa Legato Propr. cūsos esse; de quo quidem Crasso dicimus in Licinia gente, in quam ex Iunia, ut ex adoptionis formula apparent, translatus fuit. De Iside dea quae *κερασοπόρος*, hoc est, Cornigera (quod eadē cum Luna esset) appellatur à Plutarcho; uidendus Diodorus Siculus, & Plutarchus ipse in lib. quē inscripsit *τοιχίδων καὶ τοιδῶν*. ad interpretationem autem litterarum G. T. A. quae Isidis capiti in denario superposita sunt, faciunt Seruī uerba, in illum Virgilii uersum in VIII. Aeneid.

-- *patrio uocat agmina fistro,*

„ Cleopatra (inquit) sibi tantum assumpserat, ut se Istin uellet uideri. Isis autē est „ Genius Aegypti, qui per fistri motū quod gerit in dextra, Nili accessus & recessus signat; per fistulā, quam sinistra retinet, ostendit fluentiā omnium lacunarū. „ Isis lingua Aegyptiorū est Terra, quam Istin uolunt esse. ex his enim Seruī uerbis, litteras G. T. A. possumus interpretari GENIUS TUTELARIS AEGYPTI. De Louis. (quem Graeci *σπιου* appellant) signo, quod in tertio denario cū aquilae capite signatum est, meminit Dionysius Halicarn. lib. II. in quo scribit, Numam Pompilium Ioui Terminali terminos sacrasse. Plato quoque in li. legum VIII. & Pollux lib. I X. Louis huius *σπιου*, & columnae, *ιποπλας*, hoc est, terminalis, faciunt mentionem. sella curulis Africanum fortasse Scipionis imperium designat, cui aequitatis & libertatis symbola, copiae cornu, & lances superpositae sunt; nam spicae, Africæ prouinciae fertilitatem significare ex Claudiani uersibus docuimus, qui sunt in superiore tabella à nobis prolati. Quam quidem prouinciam Cybeles quoque turrita imagine, quae in secundo denario expressa est, indicari arbitramur. Quartus denarius ad M. METELLVM pertinet Macedonici filium, de quo suprà.


A D



AD A. ne CAECINAM equitem Romanum, Volaterris in Etruria natum, ad quem Ciceronis extant epistolae aliquot lib. VI. qui pro Pompeio contra Caesarem pugnauit, pertineat aereus hic nummus, an ad A. CAECINAM, huius ut puto filium, qui consul Augusto suffectus fuit in XIIII Consulatu, aequè mihi obscurum est. CAECINAE patris meminit Hirius in lib. de bello Afri- co, in quo scribit, ei Caesarem ignouisse, quod pro Pompeio contra ipsum stetisset. CAECINAM filium Velleius lib. II. appellat consularem: sed quando consul fuerit, quoniam praetermissum est ab iis, qui Fastos ediderunt, quaerendum nobis est: credi autem potest, consulem suffectum fuisse Augusto consuli XIII, anno DCC LI. in quo Consulatu M. Plautium Siluanum collegam habuit. id ut credam, duobus argumentis adducor; primum, quia Velleius Siluanum simul, & Caecinam ex transmarinis prouinciis auxilium Tiberio tulisse scribit, in quibus credendum est, qui superiore anno consulatum simul gessissent, tunc Proconsulibus simul fuisse: deinde quia cum consularem Caecinam Velleius appeleret, & quo anno consul fuerit, ignoretur, uerisimile est, collegam Siluani superiore anno fuisse eum, qui cum eodem Siluano sequenti anno, proconsulari potestate, prouincias fortissimus est. nec illud obstat, quod consulares non semper II, qui consulatum gesserint, sed qui eo honore digni habitu sunt, à Velleio, aliisque scriptoribus aliquando appellantur, quoniam ex iis, quae suprà ad stabiliendam nostram de Caecinæ consulatu coniecturam adduximus, satis constat, consularem Caecinam à Velleio dictum, quod consulatum uerè gessisset. CAECINA uero gentis nomen est, ut PERPERNA. eius in duabus inscriptionibus mentio extat; una, in qua Neronis temporibus C. CAECINA LARGVS nominatur: altera, in qua Vespasiano imperante C. CAECINA PAETVS consul, cum L. Annio Basso descriptus est.

D iii CAESIAE

*Como esta tengo una
de las del Duque mifido*



CAESIA gentis, incertum, patriciae'ne, an plebeiae, frequens extat mentio in ueteribus cum lapidum, tum scriptorum monumentis; ex quibus tam nullus, quod sciam, facit L. CAESI mentionem, qui in huius tabellae denario notatus est; nisi forte is sit, cuius meminit Cicero in ep. II.lib.I. „ ad Q. fratrem his uerbis; Nunc respondebo ad eas epistolas, quas mihi reddidi, dit L. CAESIVS: cui, quoniam ita te uelle intelligo, nullo loco deero. M. Caesius Praetor anno D C L X X V I I . nominatur ab eodem Cicerone in lib. III. in Verrem. & in ep. II. & XII. lib. XIII. ad Memmum: sed nihil habet cum denarii inscriptione commune, cum hic Marci, ille Lucii praenomine affectus sit. De Veiois simulacro, quod in altera huius denarii parte expressum est, ita scribit Agellius lib. V. cap. XI. Simulacrum igitur Veiois, quod est in aede sita inter arcem, & Capitolium, sagittas tenet, quae sunt uidelicet paratae ad nocendum, quippe eum deum plerique Apollinem esse dixerunt, immolaturque illi ritu humano capra: eiusq. animalis figuramentum iuxta simulacrum stat. LARIBVS, qui in altera parte signati sunt, Vulcani caput superpositum est, propterea quod in foco coluntur; eisq. affixit canis ob eam causam, quam refert Plutarchus in problematib. his uerbis; Μαρτίου την. Λευκόπολιν, οὐσιδίος πραιστήτας καλοῦσι, Τούτοις κύνων παρέστηκεν, αὐτοὶ δὲ κυνῶν διφθέρας αἰρετέοσι; οὐ πραιστήτας μὲν οἱ προεστάτες εἰσι, Τούτοις δὲ προεστάτας, οἵκου φυλάκιον εἴραι προστίκτει, καὶ φοβέρος μὲν τοῖς ἀλλογέτοις, ὁπερὸν κύναν εἴσιν, οἵποις δὲ καὶ πρόσον Τούτοις συνοικοῦσιν. hoc est, Cur Laribus, quos propriè Praefides uocant, canis affixit: ipsi autem canum pellibus uestiuntur? An quod Praefides sunt qui praesunt, hos autē domus custodes esse oportet, & alienis formidolosos, sicut canes uidemus: mites uero, ac lenes manuetosque domesticis &c. Eadem de Laribus narrat Macrobius in Saturnalibus. opinor autem L. hunc CAESIVM, quicunq. is sit, ad Augustum hoc denario respexisse, qui ex stipe, quam ei populus Romanus anno nouo apsentis contulit.

contulit, LARIVM, & VOLCANI signa dedicauit; ut ex basium inscriptionibus coniicere possumus, quarum altera superioribus annis in Foro Romano, altera nuper in ipso ferè Palatini monte in Forum descensu reperta, utraque in Farneianas ALEXANDRI CARDINALIS aedes translata est.

IMP. CAESAR. DIVI. F. AVGUSTVS

PONTIFEX. MAXIMVS

IMP. XIII. COS. XLTIB. POTEST. XV

EX. STIPE. QVAM. POPVLVS. ROMANVS

ANNO. NOVO. APSENTI. CONTVLIT

NERONE. CLAVDIO. DRVSO

T. QVINCTIO. CRISPINO. COS

VOLCANO

LARIBVS. PUBLICIS. SACRVM

IMP. CAESAR. AVGUSTVS

PONTIFEX. MAXIMVS


TRIBVNIC. POTESTAT. XVIII

EX. STIPE. QVAM. POPVLVS. EI

CONTVLIT. K. IANVAR. APSENTI


C. CALVISIO. SABINO

L. PASSIENO. RVFO. COS




CALIDIAM gentem, ex Scriptorib⁹, qui eius meminerunt, patriciam fuisse intelligimus: opinor autem hoc denario designari M. CALIDIVM senatorem, de quo meminit Caesar lib. I. bel. ciuil. his uerbis; Ut M. CALIDIVS, qui censembat, ut Pompeius in suas prouincias proficisceretur, nequa esset armorum causa. M. hic CALIDIVS Q. F. (ut est apud Ciceronem in II. contra Verrem) Praetor fuit anno D C X C V I . P. Lentulo, Q. Metello cos. eiusq. praeturae facit mentionem idem Cicero in oratione post reditum in Senatu. quem ut oratorem disertum laudat(his uerbis) in Bruto. Sed de M. CALIDIO dicamus alii, quid, qui non fuit orator unus ex multis, potius inter multos prop̄ singularis fuit eiusdem meminerunt Valerius Max. lib. VI. I. cap. X. Asconius in Corneliana, & Quintilianus lib. X. cap. I. in quo ita scribit; Nam pro domo Cicero- nis

„ nis dixisse Calidium. & lib. xii. cap. x. hinc (inquit) uim Caesaris, indolem Coc-
„ lii, subtilitatem CALIDII. Velleius etiam lib. i. i. facit huius Calidii mentio-
„ nem, cum inquit, Quis enim ignorat diremptos gradibus aetatis floruisse hoc
„ tempore Ciceronem, Hortensium, sanèq. Crassum, Catonem, Sulpiciū, moxq.
„ Brutum, Calidium, Coelium, &c.



CALPVRIA gentis plebeiae, PISONVM tantum familia, & BIBV-
LORVM, atque PISONVM FRVGI in antiquis denariis reperitur. L. PISO.
L. F. FRVG I, cuius primus in tabella denarius expressus est, consul fuit cum
P. Mucio Scaeuola anno DCXX: censorq. cum L. Caecilio Metello Caluo
anno DCXXVI, lustrum non fecit: Tribunus pl. legem Calpurniam de re-
petundis tulit: primusq., ut tradit Cicero pro Fonteio, FRVG I cognomen ob
frugalitatem adeptus est. Simulacrum Victoriae, ad Calpurniae Pisonium
familiae uictoriā aliquam, & fortasse ad C. CALPVRII Pisonis trium-
phum pertinere potest, quē ex Hispania Propraetore de Lusitanis egit, &
Celtibereis anno DLXIX. Desultorius uero eques, quem in antiqua quoque
gemma cum litteris L. Piso L. F. FRVG I incisum uidimus, ludos Apollina-
res (ut opinor) designat, quos fecit C. CALPVRIUS Piso Praetor Vrbanus,
anno DLII. ad quos indicando, Apollinis etiam caput in altera denariorum
parte expressum est. Liuius lib. xxi. Ludi (inquit) Apollinares & priore an-
no fuerant, & eo anno ut fierent, referente Calpurnio Practore, Senatus decre-
uit, ut in perpetuum uouerentur. Ludi Apollinares in honorem Apollinis cele-
brabantur ante diem prid. non. Iul. & septem diebus sequentibus, ut in kalen-
dario Romano notatum est; cui suffragatur Liuius lib. xxv; & is qui Apollini
caput & desultorium equitem in denariis eusit L. Piso. Liuii uerba sunt haec.
Alterum SC factum est, ut x uiri sacra Graeco ritu facerent, iusq. hostiis; Apol-
lini,

lini, boue aurato & capris duabus albis auratis: Latonae, boue femina aurata . „
Ludos Praetor in Circo Maximo cum facturus esset, edixit ut populus per eos „
ludos stipem Apollini, quantum commodum esset, conferret. haec est origo „
ludorum Apollinarium, uictoriae, non ualetudinis ergo (ut plerique ren- „
tur) uotorum. Ex his autem Liuii uerbis, & iis, quae suprà ex lib. xxvi addu- „
ximus, colligere possumus, Apollinares ludos, cum uotui primum & incerti
anno DCXI instituti fuissent, annuos, solemnesq., & in perpetuum referente
C. Calpurnio Pisone Praetore Vrbano, statos esse: ad cuius rei illustrandum
monumentum denarios huiusmodi à L. & C. PISONIBVS in familiae hono- „
rem percussos fuisse credendum est. Quintus tabellae denarius ad C. PISON- „
EM L. Pisonis Frugi filium, uel potius nepotem, Ciceronis generum spe- „
stare potest, qui consul fuit anno DCXCVI cum M. Acilio Glabrone. Sextus,
nisi PISONI FRVG I, de quo suprà, tribuatur, ad eius filium L. PISONEM
FRVG I, qui Praetor in Hispania obiit, uel ad L. PISONEM eius nepotem,
Praetorem item anno DCXXXIII, referendus erit, cum horum alterum eo
denario designari necesse omnino fit.



TERTIVS & quartus huius tabellae denarius pertinet ad M. PISONEM
M. F. Praetorem, de quo Romae in Capitolio extat inscriptio huiusmodi

M. CALPVRIUS. M. F. PISO. FRVG I. PR. EX. S. C.
FACIVNDVM. CVRAVIT. EIDEMQVE. PROBAVIT
IMP. CAESAR. DIVI. NERVAE. F. NERVA
TRAIANVS. AVGSTVS. GERMANICVS
DACICVS. PONTIF. MAXIMVS. TRIB. POT. XII
IMP. VI. C. O. S. V. P. P. OPERIBVS. AMPLIATIS. RESTITVIT


„ De M. hoc Pupio Pisone, ita scribit Paedianus in Pisoniana . M. Pupius Piso fuit
„ eisdem temporibus , quibus Cicero , sed tanto aetate maior, ut adolescentulum
„ Ciceronem pater ad eum dederet, quòd in eo , & antiquae uitiae similitudo,&
„ multae erant litterae : orator quoque melior , quam frequentior habitus est. &
„ Cicero in Bruto . M. (inquit) Piso quicquid habuit , habuit ex disciplina , maxi-
„ meq. ex omnibus qui ante eum fuerunt, Graecis doctrinis eruditus fuit. Hunc à
M. Pupio adoptatum fuisse scribit idem Cicero in oratione pro domo sua ; &
M. Pupium M. F. Pisonem Frugi Calpurnianum dictum. Terminii uero signū,
& sacrorum instrumenta in duobus his denariis impressa,ad indicandam perti-
nent familiae originem à Numa Pompilio Rege ductam,qui primus populum
Romanum deorum cultum docuit , & Termino deo facillum in colle Tarpeio
erexit , ut scribit Dionysius Halicar. lib. ii. Plutarchus in problematib.& Sex.
„ Pompeius Festus,cuius ierba sunt haec . Termino sacra faciebant,quòd in eius
„ tutela fines agrorum esse putabant . denique Numa Pompilius statuit,eum qui
„ Terminum exarafset, & ipsum , & boues sacros esse . In primo denario inte-
grum Terminii simulacrum,in altero caput tantum expressum est: in utroque
autem,ab una simulaci, seu capitinis parte , simpulum ; ab altera , corona signata
est. hanc ego esse arbitror , qua Terminus in agris coronabatur, de qua Tibul-
lus lib. i. eleg. i. ita canit

*Nam ueneror, seu stipes habet desertus in agris,
Seu uetus in trivio florida ferta lapis.*

Quin enim Terminum Deum intellexerit Tibullus, non est dubitandum, de eo namq. dixit Ouidius,

*Termine, sive lapis, sive es defossus in agro,
Stipes ab antiquis, tu quoque numen habes.*

Caetera instrumenta, simpulum scilicet, patera, & culter, ad Numnam ipsum facrorum auctorem referenda sunt. L. autem B I B V L V S , à quo sunt eusi duo priores tabellae denarii, Antonianae classis praefectus fuit, ut ex iis quae scribuntur Appianus in fine lib. I. 1111. & v. bell. ciuil. intelligere possumus.



CALPVRNIA M gentem à Calpo Numae Pompilii Regis filio duxisse originem, scribit Plutarchus in Numa; indeq. Horatius in arte Poetica Pifones Pompilium sanguinem dixit, & Ouidius ad Pifonem

*-- nam quid memorare necesse est
Vt domus à Calpo nomen Calpurnia ducat?*

Vt igitur hanc familiae originem indicaret C. N. P I S O , in secundo argenteo & tertio aereo nummo , caput Numae Regis diadematum expressit. Cn. autem PISONEM PROQ. opinor designari eum, qui Cn. Pompeii legatus in bello Piratico fuit, cuiusq. meminit Appianus in Mithridatico; ad eumq. honorem declarandum, nauis rostrū in altera denarii parte cū Cn. Pompeii nomine ab eo signatum esse. nec enim ad Cn. Pisonem Cn. F. pertinere hos nummos arbitror, qui cum Catilina & P. Autronio coniurauit anno D C L X X X V I I I , & in Hispania Quaestor P R O P R . occisus est; eius enim extat Romae inscriptio huiusmodi.

C. N. CALPVVRNIVS

C.N. F. PISO


Q V A E S T O R . P R O . P R . E X . S . C .

PROVINCIA M. HISPANIA M

CITERIOREM. OPTINVIT

Qui uero in tribus sequentibus denariis C. N. P. I. S. O. C. N. F. descriptus est, Cn. Pisonis, quem Pompeii legatum fuisse diximus, filium existimamus, Augusti in xii. consulatu collegam, suffectum A. Terentio Varroni Murenae, qui antequam iniret mortuus est, anno DCCXXX. atque iterum consulem, cum Ti. Claudio Nerone. II. anno DCCXLVI. quem etiam IIII uirum, ut apparet, sub

Augusto nummos huiusmodi cūfisse credendum est. Sextus denarius ad quem Pilonem pertineat obscurum est; ex inscriptione certè, & ex iis, quae in utraque parte denarii expressa sunt, praefectum eum fuisse frumento emundo perspicuum est: qui magistratus ab Augusto, ut ex his Dionis uerbis in lib. LIII. in telligi potest, institutus fuit. καὶ ἐκένετο (inquit) οὐδὲ ἄρδεις τοῦ ἀπὸ πίλητον δεῖται ἐσπάνηγκας τοῦ, τοῦς θύρων στύτου διαρχῆντας ἔτος αἰρεῖσθαι. hoc est; iussitq. ut singulis annis duo uiri, qui ante quinquennium praeturam gessissent, frumento distribuendo constituerentur. Spicis autem, & Cereris, Saturniq. imaginibus magistratus, qui annonam curabat, in denariis uti consuevit; propterea quòd agriculturae repertor Saturnus creditus sit: & Aediles ut rei frumentariae praecepsent, creabantur. praeter hos, alios sex Aediles, exq. iis, duo qui Cereales uocarentur, à Caesare creatos tradidit idem Dio lib. X LIII. καὶ ἐπὶ τῷ πρότερον, inquit, ἔτος, πρότερον καὶ ἀγοραῖον τὸ τε πρότερον, δέοντος εὐπατριδῶν θεαπεις δὲ τοῦ πλήθους, διοῖ δέοντος τὸν αὐτὸν δημοσιονομοντανον φέρουσι. hoc est; eodem anno primùm sex Aediles sunt constituti, duo patricii qui Cereales Aediles uocarentur: quatuor plebeii. denarios autem huiusmodi pertinere arbitror ad eos Aediles, quos ab Augusto institutos esse docuimus; propterea quòd Piso Caepionis collega, familia ortus est plebeia, nec ei licuisset eum magistratum gerere, quem solis patriciis Caesar capere permisisset.



CANINIA (sive ut est in antiquis lapidibus) KANINIA, quatuor habuit familias, quarum in antiquis monumentis extat memoria: REBILOS, quorum meminit Liuius lib. XLII. REGVLOS, qui reperiuntur apud Caesarem in lib. VII. de bello Gallico. GALLOS, qui habentur in huius tabellae denariis: LABEONES, qui in Arniensi tribu censebantur, ut ex hac inscriptione intelligimus, cuius exemplum subiecimus,


C. CA-

C. CANINIVS. C. F.

ARN. LABEO. PATER

OMNES. HEI. MEI. SVNT. FILIVS. ILLVM. MANV
ILLE. ILLAM. MERITO. MISSIT. ET. VESTEM. DEDIT
QVOAD. VIXSI. VIXSERE. OMNES. VNA. IN T.R. MEOS
EVNDEM. M.I. AMOREM. PRAESTAT. PVERILEM. SENEXS
MONVNENTVM. INDICIOST. SAXO. SAEPTVM. AC. MARMORE
CIRCVM. STIPATVM. MOERVM. MULTEIS. MILLIBVS

L. Caninii Galli facit mentionem Cic. in ep. ad Coelium V III. lib. II. & Valerius Max. li. iv. cap. II. L. Caninius, inquit, Gallus reum pariter atque accusatorem admirabilem egit, & C. Antonii, quem damnauerat, filiam in matrimonium ducendo, & M. Colonium, à quo damnatus fuerat, rerum suarum procuratorem habendo. opinor autem L. CANINIVM GALLVM, qui consul cum M. Agrippa anno DCCVI fuit, & triumvir postea sub Augusto denarios huiusmodi cūfisit, L. Caninii huius qui à Cicerone, & Valerio nominatur filiū fuisse, propterea quòd, à Dione L. Caninius L.F. describitur: patrem verò G. Caninii Galli, qui M. Plautio Siluano consul sufficitur anno DCCLI. cuius meminit Velleius II. ii. Atq. ita, C. CANINIVS L. F. N. in Fastis describi poterit. Quae aut in altera parte primi denarii impressa sunt, ad signa pertinent de Parthis ab Augusto recuperata, de quibus infra dicemus. Praetoriū verò tabernaculū, quod est in secundo denario signatū, oppidi alicuius oppugnationē sub eodē Augusto designat.



CARISIA gens à nullo veterum scriptorum, quòd ego sciam, nominatur, præterquam à Dione, qui lib. LIII. & LIV. facit mentionem T. CARISII, E qui


FAMILIAE ROMANAЕ

qui in huius tabellae denariis descriptus est, fratri, ut opinor, P. CARISI, qui in sequenti tabella notatus est. Primo igitur denario, in quo Victoriae imago expresa est, rem prospere à se gestam cum Cantabris & Asturibus indicare Carisius voluit. de qua ita scribit Dio.lib. LIII. καὶ Τίτος μελά ταῦτα Καρίσιος τὴν Λαυκίαν τὸν μέγιστον τῶν Αἰγαίων πόλιμην ἐκλεψθεῖσαν, καὶ ἀλλα πολλὰ παρεγένοτο. πανσαμβύν δὲ τοῦ πολέμου τούτου, ὃ Αὐγούστος μὲν προπληστέρας τῶν τραχιῶν ἀφῆκε, καὶ πόλιν εἰδίδειν Λουσιτανίαν τὴν Αὐγούσταν ή περί ταν κῆπου εἴδωκεν. hoc est, T. deinde Carisius Lanciam, quae est maxima Asturiae vrbis desertam occupauit, multaque alia in suam potestatem rededit, finitoque hoc bello Augustus emeritos milites exauctiorauit, vrbemq. eos in Lusitania Augustam Emeritam condere iussit. & lib. LIV. scribit, Asturas, qui à Carisio Augusti legato defuerant, C. Furnio Cantabriae praefecto auxilium ferente, à Carisio coercitos, atque rursus in seruitutem redactos. Secundus tabellae denarius cusus ab eodem Carisio fuit cum monetalibus instrumentis, incudine, malleo, & forcipe, ad indicadum cudendae monetae munus, quo tunc fungebatur. Quod verò ad Iunonis Monetae effigiem in eius altera parte signata attinet, scribit Suidas Grāmaticus, Romanos cū aliquando in bello contra Pyrrhum, & Tarentinos pecunia indigerent, Iunoni pro pecunia comparanda vota fecisse: illam verò eos monuisse, vt Iustitiae armis vterentur, ita enim pecuniam eis non defutaram: qui voti compotes facti, Monetam Iunonem adorarunt, atque in eius rei memoriam nomisma MONETA inscriptum in templo Iunonis asseruandum dedicarunt. de Sphinge in altera tertii denarii parte, qualis à poetis describitur, impressa, meminit Ausonius in ternario numero, his versibus,

*Terruit Aoniam volucris, leo, uirgo, triformis
Sphinx, volucris pennis, pedibus fera, fronte puella.*

Quòd autem Augustus eo signo vteretur, non ab re Carisius qui cudendae monetae sub eo praeerat, Sphingem huiusmodi in Augusti gratiam signauit. Suetonius lib. II. cap. V. in diplomatis, inquit, libellisq. & epistolis signandis, initio Sphinge usus est, mox imagine Magni Alexandri, deinde sua &c. Dio lib. LI. οὐ πλὴν γαριφραιδα, οὐ μάλιστα ἐχρῆτο, ἐπεποίησο, σφι γαρ εἴκαστη φόνοι αν εἰλιτάσσει. hoc est, sigillū quo tum maximē vtebatur duplex parauerat, Sphinge in vtroq. eadem insculpta (nam serius cepit suā imaginem in eo incidere.) Quartus tabellae denarius imperiū orbis terrarum Augusto delatum sine dubio indicat. In quinto, praeter Iouis Axuri caput, nihil est aliud notatu dignum. Sextus denarius percussus, opinor, eo anno fuit, quo ab Augusto ludi Saeculares facti sunt, qui in Apollinis & Diana honorem celebrabantur, cui tribuitur canis in altera denarii pars impressus.

Hvivs




Hvivs tabellae denarii pertinent ad P. CARISIUM T. Carisii (ut nos opinamur) fratrem; qui Augusti & ipse in Hispania legatus Propraetore cum T. Carisio & C. Antistio, Cantabris Asturibusq. subiectis, Augustam Emeritam oppidum in Lusitania, Augusti iusu Tarracone aegrotantis, militibus emeritis condidit, ut ex Dionis uerbis intelligere possumus, quae supra adduximus ex lib. LIII. & ex ijs, quae in secundo denario impressa sunt. Primus autem denarius & tertius, Cantabricam uictoriā fortasse designant, quam Carisius Augusti legatus in Hispania adeptus est. Tertium & sextum ad Saeculares ludos pertinere arbitror, quos Augustus sextos fecit: nisi clypeus & gladius, aliaq. bellica instrumenta in eis impresa, Hispaniae provinciae symbola sint; quod magis placet. De Legatis & Propraetorib. quibus quidem honoribus P. Carisium affectū fuisse deniariorum inscriptiones declarant, multa cum apud Dionem lib. LIII. tum apud alios ueteres scriptores scitu digna leguntur. Sed singularem ab iis omnibus, qui antiquitatis studio tenentur initurum me gratiam opinor, si Antonii Augustini Episcopi Ilerdensis uiri doctissimi, super huiusmodi deniariorum titulis commentariolum ab eo nuper ad me missum protulero. à quo etsi dissentire mihi in aliquo pro eius uiri auctoritate paenī nefas sit, quid tamen in eius scripto mihi minus probetur, in ipsis inscriptionum explicationibus suo loco liberè à nobis dicetur. ANTONII AVGVSTINI EP. ILERDENSIS. DE. IIS. QVI. PROCONSULIB. ET PROPRAEATORIB. ET PROQVAESTORIB. DICEBANTVR. Nota res est magistratū nomina fuisse Consulum, Praetorum, & Quaestorum; quorum aliqui intra Vrbem, aliqui extra, magistratus gerebant: cumque tempus magistratus annum esset, post annum desinebat nomen id magistratus habere, quoad inuenta est haec appellatio, ut qui fungerentur munere magistratum, post illud annum tempus Procon-

E ij fulibus

fulibus, uel Propraetoribus prouincias obtinere, aut exercitū, aut imperium, aut potestatem dicerentur. Initium huius rei coepit, cū Q. Poblilius Philo post cōsulatū prouinciam obtinuit, prorogata ei potestate, siue imperio: itaq. is primus Proconsule, siue Procosul appellatus est anno v.c. CDXXVI. eodē exēplo postea, quotiens post annū aut Consules, aut Praetores prouincias obtinebant; Proconsulibus aut Propraetoribus eas obtinere dicebātur. post haec paulatim factū est, ut ii, qui ex urbe discederēt in prouincias, cū magistratus tempus ī exactū esset; Proconsulibus Consulares uiri, & Propraetoribus Praetorii, mitti dicerentur: itē illud, vt quaedā prouinciae Consulares, quaedam Praetoriae dicerentur; in quas consulatu, aut Praetura functi, aut etiā qui tunc fungerentur, mittebātur. sic Cicerō in Ciliciam profectus est, sic Caesar in Gallias, sic alii pleriq., extraordinaria quoq. imperia his nominibus ornabantur, vt cum L. Marcio in Hispania ab exercitu potestas data est post occisos P. & C. N. Scipiones nouo exemplo, quod à senatu est reprehēsum, ut L. Marcius Propraetore res gerere diceretur, sine vlla senatus, aut populi Romani auctoritate: sic etiam aduersus M. Antonium cum exercitū Veteranorū coegerit C. Caesar Octavianus priuato cōsilio; ei rei auctoritatem senatus cōcessit, & auctore M. Cicerone adulescens, qui nullum tunc magistratū gerere poterat, Propraetore ex auctoritate senatus exercitum obtinuit: exstat ea de re Ciceronis oratio, quae inscribitur Philippica v. Eadem ratione extra ordinem P. Scipio in Hispaniam missus est: item Cn. Pompeius, cū ex sententia L. Philippi diceretur nō Proconsule, sed Proconsulibus fuisse missus. in eandem sententiam afferri potest quod Cicero li. II. de Diuinatione scribit, periisse auspicia magistratum, cum omnia ferē bella gererentur nō à magistratibus ipsis, sed à Proconsulibus, & à Propraetoribus. De Pro Quaestoribus nunc dicendum est. Quaestores aut Urbani; aut Proutiales fuerunt: Proutiales appello, quibus necesse erat sequi magistratus, quibus prouinciae committebantur, & ut saepe Cicero scribit, more maiorum Quaestor Praetori uel Proconsuli filii loco habebatur. Quaestoribus pecunia, quae magistratibus, aut legatis aut exercitui erat attributa, cōmittebatur; si in prouincia Quaestor ultra annum fuisset, Pro Quaestore id officium obtainere dicebatur: sed & si mortuo Quaestore, aut de prouincia decadente id officium alteri cōmittereretur, puta legato Procosulis, aut Praetoris proue Praetore; is legatus Pro Quaestore erat. Legatorum munus totum prouinciale fuit, & ex mandata iurisdictione pen debat, non ex iure magistratus: neq. enim Legati, ut caeteri magistratus intra urbem in comitiis, aut in senatu eligebantur: fed erant comites eoru, qui prouincias administrabant, saepe Praetorii uiri, & nō unquam Consulares. his Legatis mandabatur iurisdictio, cum primum in prouinciam uenerant Proconsules, aut Praetores, proue Praetoribus: ad hanc rem probandam afferri potest, quod Cicero lib. IIII. in Verrem ait de Verris Quaestura, & legatione, & ut mortuo Malleolo, Pro Quaestore fuerit, & quod in epistulis de C. Coelio Caldo Quaestore, quem in prouincia reliquit cum imperio. ex his appetet, quid sit, quod in plerisque denariis, & titulis monumentorum adscriptum est, legatum Pro Quaestore; siue Quaestorem Pro Praetore eam pecuniam signasse, aut eam rem gessisse; sic enim interpretor. cum enim dicitur, Quaestorem

storem pro Praetore illum esse; significat eum, qui Quaestoram obtaineret, pro Praetore magistratu fungi, & Praetoriā prouincia regere. at si adscriptū est aliquē legatum pro Praetore esse; significat eum, qui uenerit in prouincia Praetoris legatus, decadente Praetore, eius munere fungi. Quod si dicatur legatum pro Quaestore esse; significatur eum legatum quaestoram exercere pro aliquo Quaestore, qui aut absens eset, aut mortuus. Est autem frequens hoc in denariis, quia pecunia signabatur saepe in prouinciis, ut exercitui stipendia soluerentur: & cū bellis ciuilibus multa extra ordinē, & nouo exemplo fierent; cumq. hodie existet pecunia signata, aut à percussoribus Caesaris, aut ab iis, qui sequebantur partes Sexti Pompeii, aut à caeteris Caesarianis, aut Pōpeianis; in iñus mirū est, pecuniam referre eorum nomina, qui non ueros magistratus, sed extraordinarios obtainerent. Caesaris uero percussoribus datas fuisse prouincias extraordinem, constat ex Cornelii Nepotis uerbis in Attici uita. Ex his facile intelligimus, quid sit, quod in nummis M. Antonii adscriptum sit. M. SILANVS AVG. Q. PROCO. id est M. Silanus, Augur, Quaestor Proconsule, & in denariis Metelli Scipionis, P. CRASSVS IVNI. LEG. PRO PR. id est P. Crassus Iunior legatus Pro Praetore, & in nummis Pompeii. MAGN. PRO COS. CN. PILO PRO Q. hōc est, Magnus Proconsule Cn. Piso Pro Quaestore, & in denariis Augusti; P. CARISIVS LEG. PRO PR. MARIVS C. F. PRO III. VIR. Est etiā in denariis Caesaris Dictatoris. Q. DESIG. hoc est, Quaestor Designatus. Q. VOCONIVS VITVLVS, uel T. SEMPRONIUS GRACCVS: itē Q. p. quod interpretor, Quaestor Publicus: in nūmis Antonii M. BARBAT. Q. p. & M. NERVA PRO Q. p. id est Pro Quaestore Publico. Quaestores argentū in prouinciis signasse cōstat ex epist. Ciceronis ad Plancū li. XIII. Fam.




CASSIA gens in duas fuit diuisa familias, patriciam unam, BICELLINO-
RVM: alteram plebeiā, LONGORVM & LONGINORVM. qui Cassiae gentis
E iij denarios

denarios qui supersunt, percusserunt. In primo autem huius tabellae denario duo Cassiae Longinorum familiae monumenta expresa sunt; unum eius CASSII, qui Vestae templum damnatis virginibus incestis purgauit, ut scribit Asconius in Miloniana: alterum L. CASSII LONGINI, qui Tribunus Plebis C. Mario v. L. Valerio Flacco cos. anno DCLIII. legem tabellariam tulit, cuius meminit Cicero in lib. III. de legibus, & de claris oratoribus, & Asconius in Diuinatione, his uerbis. In Diuinatione, & in aliis cauis maioribus universi iudices in cistam tabulas simul coniiciebant suas, easque insculptas litteras habentes. A. absolutionis: C. condemnationis: cum de alicuius capite agebatur. N. ampliationis: his enim litteris significabant non liquere. & in III. Verrina. Nam cum condemnandi (inquit) nota eset C. littera: absoluendi A: ampliandi signum N. dabat, quo significabant non liquere: unde ampliatio nascebatur. De forma templi Vestae quod rotunda fuerit, praeter id, quod tradit Plinius lib. XXXIV. cap. III. ita canit Ouid. lib. III. Fast.

*Et quantum à summis tantum secessit ab imo
Terra, quod ut fiat, forma rotunda facit.
Par facies templi, nullus procurrit in illo
Angulus &c.*


Quis autem fuerit Q. hic CASSIUS qui denarium cusit, mihi quidem incertum est; Libertatis tamen imago in secundo tabellae denario impressa, facit ut suspicer, fratrem fuisse C. Cassii eius, qui Caesarem interfecit. Tertius tabellae denarius ad eandem Cassiam legem uidetur spectare: nisi forte ad eam quae de populi iudicio à Cassio Longino lata est, referre malimus; de qua ita scribit Cicero pro Cornelio. Etiam haec recentiora praetereo: potam principium iustissimae libertatis Cassiam, qua lege suffragiorum uis potestasq. conualuit: alteram Cassiam, quae populi iudicia firmauit. Asconii uerba in huius loci explicatione sunt hacc. Quae sit ista lex Cassia, qua suffragiorum potestas conualuit, manifestum est; nam ipse quoque paulo ante dixit, legem Cassium tulisse, ut populus per tabellam suffragium ferret: altera Cassia lex, quae populi iudicia firmauit, quae sit, potest queri; est autem haec L. Cassius L. F. Longinus T. R. P. L. C. Mario C. Flauio Fimbria Cos. plurimi res leges ad minuendam nobilitatis potentiam tulit, in quibus hanc etiam, ut quem populus damnavisset, cui uicem imperium abrogasset, in senatu ne eset, &c. magis tamen placet ut ad alteram legem Cassiam denarius referatur, propterea quod in ea tabella, quam signatus in denario iudex in cistam coniicit, absolutionis nota. A. inscripta manifestè appetet. ad eandem tabellariam Cassii legem quartus etiam denarius pertinet, in quo ponè Romae caput urna quadam adiecta est, in quam tabellae à iudicibus coniicebantur, uel Absolutionis, uel Condemnationis.

Huius



Huius tabellae denarii quin à C. CASSIO Caesaris percusso signati sint, dubitari non potest. Qui M. Crassi Quaestor, reliquias exercitus ab Orode rege fusi conseruauit, Syriamq. in P. R. potestate retinuit. Liuius in epist. lib. CVIII. Velleius lib. II. & Dio lib. X. in quo Longinum nominat pro Longū. Praetor cum M. Bruto anno DCCIX Caesarem cum aliis coniuratis occidit, Velleius in cod. libro, & Suetonius in Caesare. Eius facti memoria tribus huius tabellae denariis indicatur, quibus Brutus quoque nomen & Lentuli, Caesaris interfectorum, cum Libertatis imagine incisa sunt. Consul cū D. Bruto designatus fuit in annum DCCXI. Huius frater fuisse credi potest Q. Cassius, qui Tribunatum plebis gessit anno DCCIX. Cicero in lib. II. Philippic. & in epist. XLII. XVI ad Tironem, Caesar lib. I. de bello ciuili. Liuius in epitoma li. C IX. & Dio lib. XI. Sed C. Cassius post interfectum Caesarem classis praefectus cum M. Seruilio Casca eius legato Rhodum, rem immanis operis (ut inquit Velleius) cepit: ob eamq. rem prosperè feliciterq. gestam, Imperator appellatus est. Plutarchus in Bruto, & denariorum inscriptiones. Bello ciuili Pompeiano Rhodiorum nauibus praefectus fuit. Caesar lib. III. de bello ciuili: sed superato Pompeio, classem Caesari tradidit. Appianus lib. IV. Dio lib. XLI. Suetonius in Caesare cap. LXII. Post aciem, inquit, Pharsalicam cum praemissis in Asiam copiis per angustias Hellestò uictor nauicula traiceret, C. Cassium, partis aduersae, cum decem rostratis nauibus obuium sibi neque refugit: & minus tendens ultrò ad deditiōne hortatus supplicem ad se recepit, in uulgatis libris male L. pro C. scriptū est. A senatu Syriae praepositus Dolobellam Laodiceae inclusum expugnauit; Velleius lib. II. Dio lib. XLVI. & Liuius in epitoma lib. CXXI. Eius acta post Caesaris necem, referuntur à Dionis lib. XLVII. Bello Philippensi à M. Antonio superatus, Brutum quoque uictum existimans, se ipsum


ipsum interemit, siue ut alii malunt à seruo occisus est, & in Thaso sepultus: Dio in eod. libro.



PRIMVS tabellae denarius potest ad Q. CASSIVM referri, quem supra diximus Tribunum Plebis fuisse anno DCCX de cuius Auguratu, Pontificatuq. qui uasis & litui signis in denario impressis indicantur, nihil (quod sciam) apud scriptores reperitur. Secundus denarius potest ad legem Cassiam frumentariam pertinere, latam in ipso consulatu à C. Cassio Varo Cos. cum M. Terentio Varrone Lucullo anno DCLXXX. cuius facit mentionem Asconius in III. Verrina. Eius fortasse filius L. Cassius à Caeicio, cuius lib. Ix. ad Atticum meminit Cicero, adoptatus: & Caeelianus dictus, in patris memoriam denarium cum Cereris imagine, quae rei frumentariae praefest, signavit: nisi forte colonia aliquam earum, quae à Caesare, aut Augusto deductae sunt, indicare Cassius voluit: nec enim placet ut ad Cereris signum referatur cum inscriptione E X FAMILIA CASSIA, cuius in lib. viii. Dionysius meminit; propterea quòd damnato Sp. Cassio, eiusq. diruta domo dedicatum id signum fuit: nec verisimile est tantum familiae dedecus voluisse Cassium cufis ea nota denariis vulgare. Tertius tabellae denarius sine dubio respicit ad dedicationem eius aedis, quam Libero Liberaeq. bello Latino ab A. Postumio Dictatore votam Sp. Cassius dedicauit anno DCLX. consul iterum cum Postumo Cominio Aurunco ii. ad quod illustrandum Cassiae gentis monumentum, L. Cassius denarium cum Liberi & Liberae imaginibus cufit; De huius aedis dedicatione meminit Dionysius Halicarnassenus li. vi. his uerbis, καὶ τὸν ἔτερον λόγον ὑπέδωσεν, ὁ πατελεύθερος οὐτισμός τοῦ μεταξύ χρόνο καθηράσεν, διέτην ἐπὶ τοῖς τοῦ μεγάλου ἵπποις πολλοῖς μετριαῖς ἀπόστολοις αἴφοισι, ἐνέκαλον μὲν αὐτὸν Αὐλία ποσικήν τοῦ δικλάτωρος ὑπέρ τῆς πόλεως ἀνατολής τοῖς θεοῖς, καὶ διὰ χρόνον ἔμελλεν αἰγαλεῖς προτὸν λαβεῖν τριπλαῖς, τῆς τε βελλίσμετώ τον κακούντῳ

ad 103

εἰποῦ Φιλοσόφησιν τὴν λαζαρίαν τονίσας, πάσας τὸτε οὐ τοῦ ἕργος λαβόντος τὴν ευτύχειαν. hoc est, alter co-,, ful Cassius in Vrbe relictus, interim aedē Cereris & Liberi, Liberaeq. dedicauit, „ quae est in fine Circi Maximi super ipsos carceres sita, bello Latino ab A. Po-,, stumio Dictatore uota pro salute reip. & post uictoriam ex S.C. locata, absolu-,, ta ex manubiis his Cos. fuit. De C. CASSIO C.F. CELERE, qui Triumuir mo-,, netae cuendae sub Augusto quartum aereum numimum, & quintum huius ta-,, bellae signauit, apud ueteres scriptores nihil me legisse memini.



CESTIA gens fuit plebeia, ut ex antiqua inscriptione colligitur, cuius exemplum extat huiusmodi.

C. CESTIVS. L. F. POB. EPVLO. PR. TR. PL

VII. VIR. EPVLORVM


OPVS. APSOLVTVM. EX. TESTAMENTO. DIEBV. CCCXXX

ARBITRATV

PONTI. F. CLA. MELAE. HEREDIS. ET. POTH. L

Cicero in oratione pro L. Flacco, & in lib. Philipp. iii. (licet corruptè in uulgatis codicibus Caesetius legatur pro Cestius) & Appianus lib. i v. bel. ciuil. faciunt Cestii cuiusdam mentionem. C. autem CESTIVS, qui in ueteri inscriptione notatus est, potest is esse, cuius Tacitus meminit lib. v. Quia uero L. F. in ea describitur, credi potest filius fuisse L. Cestii huius qui denarium cufit: ad cuius indicandam Praeturam sella Curulis in altera denarii parte adiecta est; quòd ea Praetores cum ius dicerent, uerentur. Varro lib. i v. de uita Po. Ro. apud Nonium. P. Aelius, inquit, Paetus cum esset Praetor Urbanus, & sedens in sella curuli ius diceret populo &c. Africæ caput cum elephanti proboscide, quale in Q. Caecilii Metelli Pii Scipionis denario si- gnatum

FAMILIAE ROMANAЕ
gnatum est, quò pertineat, quia L. Cestii huius mentio apud scriptores non extat, diuinare non possum.



CIPIAE gentis nullus (quod sciam) ueterum scriptorum facit mentionem; ego uero opinor eandem esse cum Cispia, quae sine s. littera. antiquo scribendi more in antiquis quoque lapidibus aliquando reperitur,

M. CISPIVS

M. L. EYRY PON

M. CISPIVS. M. M. L.

ROMANVS. V. A. XV. PIE

CISPIA. M. M. BVSCA

C. CISPIVS. A. F. SCAPT

SEVERVS. FLORENTIA

MILES. COH. III. PR. VIX.

ANN. XLIII. MILITAVIT

ANN. XVII.

CIPIA. P. E. SECUNDA.


FIERI VSSIT

LOCVS. IN. FR. P. XX

IN. AGR. P. XXV

Si autem coniecturæ aliquis locus sit, liceatq. Ciceronis locum in oratione post redditum in senatu ex antiqui libri scriptura emendatum explicare, opinor hunc esse M. Cipium, qui à Cicerone in oratione pro P. Sextio M. Cipius Tr. Pl. nominatur. id ut opiner, multis rationibus adducor: primùm, quòd Cispia familiam eandem esse cum Cipia suprà demonstrauit: deinde, quòd in oratione post redditū in senatu, hic idem Trib. plebis, qui in manuscriptis est Mospius emendatur à Manutio M. Cipius, puriorq. lectio uideatur, si pro Mospius, totidem litteris, reponatur M. Cipius, quā una addita littera, quae in manuscripto nō sit, M. Cipius corrigatur. Nec obstat quòd idem hic Trib. Plebis in oratione pro C. N. Plancio Crispio corruptè pro Cipius nominetur, quia Cipiam & Cispiam nominari hanc familiam in ueteribus lapidibus suprà notauiimus. ex quibus & ex iis, quae modo adduxi Ciceronis locis, satis constabit, eandem gentem plebeiam fuisse.


CLAV-



CLAVDIA gens familias habuit duas, patriciam vnam minorum gentiū, ex qua fuerunt PvLCHRI; alteram plebeiam, quae clarior fuit, MARCELLORVM. Primus huius tabellae denarius pertinet ad M. MARCELLVM quinques Consulem, qui anno D XXXI. kal. Mart. de Galleis Insubribus & Germanis triumphauit, & spolia opima Ioui Feretrio rettulit, duce hostium Virdumaro ad Clastidium interfecto: quae tota res in altera denarii parte diligenter est expressa. Quintum consulatum Marcellus gessit cum T. Quintio Crispino, anno D XLV: in quo quidem magistratu in proelio occisus est. De templo Iouis Feretrii, deque spoliis opimis eò relatis, ita multi meminerunt, vt nihil necesse sit in ea re narranda diutius immorari. videndum tamen Liuius lib. v. & Propertius lib. iv. qui totam hanc de opimis spoliis historiam, multò quām alii accurati, attigerunt. Siciliae signum, tria crura, in hoc denario adiecta sunt, quia Marcellus de Syracusaneis ex Sicilia Procos. in monte Albano secundum. & tertium triumphum egit anno D LI. ad quos maxime designandos triumphos, in tertio denario spicas expressas esse opinor: quo Siculi symbolo ad indicandam Insulae fertilitatem (quam plebis Romanae nutricem, & reip. cellam penariam appellat Cato) in eorum numismatibus vtuntur. Liuius lib. xvi. de hoc Marcelli triumpho ita scribit. Pridie quam vrbem iniret, in monte Albano triumphauit: inde ouans multam praef. praedam in vrbem intulit. " cum simulacro captarum Syracusarum catapultae, balistaeque, & alia omnia " instrumenta belli lata. Plutarchus etiam in Marcello, & Plinius in libro de viris illustribus eadem de hoc Marcelli triumpho tradunt. Denarius autem sine dubio à C. N. LENTVLO MARCELLINO cusus est; qui cum esset Claudia gente ex familia Marcellorum ortus, in Corneliam postea adoptatus, C. N. CORNELIVS LENTVLS MARCELLINVS nominatus est. Marcellos Cicero

Cicero lib.v. in Verrem antiquissimos Siciliae patronos dicit. & in i v. Cn. hunc Marcellinum Siciliae patronum appellat. praeterea Syracusis Marcella festa celebrari tradit in honorem Marcellorum; atque de C. MARCELLO, cuius est secundus & tertius denarius, ita fere scribit. Scit C. Marcellus & Cn. Lentulus Marcellinus, quorum fide atque praesidio Siculi maxime utuntur, quod omnino Marcellorum nomini tota illa prouincia adiuncta sit. Quem locum Asconius explicans, Marcellos; & Marcellinos gentiles dicit, & quare Siciliae patroni sint, docet. de L. LENTULO, & C. MARCELLO cos. anno DCCXIIII. qui in secundo & tertio denario huius tabellae descripti sunt, facit mentionem Hirtius lib. viii. de bello Gallico, cum inquit, aduersarios Caesaris gloriari, L. Lentulus & C. Marcellus consules creatos, qui omnem honorem & dignitatem Caesaris expoliarent. His consulibus, cum kal. Ian. in Q. Metelli Pii Scipionis sententiam. S. C. factum eset, vti ante certain diem Caesar exercitum dimitteret: si non faceret, eum aduersus Remp. facturum videri; eique S. C. M. Antonius & Q. Cassius intercessissent, Senatus negotium dedit, vt curarent, ne quid Resp. detrimenti caperet; quod fortasse spectat Iouis Propugnatotis imago, & signa legionum in altera denariorum parte notata; suscepito scilicet ab optimatibus contra Caesarem bello ciuili. Quintus denarius potest referri ad Ap. Claudiump. Clodii Ciceronis inimici, fratrem, consulem anno DCXCIX. potest ad huius quoque patrem Ap. Claudiump. consulem anno DCXXIV pertinere; Quaestorem autem Vrbanum fuisse, quicunque is sit, ex denarii inscriptione appareat. Sextum denarium referendum arbitror ad Ti. Claudium Neronem, qui legatus Cn. Pompeii Magni bello Piratico fuit anno DCXXXV. cuius meminit Appianus in Mithridatico, & Plutarchus in Pompeio. Qui quidem Claudius creditur nepos fuisse Ap. Clodii, qui Praetor anno DLVIII. à Lilio describitur in lib. xxxiii.

P. CLO-




P. CLODIVS M·F· qui in huius tabellae denariis primo, secundo, tertio, & sexto descriptus est, à nullo veterum scriptorum, quos ego legerim, nominatur; cū tamen C. Caesaris III. uiri R. P. C. temporibus crudenda monetae eum praefuisse, ex tertii denarii inscriptione appareat. itaque nec Solis mihi, nec Lunae, Martisq. simulaçra in eius denariis expressa, quod pertineant, in tanta huius uiri ignorantie diuinare licet. Dianam uero, quod geminas faces manibus gestantem, ut est in secundo denario, antiqui finxerint, testimonio nobis est Callimachus in eo hymno, quem scripsit in Dianam, & Sophoclis uersus in Trachiniis,

*βαστετάς οὐδεποτε Αρτεμία**Ορτυγίας, ἡλαφιόλων, ἀμφιπύρων.*

quos uersus declarans Graecus interpres, περὶ τὸν (inquit) ἀμφίποντας χρηστὸν διδύχεται. Quartus tabellae denarius & quintus spectant, ut arbitror, ad C. CLAVDIVM. C. F. PVLCHRVM, qui cum M. Perperna Cos. fuit anno DCXXIIII. cuiusque consanguinea dicitur fuisse Claudia uirgo Vestalis, quae in altera quarti denarii parte aeternum ignem seruans expressa est; quamq. triumphantem patrem comitamat fuisse Cicero in oratione pro M. Coelio, Suetonius in Tiberio, & Valerius Max. lib. v. cap. vi. cuius uerba sunt. Magna sunt haec uirilis pietatis opera, sed nefcio an his omnibus ualentius, atque animosius Claudiæ Vestalis uirginis factum; quae cum patrem suum triumphantem è cursu uiolenta Tr. Plebis manu detrahi animaduertisset, mira celeritate utrisque se interponendo amplissimam potestatem inimicitiis accensam depulit. igitur alterū triumphum pater in Capitolium, alterum filia in aedem Vestae duxit &c. triumphauit autem Appius Claudiæ huius pater, anno DCX. de Salasseis ex Alpibus.

E CLOVIA



CLOVIA gens, siue **C L V V I A**, & **C L V I A** (utroque enim modo in antiquis monumentis scripta reperitur, quemadmodum **VOLTEIVS**, pro **VVLTEIVS**, & **VOLCANVS**, pro **VULCANVS**, & **FLVIVS** pro **FLVVIVS**) incertum patricia ne an plebeia fuerit, quamvis frequens eius extet mentio, cum apud scriptores, tum in veteribus inscriptionibus, quartam exempla sunt haec,

L. CLVIVS. L. L. AESCHINVS. FECIT. SIBI ET

VXORI. ET. LIBERIS. ET. LIBERTIS

O CLVIA. L. L. FAVSTA. VIX. ANOS. XXXV

• L. CLVIVS. L. F. LVPERCVS. VIX. ANOS. II

V. L. CLVIVS. L. F. MAXIMVS

VL. CLVIVS. L. L. MVSAEVS

et

MINERVAS

SACR

C. CLVIVS. C. E. OVF

PATERNVS

v. 3

Liuius lib. xii. Cluuium Saxulam Praetorem nominat anno d lxxx. C. autem clvivm hunc, quem ex aerei nummi inscriptione urbis praefectum, à Caesare tertium tunc Consule & Dictatore cum aliis octo, quorum facit mentionem Dio lib. xliii. institutum intelligimus, Puteolanum fuisse, concilere possumus ex epistola Lv. lib. xiiii. ad Therimum Pro Pr. cum qua conuenit antiqua inscriptio huiusmodi, quae Puteolis reperitur,

C. CLV-

C. CLVIVS. M. F

III. VIR

IVRI. DIC. II. VIR. NOLAE


III. VIR. QVINQVENNAL

DE. SVO. FACIVND. COERAVIT

IDEM QVE. RESTITVIT


IOVI. O. M. SACR

Ad eundem hunc Cluuium, cum in Gallia Caesari operam nauaret, epistolā sextā eiusdem libri Cicero scripsit: & in oratione pro Q. Roscio, equitem Romanum ornatissimum appellauit. Dio lib. lii. tradit Augustū duos ex Senatoribus C. Cluuium & C. Furnium in Consularium numerum adscripsisse, quod Consules designati eum magistratum ab aliis praeuenti non ges- sissent, καὶ τὸν οὐταλευκότας (inquit) Νοῦνδρας ἐν τῷ βουλευτῶν, Κλοβιούστητα, καὶ φούρνον γαλλικάλεπτον, quod de C. hoc Cluuiio scripsisse Dionem credendum est, quem constat anno d c c x x i i i . ex Kal. Nouembr. cum C. Furnio Consulem suf- fectum fuisse. M. autem C L V V I V M, qui in antiqua inscriptione C. CLVIVI pater describitur, suspicari possumus cum esse, cuius meminit Cicero in ep. ii.lib. vi. ad Atticum.



CLOVLIAM gentem siue **CLOELIAM** (eadem enim est) patriciam fuisse, intelligere possumus ex eo, quod scribit Liuius de Canuleio Tribuno plebis, qui cum legem promulgasset, ut Consul alter ex plebe crearetur, in quo patriciorum dignitas minueretur, patres ne se inuitis lex perferretur, in eam senten- tiā iūisse, cuius auctor fuisse C. Claudius dicitur, ut pro cōsulibus crearetur

F. ii. tres



FAMILIAE ROMANAЕ

64. tres Tribuni militum ex patriciis, totidemque ex plebe, iisque Consulari potestate ornati rem. regerent: eorum autem anno finito imperio rursus Senatus & Plebs consuleretur, Consules ne an Tribunos mallingent, qui uero placuerint, fierent; quibus rebus decretis, in magno plebeiorum & patriciorum pentium studio, tres ex patriciis tantum creatos esse, A. Sempronium Atratinum, T. Cloelium Siculum, L. Atilium Longum, anno CCC LX. Scribit autem Dionysius lib. I. Cloeliam familiam Alba oriundam, ea diruta à Tullo rege in Senatum allectam fuisse, eique ut magistratus gerere posset, ab eodem rege concessum esse. Siculi cognomen unde traxerit ignoratur; uerisimile tamen est, ob aliquod huius familiae contra Siculos insigne factum, quod fortasse in secundi denarii altera parte expressum est; siue quod primum è Sicilia oriunda, Albam postea commigrarit, id cognomen Cloelios sortitos esse: quod spica eius insulae peculiari symbolo T. Cloelium; qui denarium cusit, indicare uoluisse, credi potest; nisi forte frumentaria procuratio Cloelii alicuius, spicae nota huiusmodi designetur, nec enim à T. Cloelio illo, qui Tribunus militum Consulari potestate fuit anno CCC IX, quique ut scribit Liuius lib. I. v. triumuir Ardeam coloniam deduxit, denarium hunc percussum esse credendum est, quo tempore argento signato nondū populus Romanus utebatur, sed ab aliquo eius familiae, qui uel T. Cloelius etiam ipse diceretur, vel in antiqui alicuius Cloelii memoriam, ad illustranda familiae monumenta, denarios huiusmodi cudi curarit; nam praeter eum, quem supra memorauimus, alterius „ Cloelii meminit Cicero in lib. I. x. Philipp. cum inquit, à Larte Tolumnio re- „ ge Veientum quatuor legatos populi Romani Fidenis interemptos esse, Tul- „ lum Cluuium, L. Roscium. Sp. Nautium, & C. Fulcinium, quem quidem Tullum Cluuium, quoniam à Liuio lib. I. v. & Plinio lib. IIII. cap. VI. in emen- „ datis codicibus Cloelius appellatur, crediderim T. Cloelium in Ciceronis libro nominandum esse. quamuis non multum labore, Titus ne apud Ci- „ ceronem scribatur, ut sit Cloeli praenomen; an Tullus, ut cognomen; dum- „ modo pro Cluuiio, Cloelius ommino retineatur,

Coc

C O C C E I A gens non satis constat patricia ne fuerit an plebeia. ex ea certe Nerua Imp. qui Domitiano successit, ortus est. M. CO C C E I U M N E R V A M, qui in hoc denario expressus est, opinor designari eū, qui Cōsul fuit cum L. Gellio Poplicola anno DCCXVII. & si forte apud Appianum lib. V. bel. ciuil. in praenomine erratum est; is fuit, qui inter M. Antonium, & C. Caesarem Octauianum postea cognominatum, pacis auctor extitit. Appiani uerba sunt haec. „ Λεύκιος δὲνν Κοκκηίος ἐκατέρρη, Antonio scilicet & Caesari, φίλος, καὶ ὁπός Καλσάρος οὐ φωτίκην τοῦ „ προτέρου θέρεται τὸν Αὐγούστον ἀπέβαλτο μετὰ Καισάρα &c. & paulo infra, Κοκκηίος φίλος κονόν αὐφοῖν. „ ἐκ δὲ τῶν Αὐγούστου Πολέμων, καὶ Μακενίαν ἐν τῷ Καλσάρῳ, ἐπιτάσσεται Καλσάρι γὰρ Αὐγούστῳ πρὸ διληθίους ἀμφιν. „ σιαρ εἴη με τῷ γεγονότι, καὶ φίλον αὐτὸν τὸ μέλλον. hoc est, erat L. Cocceius Caesari & Antonio „ pariter amicus, & qui superiore aestate cū Caecina in Phoeniciam à Caesare le- „ gatus Antoniū adierat. paulo post, haec exercitibus Caesaris cum innouissent, „ oratores ad utrumq; inter se decreuere, qui calumnias compescerent, quasi nō „ inter illos iudicium laturi essent, sed inuicem conciliaturi ambos. Cocceium à „ se ipfis ueluti communem utrisque amicum eligentes; ex Antonii uero parte „ Pollionem nominarunt, ex Caesaris Maecenate, qui Caesari & Antonio praec- „ teriorum obliuionem primum nunciarent; deinde in futurum beneuolen- „ tiā utriusque indicerent. C O C C E I U S huius Horatius etiam meminit lib. I. „ ferm. Satyra. v.

-- interea Maecenas aduenit, atque

Cocceius, Capitoque simul Fonteius ad unguem


Factus homo, Antony non ut magis alter amicus.

Póponius Porphyrio in horū uersuū explicatione ita scribit; Diffensione orta „ inter Caesarem Augustū, Antoniumque: Cocceius Nerua auus eius, qui postea „

F. iii. Romae


„ Romae imperauit, petiit à Caesare, ut aliquem cum quo de summa rerum tra-
„ Etaret, mitteret Terracenam : & primum Maecenas, mox & Agrippa congres-
„ si sunt : hiq. pepigerunt fidem confirmatissimam, & in vna castra conferre signa
„ utrosque exercitus iusserunt. Eadem Liuius lib. c x x v i i. de Cocceio refert,
nulla Fontei Capitonis facta mentione, possumus autē suspicari L. hunc Coc-
ceium fratrem fuisse M. N E R V A E, qui Antonii Legatus Pro Praetore (ut ego
interpretor) Provinciali, denarium cusit : cuius filius fuisse creditur M. Nervua
Consul suffectus cum C. Vibio Rufino anno D C C L X X I I I . de quo mentio
extat in antiqua inscriptione ad radices Capitolii.

C. VIBIVS. C. F. R VF IN VS. M. CO CCE IV S. M. F. NERVA. COS. EX. S. C



C O E L I A E gentis plebeiae frequens est mentio apud Scriptores. Ex ea autē fuit **C A L D O R V M** familia, cuius reperiuntur argentei denarii in hac tabella notati, quos **C. COELIVS CALDV M** Ciceronis in Cilicia Procos. Quaestorem, qui **L. F. C. N.** in ultima epistola lib. ii. describitur, in patris, auique memoriam signasse opinor. **C. COELIVS CALDV S**, nouus homo (ut inquit Q. Cicero de petitione Consulatus) Consul fuit cum **L. Domitio Ahenobarbo** anno D C L I X . & in perduellionis iudicio tabellam dedit, cuius notae, ut ex secundo denario apparet, erant **L. D.** hoc est libero, & damno : quemadmodum legis Cassiae tabellariae. A. c. absolutionis, condemnationisque notas fuisse supra demonstrauimus. huius, ut puto, filius fuit **L. COELIVS CALDV S**, qui in quinto denario, & in primi altera parte notatus est. quem Septemuirum Epu-
lio

lio Septemuirum Epulonum celebrabant, Iuppiter in lectulum, Juno & Minerua in sellas ad coenam inuitarentur: docet Valerius Max. lib. i i. cap. i. Feminae (inquit) cum uiris cubantibus sedentes coenitabant, quae consuetudo ex homi-
num coniunctu ad dinaria penetrauit: nam Iouis epulo ipse in lectulum, Juno &
Minerua in sellas ad coenam inuitabātur. De Septemuiris Epulonum uidendus
Cicero in li. i i i. de oratore. De C. Coelio Caldo, qui Imp. Augur, Decemvir in
denario his notis I M P. A. X. descriptus est, non memini me apud scriptores
quicquam legisse ; possumus autem suspicari fratrem fuisse L. Caldi v i i uiri Epu-
lonum, patris Caldi i i i uiri, quem Ciceronis Quaestorem fuisse diximus.




C O N S I D I A E gentis plebeiae meminit Liuius lib. i i. Dionysius lib. x i.
Caesar lib. i i. de bel. ciuili. Cicero lib. x i i. ep. x x v i. ad Cornificium, & Va-
lerius Max. lib. i v. cap. v i i . ex ea fuit **C. C O N S I D I V S P A E T U S**. & is, qui
sextum tabellae denarium cusit, **C. C O N S I D I V S N O N I A N V S**. Sed Paeti,
nullus, quod sciam, veterum scriptorum facit mentionem, cum tamen eum
Praetorem vel Aedilem fuisse, aliisque honoribus functum esse, ex denariorū,
quos percussit, notis coniicere possimus. Asconius certè in Milonianā, Consi-
dium quendam nominat, apud quem Quaestorem M. Saufeius lege Plautia de
ui accusatus est subscriptione ea, quod loca occupasset, & cum telo fuisse ante-
signanus operum Milonis in occidendo Clodio. Considius autem hic potest is
esse, qui Paetus in denariis cognominatur, quique cum parricidii Quaestor fuis-
set, sellam curulem in altera denarii parte signauit ; in qua scilicet ius dicere
confuerint Quaestores ii , qui rerum capitalium quaerendarum causa crea-
rentur. Idem, ut puto, designatur à Cicerone in oratione pro Q. Ligario his
uerbis. Q. igitur Ligarius cum esset adhuc nulla belli suspicio Legatus in Afri-
cam cum Proconsule **C. Considio** protectus est, qua in legatione & ciibus &
sociis

„ sociis ita se probauit, ut decedens Considius prouincia, satisfacere hominibus „ non posset, si quenquam alium prouinciae praefecisset &c. CONSIDIUS NO- „ NIANI meminit idem Cicero in ep. x i. ad Tironem. vltiorem, inquit, Gal- „ liam Domitio, citeriorem Considio Noniano (his enim obtigerunt) se traditu- „ rum. ex quibus verbis Praetorem fuisse Considium hunc intelligere possu- „ mus; qui quidem CONSIDIUS à Nonio quodam ut videtur adoptatus, ex ado- „ ptionis usitata formula NONIANVS est appellatus. Templū vero Veneris Ery- „ cinae, quod in altera parte Noniani denarii impressum est, scribit Liuius li. xxx. „ & x l. prope portam Collinam fuisse. de eo dixit Ouidius lib. i i i, fastorum.

Templa frequentari Collinae proxima portae


Nunc decet, à Siculo nomina colle tenent.

„ Strabo lib. vi. de hoc templo ita scribit, οἱ λέπται δὲ καὶ Ἐρυξ ἀράφοις ἵψιλοις, ἵερεῖ τὴν Αὐραδί- „ της τιμαῖσιν διαφέρονται, ἵερος οὐλαν γαναικῶν πλῆρες τὸ παταλόν, διενέθησαν κατ' εὐχὴν διτέλεσιν Σικελίας ἢ „ οὐξιδεν πολλοῖ. νυνὶ δὲ στεπερ αὐτὴν καλοκαταλεπταρέσ, καὶ τὸ οὐρανοῦ τὸν οὐρανού τὸν οὐρανού τὸν πλήθος. αὐτὸ- „ θρυμα δὲ καὶ ἐν Ράμψιτης θεοῦ λαύριον τὸ φρέσκον πύλην τῆς Κολλίνης, ἐπειν Αὐραδίτης Ερυξίνης λεγόμενος, τὸν καὶ „ τελεῖ καὶ σοσὲν περικενωθὲν δεξιόλογον. hoc est, Eryx quoque collis excelsus habitatur, in- „ quo Veneris templum locatum est, quod singulari ueneratione colitur, anti- „ quitus mulierum frequentia refertum illius ministerio dicatarum, quas & è Si- „ cilia, & externis ex regionibus multi locarāt. Hac uero tēpestate, sicut & ipsa co- „ lonia uiduata colonis est, sic & tēplum desolatū, & sanctarū hominū copia de- „ fecit. est & Romae ante portā Collinā deae huius aedificiū, quod Veneris Ery- „ cinae templum dicitant, cui cum aede sacra insignis adiacet porticus &c.




COPONIA gens Tibure orta, & in ciuitatem Romanam adscita, plebeia- „ ne an patricia fuerit, incertum. T. Coponius, qui primus ex ea gente ciuiis Ro- „ manus

manus factus est, avus C. huius COPONII in argenteo denario descripti, no- „ minatur à Cicerone in oratione pro Cornelio Balbo, his verbis. Quomodo „ igitur L. Cassinius Tiburs pater huius equitis Romani optimi atque ornatis- „ simi viri, damnato Coelio? quomodo autem ex eadem ciuitate T. Coponius, „ cuius item summa virtute, & dignitate, (nepotes T. & C. Coponios nostis) „ damnato C. Massone, cuius Romanus est factus? quia igitur Coponii è Ti- „ bure venerant, Tiburque erat Herculi sacrum, clava eius Dei cum Leonina „ pelle in altera denarii parte impressa est: erat enim Tiburi templum Herculis, „ cuius meminit Suetonius in Augusto cap. lxxii. Tiburque dicebatur Hercu- „ leum, vt scribit Strabo li. v. & Martialis lib. i. Caesar lib. ii. de bel. ciuil. facit „ mentionem Coponii huius, qui Dyrrachii classi Rhodiae praefuit, sed ma- „ lè Quintus, pro Caius in vulgatis libris praenominatur. Cicero de Diuinat. „ lib. i. scribit C. Coponius ad se venisse Dyrrachio, cum Praetorio Imperio „ classi Rhodiae praesesset, cum primis hominem prudentem atque doctum &c. „ Cn. Pompeius Procos. in ep. ad C. Marcellum & L. Lentulum Consules lib. „ viii. ad Att. Ego ad P. Lupum & C. Coponium Praetores misi, vt se uobis „ coniungerent, & militum quod haberent ad vos deducerent. Fuit autem Prae- „ tor C. Coponius anno DCCIII. opinorque de eo intellexisse Velleum lib. ii. „ cum inquit. Haud absurde Coponius, vir Praetorius, grauissimus pater, Silii „ ficer, cum recens transfuga multa ac nefanda Plancus absenti Antonio in Sene „ tu obiiceret, multa inquit mehercule fecit Antonius pridie quām tū illum re- „ linqueret. Eiusdem, opinor, meminit Appianus in Parthico, his verbis: οὐεξα- „ μένος δὲ προπατρί τοῖς φυλακαῖσιν, δε υπίκειον, τελευτες Κοντών φησι ζεχνότι φρέσκον, τημάχη γέγονε μεγάλη „ Κράσσων πατέρου, hoc est, Egnatius circa medianam noctem ad Carras peruenit, „ cumq. latinè inclamasset custodes moenium, iussit eos dicere Coponio praefe- „ sto praefidii, magno proelio Crassum cum Partibus dimicasse &c. & in lib. iii. „ bel. ciuil. mentionem facit Coponii huius, proscripti ab Antonio, & vxoris im- „ pudico amplexu seruati. Fuit C. Coponius, vt creditur, filius M. Coponii „ eius, quem Q. Scaeuola apud Centumueros defendit, contradicente L. Crasso „ pro M. Curio anno DCXI. vt est apud Ciceronem lib. i. & ii. de orat. & in „ oratione pro Caecina. Plin. lib. xxv. cap. xi. Q. Coponium quendam nomi- „ nat, qui ambitus damnatus est, vini quod amphoram dedisset dono ei, cuius „ suffragii lati o erat &c.




CORDIAE gentis (nisi pro CADIVS R VFVS apud Tacitum lib. xii. vt aliquibus placet scribatur CORDIVS R VFVS) praeter vnum Ciceronem, haud scio an alias veterum scriptorum, faciat mentionem. is enim lib. iv. in Verrem, L. CORDIVM nominat honestum hominem, qui testimonium in Verrem dixit: quod vero pertineat Amor delphino insidens, Mineruae aegis, galea, & noctua, quae in huius tabellae denariis, impressa sunt; difficile est concire, in tanto de CORDIO ipso, qui denarios percussit, Historicorum silentio; nisi forte Cupidinis signum ad Iuliae familiae originem, à Venere è mari orta ductam, in Caesaris gratiam impressum à Cordio fuit.

CORNELIA




CORNELIA gens in patricias diuisa fuit familias, & plebeias. patriciae BLASIONES, LENTULI, SCIPIONES, CINNAE, SISENNAE, & SVL-LAE in argenteis denariis, quos ipsi uidimus, reperiuntur. ac primus quidem huius tabellae, pertinet ad Cn. CORNELIVM C.N.F.L.N.BLAISIONEM, qui anno CDXCVI. Consul fuit cum C. Atilio Regulo; signatus ut videtur ab eo in Cn. Cornelii L. F. patris sui memoriam, qui anno CDLXXXIII. de Sassinatibus sive Sarsinatis Vmbriae populis triumphauit: cuius uictoriae monumentum in altera denarii parte expressum est. secundus & tertius denarius, ad quod pertineant, in certum est, cum multi ex Lentulorum familia C.N. praehomine usi sint: illud certe constat, quicunque is fuerit, Quaestorem, & denariorum flandorum curatorem fuisse. Ita enim, ut ex huius denarii inscriptione colligitur, ante institutum iiii virorum metalium officium, dicebantur ii, qui cudentae monetae praeferiebantur. iiii viri uero auro, argento, aere flando feriendo, Ciceronis ut opinor tempore, uel paulo ante, creati sunt: unde conicere possumus, duos hos denarios uel ad eum Cn. LENTULVM spectare, qui Consul fuit cum L. Mummio anno DCVII. uel ad alium eo antiquiorem. de Genio populi Romani, cuius imago in his denariis cum inscriptione. G. P. R. expressa est, ita scribit Dio lib. L. Καὶ βύες ὡρῶν πλέον τὸν τῆς ὁμοίας ναὸν ἵστηται διόπτης τοῦ ἀλλού τοῦ σωτῆρος ἀγάπης. Τὰ τους ἵστηται. καὶ λίθος ἵστηται πανταχόθεν ἐπιτηλεῖται, διόπτης τοῦ ναοῦ τοῦ Γενεῖ τοῦ Δημητρίου, καὶ οὐτε ἄλλος, οὐτε ξενός, αὐτὸς ἀφέσθαι. hoc est, Bubo in templum primum Concordiae, deinde in reliqua etiam fecerit omnia, quae sanctissima habebantur delubra, deuolauit: ac cum undique exigeretur, in aede Genii populi consedit, ac neque captus est, & tardè omnino auolauit. quartus tabellae denarius, & quintus item uictoriatus, possunt ad eum LENTULVM pertinere qui Procos. ex Hispania Citeriore ouans urbem ingressus est, de quo ita Liuius scribit. Cn. Cornelius Lentulus, qui

qui Citeriorem Hispaniam obtinuerat, cum ex S. C. ouans Vrbem esset ingressus, tulit prae se auri mille & quingenta pondo. Sextus denarius sine dubio spectat ad L. CORNELIVM SCIPIONEM P. Africani fratrem, qui bellum in Asia contra Antiochum gessit, quo superato Asiaticus est appellatus: de eo ita scribit Cicero pro C. Rabirio. L. uero Scipionis qui bellum in Asia gessit, Antiochumq. deuicit, non solum cum chlamyde, sed etiam cum crepidis in Capitolio statuam uidetis. quia uero in omnibus ferè huic similibus denariis nulla extat in ASIA cognomine interpunctionis nota, existimat Antonius Augustinus pro Asiatico Asiagetem Graeca uoce primum in Graecia L. Scipionem dictum fuisse: eiusq. cognominis extare affirmat vestigia in veteribus libris Liuit, & in carmine quodam Sidonii Apollinaris.



PRIMVS huius tabellae denarius pertinet (ut opinor, ad P. SULLAM, Sulla Felicis Dictatoris fratri filium, qui cū L. Autonio Paeto Consul designatus annos C. LXXX. à L. Torquato ambitus accusatus damnatusq., defensus est à Cicerone in ea oratione, quae pro P. Sulla circumfertur, in omnibus autem (quos ego uiderim huic similes) denariis, SULLA unico L. scriptum est, ea scribendi ratione, quam antiquissimam fuisse tradit Quintilianus his uerbis in li. Semiuocales non geminare usitatissimi moris diu fuit. Itaque LVCIVLVS, pro LVCVLVS, & CINNA pro CINNA in ueteribus monumentis notatum reperitur. Secundus denarius sine dubio Sullae Dictatoris triumphum designat de rege Mithridate, cuius meiinerunt cum alii multi, tum Cicero in oratione pro lege Manilia. Sullam autem Imperatorem appellatum fuisse, & ipsa denarii inscriptio docet, & Plutarchus in eius uita scriptum reliquit. Tertius denarius spectat, ut opinor, ad Sullae cognomen, quod eius familia à Sibylla traxisse dicitur, cuius libris interpretandis unus maiorum xuīr sacris faciundis praefuerit:

fuerit: ab eo enim munere Sibylla primū, postea Sulla dictus est: itaq. in altera denarii parte Sibylla ipsa impressa est, & is, qui responsum ab Apolline pertens, palmae ramum de more manibus gestat. De duobus uero Sullae trophyis in eodem denario signatis facit mentionem Plutarchus in eius uita, & in libro de Fortuna Romanorum. Quartum denariorum à Fausto Sullae filio signatum esse, ex nota, quae in ipso denario impressa est, intelligere possumus: Pertinent autem tria trophya ad Sullae signum, cuius meminit Plutarchus, & Dio lib. XLII, his uerbis, ἐνεγκλησθε δὲ εὐτὸς τρόπαια τρία, οὐσιερὰ καὶ εἰν τῷ „ τοῦ Συλλοῦ, hoc est, tria uero in eo trophya, quemadmodum in Sullae signo „ sculpta erant. Lituus & uas ad indicandum Fausti Pontificatum, Auguratumque apposita sunt: sed de Pontificatu, nulla apud historicos mentio, quod sciām, reperitur; de Auguratu uero, ita scribit Dio lib. XLIX: Σπινθῆρος ὄπα- „ τος ἐπιθύμησε Κορνέλιον Σπινθήρα Τύρον τε τοὺς οἰωνικὰς τελετὰς, ἔπειτα πάσην ὁ φαῖτος ἡ τοῦ Σύλλου πάσιν „ τοῦ Κορνέλιος φύλου ἀντιπροσέτερον, ἵετανον αὐτὸν εἰ τὸ Μελλιον Τορκουάτον γένος. hoc est, Spin- „ ther autem Consul filium suum Cornelium Spintherem inter Augures refer- „ re cupiens, cum in eum ordinem iam ante Faustum Sullae filium, qui ex gente „ itidem Cornelia erat, adscriptum uideret, filium in Manlii Torquati genus „ adoptandum dedit &c. Quintus denarius ab eodem Fausto in patris memo- „ riam, ut uidetur, signatus est: quatuor enim coronas, quae in altera eius par- „ te notatae sunt, indicare arbitror quatuor Sullae triumphos ex Graecia, Asia, „ Ponto, & rege Mithridate. Sextus denarius spectat, ut opinor, ad ea, quae de „ Sulla scribit Appianus lib. I. bel. ciuil. καὶ οὐδὲν οὐτὸν, inquit, ἅτι λοῦτος εξελασθεὶς οὐ πάντας „ ἔπειτα κίνητα, καὶ αὐτὸς οὐτὸν οὐτοποιεῖται, καὶ ἐπικονιζεῖται οὐτοποιεῖται. Maior au- „ tem nobilitatis pars, quae Romae imagine designatur, à Cinna turbulentō illo tempore electa, fugataque, ad Sullam in transmarinis tunc partibus bel- „ lum gerentem, auxilium petens confugit: quae ab ipso perhumaniter exce- „ pta, suscepito contra Cinnae factionem bello, acriter defensa est; Cicero pro „ lege Manilia; propterea quod (inquit) ab eo bello Sullam in Italiam Resp. Mu- „ renam Sulla reuocauit.




L. CORNELIVS SULLA, cuius effigies in huius tabellae primo denario à Fausto eius filio, ut opinor, signata est, primum Consulatum gessit cum Q. Pompeio Rufo generi patre, anno D C X L V. Eiusdem Praetura Ur-
bana, cuius meminit Plutarchus, in secundo denario notata est, adiecta in eo curuli sella, in qua Praetores ius dicere soliti erant. De Q. autem Pompeii Consulatu, & Praetura, in Pompeia familia suo loco dicetur. Tertius denari-
rius ab eodem Fausto in Sullae patris memoriam cusus uidetur, qui & ipse pa-
terno cognomine Felix dictus est: Sullam enim scribit Appianus li.i. & Plutar-
chus in eius vita, Felicem se appellasse: quod quidem cognomen cum in aliis
ueteribus inscriptionibus usurpauit; tum in ea basi, quae ex lapide tiburtino in
Quirinali nuper reperta est.

L. CORNELIO. L. F.
SULLAE. FELICI
DICTATORI
VICVS. LACI. FVND

In altera autem denarii parte Iugurtha, qui uincitis post tergum manibus à
Boccho rege Sullae in solio sedenti traditur signatus est; quam quidem tradi-
tionem in anulo Sullam expressisse scribit Plutarchus in eius vita, & in Ma-
rio; item Plinius lib. xxxvii. cap. i. Sulla, inquit, Dictator traditione Iugur-
tha semper signauit. & Valerius Max. lib. v. iii. cap. xv. L. autem Sulla, in-
quit, etsi ad neminem scriptorum animum direxit, tamen Iugurtha à Boccho
rege ad Marium perducto, totam sibi laudem cupide afferuit, ut anulo quo si-
gnatorio utebatur, scalpta illa traditionem haberet. Quartus tabellae denarius
nihil

nihil habet notatu magnopere dignum; nisi quod in eo, Fausti Sullae filii ima-
go expressa est cum lituo Auguratus insigni, de quo supra meminimus. Lunae
autem imaginem in hoc & in superiori denario impressam poterit quispiam
suspiciari pertinere ad ea, quae scribit Plutarchus, dormienti scilicet Sullae ui-
sam esse deam, siue Luna illa fuerit, siue Minerua, seu Bellona &c.




Tengo otra como
esta De Sella d
los q fueron de
mi Abuelo

PRIMVS, secundus, tertius, & quintus huius tabellae denarii pertinent
ad C. N. CORNELIVM LENTVLVM MARCEL LIN V M, qui anno
D C X C V I I. consul fuit cum L. Marcius Philippo: quiue cum ex Claudiæ gen-
tis Marcellorum familia ortus esset, adoptatus in Corneliam, C. N. Lentulus
Marcellinus dictus est. Marcellini uero, ut scribit Paedianus, quia à M. Mar-
cello originem ducunt, qui Syracusas cepit, nec tamen deleuit, Siciliæ patro-
ni fuerunt: ad quam rem indicandam, spica, tria crura, & messoria falx, Siciliæ Symbola, in Claudiæ gentis denariis signata reperiuntur. Hic ipse C. N.
Lentulus Marcellinus Siciliæ patronus appellatur à Cicerone lib. iii. in Ver.
effigies autem in primo tabellae denario impressa, Marcellini huius non est, sed
M. Marcelli eius, qui Syracusas cepit, à quo dicit originem Marcellinus. Se-
cundus denarius potest credi ab eius filio signatus; sed quod pertineat caput Her-
culis, & Diana Ephesiae signum in altera denarii parte impressum, mihi quidē
obscurū est. Quartus tabellae denarius cusus fuit à C. N. Cornelio Sisenna, filio,
ut opinor, L. Sisennae, qui historias scripsit; atq; is est fortasse C. N. Cornelius,
cuius acta in insula Creta, ubi etiam obiit, scribit Dio lib. xxv i. L. autem Sisen-
na eius pater, Praetor inter ciues & peregrinos M. Lepido Q. Catulo Con-
sulibus, ut ex aenea tabella, quae apud me est, colligitur. historiarū libros xxi
conscriptis, cuius fragmenta ex Agelio, Nonio, Macrobo, & Prisciano col-
legit Antonius Augustinus. SISENA autem unico N in hoc denario scriptum

G ii est


est eadem ratione, qua supra S. V. L. A. & L. V. C. V. L. S. notatum esse in veteribus monumentis admonuitis; quod scilicet (ut inquit Quintilianus) semiunciales non geminare usitatisissimi moris fuerit, huius quoque tabellae sextus aereus nummus CINNA habet pro CINNA: quæ ego nummum existimò pertinere uel ad L. Cinnam, qui quater Consul fuit, uel ad eius nepotem C. N. Cornelium L. F. L. N. Cinnam Magnum, qui consul fuit cum L. Valerio Messalla Voluso anno DCCCLVII.




PRIORES quatuor huius tabellae denarii à P. CORNELIO LENTULO SPINTERE, ad quem Cicero primum librum scripsit epistolarum, uel ab eius filio, qui Augur & ipse fuit, signati sunt. magis autem placet ut ad Spintherem patrem referantur; propterea quod Libertatis imaginem, & Cassii, Brutique nomina habent inscripta Caesariis interfectorum; inter quos numerari uolebat Lentulus, cum non fuisset; ut scribit Appianus lib. ri. bel. ciuil. De Lentuli patris Pontificatu meminit Caesar lib. i. de bello ciuilis; de filii uero Auguratu, Dio lib. xxxix. Horum autem sacerdotiorum alterum lituo; alterum uase, aliisque insignibus significatur. P. hic Lentulus in Consulatu; quem gessit cum Q. Caecilio Metello Nepote (quo quidem anno Cicero ab exilio restitutus est) P. F. in Fastis describitur: ex denario autem Lucii quoque nepote fuisse cognoscimus: quod ab aliis omisum est, qui denarium fortasse integrum non habuerunt. Eiusdem Quaestura ex eodem denario colligitur: sed cuius in Hispania Quaestor fuerit, ignoratur. cognomen autem Spintheris ab histrione, cui erat simillimus, accepisse Valerius Max. & Plinius scribunt. Quintus & sextus denarius spectant ad L. CORNELIVM P. F. Flaminem Martialem, qui ultimo anno libertatis reip. & urbis conditae DCCCLVI. consul fuit cū G. Marcello: qui quidem Consulatus ipsa denariorum inscriptione indicatur. Ad

corum

77
corum autem denariorum intelligentiam, quae pertinere uisa sunt, in Claudia Marcellorum familia supra protulimus.




CÖSSVS CORNELIVS C. N. F. LENTULVS, qui in duobus primis huius tabellae denariis descriptus est, consil fuit cū L. Calpurnio Pisone anno DCCCLII. Legatus Augusti anno DCCCLIX, triumphalia ornamenta accepit de Isauris ex Cilicia, à quibus deuictis Isauricus postea appellatus est. Equestris statua, quae in altera parte secundi denarii impressa est, ad Augustum pertinet, cuius auspiciis eam uictoriā Cossus adeptus fuerat. De corona autem nauali M. Agrippae dicetur in familia Vipsania. Tertius tabellae denarius pertinet ad L. CORNELIVM BALBVM, qui cum P. Canidio Crasso consul suffectus fuit anno DCCXII; cuius in uita Attici meminit Cornelius Nepos. Huius, ut opinor, pater fuit L. Cornelius Balbus Gaditanus; de quo facit mentionem Strabo lib. iii. quicquid à Cn. Pompeio ciuitatem Romanam accepit: de qua postea periclitatus, à Cicerone defensus est. Quia uero Gadibus, unde traxit originē, templū erat Herculis, ut in eodem libro scribit Strabo, & Pomponius Mela cap. vi, non ab re Balbus, eius Dei clauā in altera denarii parte signavit. Quartus nummus & quintus, cum multi ex Lentulis C. N. praenomine usi sint, ad quem pertineant, haud facile dixerim: possunt tamen ad C. N. Lentulum L. F. referri Flaminem Martialem, qui consul fuit cum M. Valerio Messalla anno DCCCL, de quo meminit Cicero de Aruspicum responsis. Sextus aereus nummus ad P. Cornelium Blasionem pertinet, ut opinor, qui Praetor fuit anno DLIX, P. Scipione Africano II. & T. Sempronio Longo cos. In manuscriptis autem Liuici codi cibus recte P. praenominatur, cum in vulgatis scripturis libri XXXIV. malè legatur Caius.



CORNIFICIAE gentis plebeiae scriptores multi meminerunt; ex ea fuit **Q. CORNIFICIUS, AVGVR, IMP.** Ciceronis in Consulatu competitor, & in Auguratu collega, ut ex epistolis **xvii. xxi. xx. xxii.** libri ad eum scriptis, intelligimus. Quia uero Cornuficius Africæ prouinciae, ex qua fuit appellatus Imperator, praecerat, Ionis Ammonis, qui in Africa colebatur imaginem in uno, Cereris autem in altero denario, ob prouinciae fertilitatem, impresit. **Q. Cornuficii** meminit Liuius in epitoma lib. **xxii.** his uerbis, **Q. Cornuficum in Africa Cassianarum partium ducent T. Sextius uicit. & Dio lib. xlvi. καὶ μετὰ τοῦτο Ιάσιον συράκουσας, καὶ ἔλλας την πόλεις ὑπηρέγειο, καὶ σπαθίας τε ἀπὸ αὐτῶν πλέοντος καὶ Κύπρος Κορυφίκιον εὗπις Αριτίντερας.** hoc est, Dein Syracusas, & alias non nullas urbēs subegit, ac milites ab iis accepit mittente etiam ei milites ex Africa **Q. Cornuficio;** apud Dionem in lib. **x l. x.** & in aliis libris **καυρωφίκιος,** ut in argenteis denariis scriptum reperitur, non **κορυφίκιος.** Appianus lib. **i i.** facit Cornuficii huius Africæ praefecti mentionem his uerbis: **μετενάλειδε ἐν Λιβύης ἀπὸ τριῶν τῶν ὑπὸ Σιξιονίδην Κέλη, καὶ τὸ τρίτον εἰκόνες Κορυφίκιον παρασθήνατος ἐτέρας ἀρχοντίλιβύης.** & paulo post. **ἥτε Λιβύην πρὸς Κορυφίκιον.** & libro **iv.** **ἀποθέτηται Λιβύην Κορυφίκιον οὐ πρὸς Σιξιονίδην.** ex epistolis quoq; Ciceronis **xxi. xxvi. & xxvii.** lib. **x ii.** Cornuficum Africæ praefuisse colligere possumus. Huius frater potuit esse L. Cornuficius L. F. s., qui consul cū Sex. Pompeo Sex. filio fuit anno **DCCVII.** De simulacro Iunonis Sospitae, uel ut est in numismate Antonini Pii, **S IS PI TAE,** quod fingebatur, ut scribit Ciceron, cum pelle caprina, hasta, scutulo, & calceolis repandis, cuiusmodi in his denariis Augurem coronas expressum est, dicetur infra in denario Procul. sed cur Augur ab ea coronetur, nondum quicquā reperiē potui, quod magnopere placeat, nisi forte Cornuficiam gentem ex Lanuio profectam fuisse, ubi Sospita Iuno colebatur, atque id indicasse Cornuficum uelimus.

Cosco-



COSCONIA gens, incertum est, patricia ne, an plebeia fuerit. eius quidem metio extat in antiqua inscriptione, in qua M. Cosconius Epicurus nominatur,


M. COSCONI. EPICVR. FILII. PISSIMI.

QVI. VIX. AN. XIX. M. IIII. D. XXII.

CAETONICVS. ET. PIA. PARENTES. FECERVNT

Liuitis lib. **xxx** meminit M. Cosconii Tribuni militum; qui credi potest pater fuisse L. cosconii huius, qui in argenteo denario M. F. descriptus est. Cicero in oratione pro P. SVLLA facit mentionem C. Cosconii Praetoris anno, quo ipse Consul fuit, & **x vii** uiri Caesare & Bibulo Cos. ad diuidendum plebi agrum Campanum lege Iulia: quo mortuo in eius locum ipse inuitatus est, ut feribit ad Atticum epistola **x x lib. ii.** huius extat mentio apud Appianum lib. **i. bell. ciuil.** in Bruto etiam C. Cosconius quidam Calidianus nominatur à Cicerone; cuius meminit, ut opinor, Valerius Max. lib. **v iii. cap. i.** Liuius quoque in epitoma lib. **lxvi.** Cosconii eius qui Samnites uicit, facit mentionem.


Cosco-




Cossutia gente, ex Equestri familia, orta fuit Cossutia, qua Caesar dimissa, Corneliā Cinnae quartum Consulis filiam duxit uxorem, ut scribit Suetonius in Caesare cap. i. quae quidem Cossutia credi potest filia fuisse C. Cossutii huius, qui Caesare iam rerum potito, argenteos duos denarios signauit: eius autem filius potest esse L. Cossutius Sabvla, qui in tertio denario C. F. descriptus est: de quo nihil extat apud scriptores, unde Medusae & Bellerophontis equo insidentis signa in eo denario impressa coniicere possumus, quod pertineant: nisi forte ad Corinthum coloniam à Caesare deductam referenda sint, de qua in Petronia gente dicetur. M. Cossutii cuiusdam mentio est apud Ciceronem lib. ii. in Verrem, & Q. Cossutii in ueteri quodam lapide in Sabinis, cuius ipsi exemplum huiusmodi descripsimus.

DIS. MANIBVS
AEMILIAE. SP. F
VIX. ANN. XV
MENSES. VI. D. II
Q. COSSUTIVS. Q. F

CREPE



CREPERIAE gentis facit mentionē Cicero li. i. in Verre, ex qua natum scribit M. Crepereiū Equestri familia, qui fortasse pater fuit Q. CREPEREI huius, qui M. F. in argenteo denario descriptus est. Creperei cuiusdam Galli sub Nerone meminit Tacitus li. xiii. ex iis autē, quae in his denariis impressa sunt, coniicere possumus, Q. Crepereiū vel aliquē ex eius familia rē mari p̄spere aliqñ gessisse.




CREPVSIÆ gentis nulla est mētio apud eos scriptores, quos ego quidem legerim. P. autē CREPVSIVS in primo, & tertio tabellae denario descriptus,

uir

FAMILIAE ROMANAЕ

III uir fuit monetae cudendae cum C. Mamilio Limetano, & L. Marcio Censorino, qui Consul cum C. Calusio Sabino fuit anno DCCXIV. quibus temporebus C. quoque Mamilium in Romana Rep. floruisse ex Salutii historia intelligimus. Equestri uero statua Crepusiorum aliquis, ut uidetur, donatus fuerat, quem honorem, ea in denario impressa indicare uoluit Crepusius. Secundi autem denarii nota C R T si Crepusius significatur, perspicuum erit Crepusiam gentem plebeiam fuisse, ex qua L. Crepusius Aedilis plebis fuerit.




CVPIENNIA gente ortus fuit C. Cupiennius, ad quem extat Ciceronis epistola x lib. xvi. ad Atticum, cuius fortasse filius fuit C. Cupiennius Libo Cumanus, Augusti familiaritate clarus, corporis sui diligentissimus, sectator matronarum concubitus, ut scribit Pomponius Porphyrio in Horatii uersum illum ex Satyra II. lib. I. serm.

---- nolim laudarier, inquit,
Sic me, miratur cunni Cupiennius albi.

L. uero CVPIENNIVS hic, cuius est argenteus denarius, à nullo veterum scriptorum, quod sciam, nominatur.

CVRIA


EX ANTIQ. NUMISMATIB.



CVRIATIA gentem plebeiam, Alba oriundam, à Tullo rege in ciuitatem Romanam adscitam fuisse, scribit Dionysius lib. IIII. Eius gentis familia fuit Trigeminorum, cuius meminit idem Scriptor in eodem libro; ex qua ortus est C. CVRIATIVS is, qui huius tabellae nummos cusit. Liuius lib. I. & in epit. lib. LV. & Valerius Max. lib. IIII. cap. vii. C. Curiatii cuiusdam, qui Tribunus plebis fuit, faciunt mentionem. In ueteri quoque lapide, qui extat Nolae, C. quidam Curiatius Diui Augusti Flamen notatus est.


C. CVRIATIO. L.F
FLAMINI. DIVI. AVGUSTI
PRIMIPL. TRIB. MILIT
PRAEFECT. CASTROR
PRAEF. FABR
ARBITRATV. HYACINTH. LIB

CVRTIA



C U R T I A gens, patricia ne, an plebeia fuerit, ex veteribus scriptoribus non satis constat. M. Curtii, à quo lacus Curtius in foro Romano dictus est, meminit Dionysius Halicarnasseus lib. II. Liuius lib. V II. Valerius Max. lib. V. cap. V. & Orosius lib. III. cap. V. P. Curtii Salassi facit mentionem Cicero in epistola XVIII. ad Leptam lib. VI. De Q. autem **C U R T I O**, qui cum M. Junio Silano & Cn. Domitio III uir nummos aereum & argenteum cufit, nihil potui apud scriptores reperire.

DIDIA




D I D I A quoque gens, incertum, patriciane, an plebeia fuerit: plebeia tamen fuisse suspicari possumus ex eo, quod qui Didiam legem Sumptuariam tulit, Tribunus plebis fortasse fuit: eius meminit Macrobius lib. III. Sat. Opinor autem huius tabellae denarios pertinere ad T. DIDIVM, qui Consul fuit cum Q. Caecilio Metello Nepote anno DC LV. quique bis triumphauit: primum Propt. de Scordiceis ex Thracia; & iterum Procos. ex Hispania de Celtibereis; ex qua Imperatorem cum appellatum fuisse scribit Sallustius in historia apud Agellium lib. II. cap. X X V I I. quod facit ad secundi denarii inscriptionem, in qua est T. D I D I . I M P. Hic idem T. DIDIVS L. Caesaris Cöfulis Legatus anno DC LXIII. bello Marisco fuit, ut tradit Appianus lib. I. bell. civil. cuius quidem belli initio FONTEIVM quoq; scribit, eum fortasse, qui in hoc denario descriptus est, Q. Seruilius Caepionis Procos. Legatū cum aliis, qui in Asculo erant, interfectū ab Italicis fuisse. Centurio uero, qui uite militem caedens in altera parte primi denarii impressus est, aliquam fortasse Didii animaduerzionem in exercitum male obtemperantem indicat: quod autem Centuriones uitibus uterentur in castris, tradit Liuius in epitoma lib. LVII. Quem militem (inquit) extra ordinem deprehēdit; si Romanus, effet, uitibus: si extraneus, uirgis cecidit. Plinius lib. XIII. cap. I. Centurionum in manu uitis, & optimo praemio tardos ordines ad lentas perducit aquilas, atque etiam in delictis pecuniam ipsam honorat. Tacitus lib. I. Centurio &c. quia fracta uite in tergo militis alteram clara uoce, ac rursus alteram poscebat. Plutarchus quoque in Galba tradit Sempronium Centurionem uite in obnoxios milites animaduertisse. Iuuenalis Sat. VI.

Nodusam post haec frangebat uertice uitem,
Si lentus pigra muniret castra dolabra. Lucanus lib. VI.

H Latiam

--- *Latiam longo gerit ordine uitem.* Silius lib. vi.
--- *Laeuinus ab alto*
o, uitis Latiae persignis honore, & lib. xii.
--- *Latiaeque superbum*
ornabat dextra latus &c.

De Villa Publica, quae à Didio fortasse restituta, uel ornata, in altera parte secundum
di denarij signata est, Cicero ad Att.li.iii.ita scribit. **Efficiemus** ré gloriofissimā:
nā in cāpo Martio septa Tribuniciis comitiis marmorea sumus & teſta facturi,
eaque cingemus excelsa porticu, ut mille passū conficiatur: simul adiungeretur
huic operi Villa etiā Publica. Liuius . Macedones deducti extra urbē in Villam
Publicā, ibiq. iis locus, & Lautia praebita. M. Varro de re rustica li.i. cap.ii. Co-
mittiis Aediliciis, inquit, cū sole caldo ego atq; Axius Senator tribulis suffragiū
tulissemus, & candidato cui studebamus, uellemus esse praefecto, cum domum
rediret, Axius mihi inquit dum dirimuntur suffragia, uis potius Villae Publi-
cae utamur umbra, quam priuati candidati tabella, dum ita aedificemus no-
bis &c. Liuius lib. c x x v i i . facit mentionem Didii Saxae M. Antonii legati in
Suria, qui à Labieno Pompeianarum partium uictus est, à quo fortasse in T.Didii
memoriam argenteus denarius cusus fuit.



DOMITIA gens plebeia, in duas fuit divisa familias, quarum altera CAMIL
VINORVM, altera AHENO BARBORVM cognomine usi fuit. Primus
tabellae denarius pertinet ad CN.D OMITIVM AHENO BARBVM, qui
fuit Aedilis Curulis anno DCXCI. M. Pupio Pisone, M. Valerio Messala
Cos. de quo his uerbis meminit Plinius lib. vii. cap. xxxvi. M. Pisone
M. Messala

M. Messalla Cos. Domitium Ahenobarbum Aedilem Curulem ursos Numidicos centum, & totidem Aethiopas uenatores in Circo dedisse: miror adiectū „
Numidicos fuisse, cum in Africa non gigni ursos constet. Ex argenteo autem „
denario, in cuius altera parte uir cum leone pugnans impressus est, intelligere „
possimus, Ahenobarbum non ursos, sed leones in circo dedisse; annalesque „
non satis emendatos Plinium habuisse, in quibus contra historiae fidem leones „
pro ursis scriptū fuisset. In eodem denario, ad indicandum Aedilitatis honorem „
spica adiecta est; quia scilicet Aediles annonam curarent, ut scribit Cicero li. iii. „
de legibus. In secundo denario expressus fortasse est Cn. Domitii Ahenobarbi „
triumphus, quem egit Procos. ex Hispania anno D C C xxi. quamuis ad eum „
quoque Cn. Domitium referri possit, qui anno D C x x x v. Procos. de Galleis „
Aruerneis triumphauit. Tertius denarius spectat, ut opinor, ad Cn. D o M I- „
T I V M A H E N O B A R B U M eum, qui cum L. Licinio Crasso Censor fuit anno „
D C L X i. quique Consul fuerat anno D C L V I i. cum C. Cassio Longino; cuius „
Consulatus memoria extat Interamnae in ueteri inscriptione.

GENIO. MUNICIPI. ANNO. POST


INTERAMNAM. CONDITAM.

DCCIII. AD. CN. DOMITIVM

AHENOBARBV M. COS


C. autem Domitii & L. Licinii Censorum nomina, quae in hoc tantum denario signata sunt, sed in aliis quatuor item argenteis: in quoru^m uno praeter Censoru^m nomina, in altera parte M. AVRELIVS. SCAVRVS, in altero, C. MALLEOLVS. M. F. in tertio M. POMPONIVS. M. F. in quarto autem, L. PORCIVS. LICINVS notatus est. Quartus & quintus huius tabellae denarius pertinent ad C. N. DOMITIVM AHENOBARVM, qui fuit Neronis Imperatoris proauctor, de quo meminit Suetonius in Nerone cap. IIII. quia uero classi praefuit, nauis prora, & trophaeum in altera quarti denarii parte impressum est. Dio lib. XLI. v. IIII. επει οὐδὲ τούτων, καὶ ἐπει τοῦτο τὸν δασκάλον τὸν μὲν κατέστητον ὑπὸ τοῦ Στέφανος δὲ ἐπει τῷ ιοτίῳ κατέτητο γραμμής σημεῖον, Ανθεβόπου καλλιεργεῖν, δεκάνος αὐτοῦ διάτονος) ἐπει τολλῆται χωρίαν Καταστήτηρος. ὁ γὰρ δικαῖος ἡρός τῶν ορατών &c. hoc est, His rebus, ac fame, qua summa praemebantur (mare Siculū Sex. Pópeid: Ioniū Cn. Domitio Ahenobarbo obtinēte, qui & ipse unus ex Caesaris interfectoribus ex Philippési pugna effugerat, parataq. classe aliqua Ioniū mare aliquādiu iam tenēbat, ac multa rebus hostiū damna inferebat) effectū est, ut Caesar in summis difficultatibus haereret. Idē, quia M. Antonio classe tradita eius partes secutus est, quintū denariū cum Antonii effigie signauit. Dio in codem libro, Καῖσαρ δε τετρακόπολις ἐπει τολλῆται τηρούσασθαι, καὶ δύο λόγοις ἐγένονται (οἱ γὰρ δομιτιοι ἀπογεγενέντες μηδέτε καθ' εἰσόντας ἐγένονται, ἀποτελεσματικός τούτος Αὐτοῖς) παρεκπειτείσθαι μὲν δὴ τὸν Στέφανον ὄρμενον, hoc est, Caesar Italico negotio confecto, cum mare Ionium etiam liberatum iam esset, (nam Domitius suis uiribus ad id tenendum diffidens, ad Antonium auctus erat) ad bellum Sexto Pompeio inferendum se parauit. Appianus lib. V. bel. ciuil. Αὐτοῖς δὲ Αὐτοῦ διαβάθμησιν φέρεται εἶναι τοὺς Αὐτανίους, καὶ ἐπεισελθεῖς ἀμφοτέλεις Αὐτανίης. & paulo post. δὲ Αὐτανίος οὗτος τοῦ Αὐτοῦ διαβάθμησις. & paulo supra. οὐ γάρ Αὐτοῦ διαβάθμησιν κατεγγυεσθείσιν δέ, διαβάθμησιν Καῖσαρις. Suetonius cap. III. in Nerone. Cn. H. ii. Domitius.

„ Domitius inter cōscios Caesarianae necis (quanquām insons) dānatus lege Pe-
„ dia, cū ad Cassiū, Brutumq. se propinqua sibi cognatione coniūctos cōtulisset,
„ post utriusque interitum classem olim commissam retinuit, auxit etiam, nec
„ nisi partibus ubique profligatis, M. Antonio sponte, & ingentis meriti loco
„ tradidit, solusque omnium ex iis, qui pari lege damnati erant, restitutus in pa-
„ triam, amplissimos honores percucurrit: ac subinde redintegrata dissentione
„ ciuili, eidem Antonio legatus, delatam sibi summam imperii, ab iis, quos Cleo-
„ patrae pudebat, neque suscipere, neque recusare fidenter propter subitam uale-
„ tudinem ausus, transiit ad Augustum, & in diebus paucis obiit, nonnulla &
„ ipse infamia aspersus: nam Antonius eum desiderio amicae Seruiliae Naidis
„ transfugisse iactauit. Ad eundē Cn. Domitium pertinere pōtest sextus aereus
tabellae nummus, in quo M. SILANVS, & Q. CVRTIVS, qui cum Domi-
tio IIII uiri fortasse fuerunt monetae cudendae, notati sunt.




NON EST dubium, quin huius tabellae denarius ad Cn. DOMITIVM CALVINVM pertineat, qui consul iterum anno DCCXII. cum C. Afinio Pollione fuit, & Imperator ex Hispania, de qua Procos. triumphauit anno DCCXII. est appellatus. Oscenses uero, qui Hispaniae populi sunt, denariorum huiusmodi cum Hispani Dei imagine signasse, ex eius inscriptione sa-
tis constat. Instrumenta autem Pontificalia uel Domitii ipsius Pontificatum designant, tuel ad Domitiam legem respiciunt, quam tulit de sacerdotio Cn. Domitius Ahenobarbus Neronis atatus: de qua Suetonius ita scribit lib. VI.
„ cap. XI. Atauus eius Cn. Domitius in Tribunatu Pontificibus offensior, quod
„ alium, quam se in patris sui locum cooptassent, ius sacerdotum subrogando-
rum à collegiis ad populum transtulit. meminerunt huius legis cum alii, tum
„ Dio, qui lib. XXVII. Caesarem hac lege Pontificatum Maximum adeptum
fuisse

fuisse scribit, De Osca Hispaniae urbe uidendus Plinius lib. III. Ptolemeus. li.
III. Plutarchus in Sertorio, Caesar lib. I. de bello ciuili.



NEQUE DVRMIA gentis, neque M. D VRMIVS huius, qui sub Augu-
sto triumuir monetae cudendae, huius tabellae denarios signauit, mentio ali-
qua apud scriptores, quos ego uiderim, reperitur. Quae uero in altera par-
te primi denarii impressa sunt, ad Augustum sine dubio pertinent, & fortas-
se ad eius ludos saeculares, qui apri & cerui signis propter Diana in cuius
honorem celebrabantur, notati sunt, De Honoris simulacro in Lollii Pal-
cani denario dicitur,



EGNATIAE gentis plebeiae, & **C. EGNATII MAXVMI**, ad quem spectant huius tabellae denarii, facit mentionem Cicero lib. IIII. ad Atticum, ep. XXXIV. In libro autem XI. ad Memmum epist. XLIII. XLV. & LXXXIII. meminit L. Egnatii Ruffi, cuius fortasse filius fuit M. EGNATIVS is, qui est in quarto aereo nummo notatus; quem in Augustum conspirasse scribit Suetonius cap. XIX. & Velleius lib. II. his uerbis. Neque in multo post Rufus Egnatius per omnia gladiatori quam Senatori propior, collecto in Aedilitale fauore populi, quem extinguendis priuata familia incendiis in dies auxerat, in tantu quidem ut ei Praeturam continuaret, mox etiam Consulatum petere ausus; cum esset omnium flagitorum, scelerumque conscientia mersus; nec melior illi res familiaris, quam mens foret; aggregatis simillimis sibi, interiunere Caesarem statuit, ut, quo saluo, saluus esse non poterat; eo sublato moreretur. quippe ita se mores habent, ut publica quisque ruina malit occidere, quam sua protiri, & idem passurus minus conspici. neque hic prioribus in occultando felicior fuit: abditusque carceri, cum consciis facinoris mortem dignissimam uita sua obiit. Dio quoque huius in Augustu conspirationis meminit li. LIII. his uerbis.


Εἴτε καὶ τότε Μάρκος ὁ Εὐγένιος Ρούφος ἀγροτεύος, καὶ ἄλλα θετταλικά παῖδες, καὶ ταῖς δικαιοσύναις
πολέμουσιν φραγμούσιοις ἐπικουρίαιν μελλόταις ἐσυτοῦ δούλων, καὶ μεῖծοις ἑτέρων τινῶν μισθωτῶν παιταρίδων, καὶ διετοῦ Τάρτη αγαλάζατα ταῖς ἀρχῇ αὐτοῦ προσκοπίαι περὰ τοῦ δήμου λαβάται, γε στρατοὺς παρασύνεις ἀποδειχθεῖσι. ἐπίρρησιν τούτων, καὶ τὸν Κύνηγον υπερφρίνησε, ὃς καὶ προσγένεται ὅτι ἔργαντος καὶ διδόκησαν τῷ διαδόκῳ
τὴν πόλιν παρέδωκεν. ἐπ' αὐτῇ τούτῃ σῆτε ἀλλοττάσσεις οἱ πρώτοι, καὶ αὐτοῖς ἐτιμάσια ἡ Κύνηγος ἐμῆν ἔχει. καὶ
ἰκέτευος μόνος εἰδιδάσκεις οὐκ εἰ μακρού βέβαιος, τὸ μὲν ὑπερ τοὺς πολλοὺς φρονεῖν. hoc est, ut tum temporis
etiam M. Egnatius Rufus, qui cum Aedilis Plebis fuisset, eoque in magistratu praeter alia multa recte facta; aedificiis quoque suo anno incendio correptis, seruorum suorum, aliorumque mercede conductorum succurrisset; ideoque

ei

eiā populo sumptus in eum magistratum dati, & ipse praeter leges Praetor creatus esset, animo propter haec sublato, Augustum despicerit, ac publicē scriptum proposuerit seū illaeſam, integrumque successori urbem tradidisse, id iram cum aliorum in Rep. principum, tum ipsius Augusti mouit, qui paulo post Egnatium, ne quid praeter ceteros sibi sumeret edocatur erat. **Egnatiac** gentis mentio est in antiqua hac inscriptione,


HONORIS

IMP. CAESARIS. DIVI F
AVGVSTI. PONT. MAXIM
PATR. PATRIAE. ET. MVNICIP
MAGISTRI AVGVSTALES
C. EGNATIVS. M. L. GLYCO
C. EGNATIVS. C. L. MVSICVS
C. IVLIVS. CAESAR. LI SOCHRYSVS
Q. FLORINIVS. Q. L. PRINCEPS
VIAM. AVGVSTAM. AB. VIA
ANNIA. EXTRA. PORTAM. AD
CERERIS. SILICE. STERNENDAM
CYRARVNT. PECVNIA. SVA
PRO LVDIS



EGNATULEIA gentis, unus, quod sciām, Cicero facit mentionem lib. XI. Philipp. in quo nomineat L. Egnatuleum quendam, filium fortasse

taſſe C E G N A T V L E I huius, qui Victoriatum nummum percussit. Ciceronis
uerba ſunt haec. Huiusce legionis uirtutem imitata quarta legio duce L. Egnatuleio Q
Quaefitore, ciue optimo & fortissimo, C. Caſaris auctoritatē, atq; exer-
citū perſecuta eſt. & in libro v. nec uero de L. Egnatuleio, fortissimo, & conſan-
tissimo ciue, amicissimoq. Reip. ſilendū arbitror: ſed tribuendū testimoniu[m] uir-
tutis egregiae, quod is legionē quartā ad Caſarē adduxerit, quea praefidio Cō-
ſulibus, ſenatui, populoq. Romano, Reiq. publicae eſſet: ob eam causam place-
re, uti L. Egnatuleio triennio ante legitimū tempus magistratus petere, capere,
gerere liceat. In quo P.C. non tantum cōmodum tribuitur L. Egnatuleio, quan-
tus honos, in tali enim re ſatis eſt nominari. extat Cordubae, quea fuit Lucani
& Sencae patria in Hispania, fragmentum quoddam inscriptionis antiquae, in
qua fit mentio C E G N A T V L E I A E. C. F. quea fortasſe E G N A T V L E I huius fi-
lia fuit, in inscriptione quoque basis statuae Vefpasiano Imp. dedicatae, nomi-
natur C. quidam E G N A T V L E I V S. L A V R V S.




E P R I A gens in tribu Cornelia censebatur & Fabia, ut ex antiquis inscriptionibus intelligere possumus, quarum exempla subiecimus.

Q. EPIVIS. Q. F. COR. RVE
CLODIA. C. L. SILENIO
EPIA. L. F. PAVLLA. VOTE
NNIANA. MATER
EPIA. M. F. POLLA

P. EPPIVS. P. F. FAB. RVFV:
MVL. CONOR. IL. BRAST.

MIL. COHOR. II. PRAET
T. F. I. ARBITR. &c. E P R I huius, Scipionis in Africa legati
,, mentione facit Hirtius li.v.de bello Africo, his uerbis. Deinde eodé die Adrame-
to egressus,


to egressus, Liuineio Regulo ibi cum legione relicto, Vticā ire contendit, cui in itinere fit obuius L. Caesar, subitoque se ad genua proiecit, uitamque sibi, nec amplius quicquam deprecatur: cui Caesar facile, & pro sua natura, & instituto concessit. item Caecinae, C. Ateio, P. Atrio, L. Cellae patri, & filio, M. Eppio, M. Aquinio, Catonis filio, Damasippique liberis ex sua consuetudine tribuit. Fuit autem M. Eppius ex ordine Equestris, ut colligitur ex Ciceronis ep. xiiii. ad Att. in qua scriptum est. Nemo enim nostri ordinis in his locis est, praeter M. Eppium, quem ego Minturnis esse uolui, uigilantem hominem & industrium. Quia uero M. Eppius Scipionis in Africa Legatus fuit, ut ex ipsa denarii inscriptione apparet, in altera eius parte Africæ imaginem signauit, qualem ab antiquis fictam fuisse supra in Scipionis denario ex Claudiu[m] auctoritate demonstrauimus: in altera autem Herculis simulacrum, quod in Africa colebatur, ut scribit Herodotus lib. ii.




FABIÆ gentis patriciae LABEONES tantum, MAXIMI, & PICTORES in denariis, quos nobis uidere licuit, reperiuntur. Q. FABIUS LABEO, qui in primo tabellae denario notatus est, Praetor anno D L X I I I I . ex Creta Insula naualem egit: ad quam rem indicandam, nauis proram in altera denarii parte impressit. Idem anno D L X X . consul fuit cum M. Claudio Marcello; & anno D L X X I I I . Pontifex factus est. Hunc scribit Cicero lib. i. off. & ad Q. fratrem, arbitrum Nolani & Neapolitanis datum de finibus à Senatu: agrum, de quo lis erat, adiudicasse populo Romano. Secundus denarius, cum omnes ferè Maximi, Quinti praenomine usi sint, ad quem pertineat, diuinare non licet: potest autem referri ad Q. FABIVM MAXIMVM, qui anno D C C V I I I . Consul fuit cum C. Trebonio, tribus mensibus uno aut altero minus die, nam III. Kal. Ian. mortuus est, eique Caninius Rebilus in unum diem suffectus fuit.

Tertius denarius spectat, ut opinor, ad N. FABIVM PICTOREM Flaminem Quirinalem, qui C. Sulpicio Galo, M. Claudio Marcelllo cos. anno DLXXXVII. mortuus est, ut scribit Liuius li. xlv. apud quem male, pro Numerius praenominatur Mareus, errore (ut puto) librariorum; quibusdam tamen magis placet referri denariū ad Q. FABIVM PICTOREM, qui Praetor fuit cum Q. Fabio Labeone anno D L X I I I I, quo, ut scribit Liuius lib. x x x v i I. Flamen Quirinalis inaugurate fuit, ab eoque in N. FABII PICTORIS memoria, qui Consul de Sassinatibus triumphauerat anno C D L X X X I I. denarium huiusmodi cusum esse. Sed ab vtrouis horum fuerit denarius signatus, Quirini certè imago Flaminis apicem manu tenentis, ad id sacerdotium indicandum in eo impressa est. Quartus denarius sine dubio ad C. FABIVM C.F. PICTOREM pertinet, qui cū Q. Ogulnio Gallo Consul fuit anno CCLXXXIII. quo quidem anno argento signato populus Romanus ex S.C. primum uti coepit; ob quam rem in altera denarii parte inscriptionem adiectam esse opinor Ex. a. p. hoc est, ex argento publico. Cum autem C. hic Fabius ex Pictorum familia fuerit, non uideo quam ob causam buteonem auein in denario signari, à qua Buteonum alia Fabiae gentis familia cognomen duxit, ut scribit Plinius lib. x. cap. viii. Quinto denario aliquem Fabiorum, Cai quoque & ipsum praenomine usum, qui cum L. ROSCIO, uel L. RUBRIO, & Q. MARCIO triumuir fuerit monetae cudenda, designari opinor. Sextum denarium ad L. FABIVM HISPANIENSEM, qui Sertorianarum partium fuit, contra quem à Sulla C. Annus missus est, ut scribit Plutarchus, spectare arbitror. Eius autem mentio est in fragmento historiarum Sallustii apud Seruium lib. I. Aeneid. „quod subiecimus. Igitur discubuere, Sertorius inferior in medio, super eum „L. Fabius Hispaniensis Senator ex proscriptis, in summo Antonius, & infrā scri- „ba Sertorii Versius; alter scriba Maecenas in imo, medius inter Tarquitium, & „dominum Perpernam. Plutarchus autem scribit conuiuum illud, quo Serto- „rius interemptus est, à Perperna datum esse: ideoque dominum appellari à Sal- „lustio, ut in hunc locum notat Nonius Marcellus. L. autem Fabiu hunc, Quae- „storem fuisse intelligimus ex nota illa Q., qua magistratus hic notari solet: nā „alius argenteus denarius huic similis ita planè inscriptus est. L. FABI. L. F. „HIS P. Q. eratque fortasse tunc Quaestor Fabius hic, quando ad Sertorium in „Hispaniam tranfuit:

FABRI



FABRINIA gentis, nisi sit erratum ab eo, qui nummum aereum cusit; nulla apud ueteres scriptores mentio reperitur. Neque uero M·hic Fabrinus quis fuerit, quoque tempore uixerit, inuenire adhuc potui.



FANNIAM gentem plebeiam fuisse, uel hoc uno Ciceronis testimonio ex ep. xiii. lib. xvi. ad Att. constat. In praesentia, inquit, mihi uelim scribas qui- „bus Cesaribus G. Fannius M. F. Tribunus Pl. fuerit, uideor mihi audisse P. Afri- „cano

FAMILIAE ROMANAЕ.

cano, L. Memmio Censoribus. Opinor autem M. FANNIVM hunc C. F. cuius est primus tabellae denarius, apud quem Praetorem Cicero Sex. Roscium parricidii reum anno DCLXXIII. L. Sulla, Q. Metello cos. defendit, filiū fuisse C. Fannii oratoris, de quo meminit Cicero in Catone, his uerbis. Itaque Scae-
„ uola cum in eam ipsam mentionem incidisset, exposuit sermonē Laelii de ami-
„ citia, habitum ab illo secum, & cum altero genero C. Fannio M. F. & in Bruto,
„ Horum aetatibus adiuncti duo C. Fannii, C. & M. filii fuerunt: quorum C. fi-
„ lius, qui Consul cum Domitio fuit &c. Velleius lib. II. Eodem (inquit) tractu
„ temporum nituerunt oratores Scipio Aemilianus, Laeliusque, Ser. Galba, duo
„ Gracchi, C. Fannius, Carbo Papirius &c. Potest etiam denarius ad oratoris pa-
trem M. FANNIVM pertinere, qui filius fuit C. Fannii Tribuni plebis anno
D LXVI. Ad eundem fortasse secundus quoque denarius spectat: quem Aedilē
plebis fuisse ex ipso denarii inscriptione appetat. Scribit autem Dio, Caesare
v. & M. Antonio cos. anno DCCIX, Aediles Cereales duo ex patriciis, quattuor
ex plebeis primum creari coepitos fuisse: eius uerba sunt, καὶ οἱ τὸν αὐτὸν ἔτος, αὐτό-
περ καὶ ἀγρονόμους τὸν αὐτὸν δύο μηνὶς διτάπεδαν. Λεωπόρος οὐκ εἰς τὸν πάντας, οὐδὲ τὸν αὐτὸν διήγειται. hoc est, Eodem anno primum sex Aediles sunt constituti, duo patri-
ci, quattuor plebeii: quorum duo Cereris Aediles uocarētur. Aedilium autem
plebis Cerealium mentio est in antiquis his inscriptionibus, quarum unius de-
sideratur principium,

III. VIR O. VIARVM. CVR AND ARVM

TRIB. MIL. LEG. V. MACED. Q. VRBANO
AEDILI. PLEB. CERIAL. PRAET. LEGATO
PROVINCIAE. SICILIAE. ET. ASIAE
PRO COS. PROV. GALLIAE. NARBONENS
LEGATO. LEGIONIS. VIII. AVGSTAE

L. VETTIVS. FELIX. ET. P. NOVELLIVS. ATTICVS
AMICI


et

L. NERATIO. C. F. VOL. PROCVLO
X. VIR. STLTIVS. IVDICAN.
TRIB. MILITVM. LEGION.
VII. GEMIN. FELIC. ET. LEG
VIII. AVG. QVAEST. AE DIL.
PLEB. CERIAL. PRAET. LEG
LEG. XVI. FLAVIAE. FIDEL
ITEM. MISSO. AB. IMP
ANTONINO. AVG. PIO. AD. DEDVCEN
DAS. VEXILLATIONES. IN. SYRIAM. OB
BELLVM. PARTHICVM. PRAEF. AERARI
MILITARIS
COS
MVNICIPES. SAEPINAT

Nisi


EX ANTIQ. NUMISMATIB.

Nisi uero obscura illa nota, qua Fannii collega L. C R T significatur, quaque Pi-
sonis nomen indicari nullo modo potest, obstatet; crederem denarium cum in-
scriptione P ISO CAEPIO, cuius suprà in Calpurnia familia meminimus, ad
eundem hunc Fannium pertinere, propterea quod Caepio Fanniae quoque fa-
miliae cognomen sit apud Velleium lib. II. & Suetonium in Augusto cap. xix.
& in eo denario duo uiri cum spicis adiecto titulo ad frumentum emundum ex
s. c. Saturnique imago, ut in hoc Cereris, signata sit: quos ut rei frumentariae
praefides deos antiqui coluerunt.



FARSVLEIA gentis mentio extat in antiqua inscriptione Sutrina, in qua
PONTIFICES. A. COLONIA. CONIVNC. IVLIA. SVTRIN. IN. ORD: RELAT. ...
inter eos autem numeratur M. VALERIVS FEROX in locu L. FARSVLEI R VF:
Q. etiam FARSVLEIVS quidam VESPERS nominatur in basi statuae Vespasianoi Imp. in qua incisa sunt nomina eorum, qui ad eam dedicandam Imperato-
ri statuam, pecuniam contulerunt. L. Annio Basso, C. Caecina Paeto cos. Lue-
rò FARSVLEI huius MENSORIS, qui argenteum denarium signauit, nullā
in ueteribus nec scriptorum nec lapidum monumentis reperire mentionem
potui.

I FLAMI-



F L A M I N I A E gentis plebeiae meminit Cicero in Bruto, & ad Att. ep. xiii. & xv. lib. xiv. & ep. i. & ii. lib. xv. Liuius li. xxi, & alii. L. autem **F L A M I N I V S C H I L O** siue **C I L O** (utroque enim modo cum in eius denariis, tum in ueteribus quoque lapidibus, & Scriptorum codicibus, notatum hoc cognomen reperitur: ut Semproniae gentis cognomen, in aliis cum aspiratione **G R A C C H V S**, in aliis uero sine aspirationis nota **G R A C C V S**) **1111** uir auro, argento, aere feriendo sub Caesare Dictatore, ac eiusdem fortasse primus Flamen fuit. nam C. Julio Caesari Dictatori inter alios honores, quos ei uiuenti Senatus tribuit, Flaminem quoque, qui Diui Iulii Flamen dictus est, decretum fuisse, tradit Suetonius in Caesare, his uerbis: Non enim honores modo nimios recepit, ut continuum Consulatum, perpetuam Dictaturam, Praefecturamque morum, insuper praenomen Imperatoris, cognomen patris patriae, statuam inter reges, suggestum in Orchestra; sed & ampliora humano fastigio decerni sibi passus est, sedem auream in Curia, & pro tribunali thensam, & ferculū Circensi pompa, templa, aras, simulacra iuxta Deos, puluinar, Flaminem, Lupercos, appellationem mensis è suo nomine. Huius Flaminis mentio quoque extat in antiquis inscriptionibus, quarum exempla sunt huiusmodi,

M. PUBLICIO

M. F. SAB. SEXTIO

CALPVRNIANO

EQVO. PVBLICO

FLAM. DIVLIVLI

PRAEF. AEDIL. POT.

QVAESTOR. AERAR.

SACERD. IV VEN. BRIX

COLLEGIA

CENTON. ET. FABROR.

L. ACVTIO

L. F

FAB. PRIMO

EQVO. PVB.


II. VIR. I. D

AEDIL. Q. ALIM

FLAM. DIVLIVLI


Possunt

Possunt etiam notae illae, **P R. F. L.** interpretari **P R E I M V S F L A V I T**, seniū non ex historia, quae non extat, sed ex coniectura ducito; quod scilicet C. Flaminius fuerit unus ex primis **Quattuoruiris** à Caesare (ut opinor, aucto Triūuironum metalium numero) creatis, auro argenteo publico flando feriundo: cuius collegae in numinis aureis & argenteis reperiuntur, **L. A E M I L I V S B V G A**, **L. M V S S I D I V S L O N G V S**, & **C. V I B I V S V A R V S**. Nam Caesarem auxisse numerum minorum magistratum tradit Suetonius cap. xli. Senatum, inquit, suppleuit, patricios allegit, Praetorum, Aedilium, Quaestorum, minorum etiam magistratum numerum ampliavit &c. Atque ita, recte & uerè locutus erit Dio, qui lib. **1111** dixit Triumuiros monetales ab Augusto institutos fuisse, hoc est, eorum numerum à Caesare auctum, & **Quattuoruiros** pro Triumuiros factos, ad Triumuiros rursus, ut primum erant, reductos. **C I L O** autē hic, cuius meminit, ut opinor Cicero, li. vi. ad Torquatum ep. x x. & Appianus li. **1111**. bel. civil. ad Caesarem sine dubio respexit, cum **Veneris caput**, à qua Iulia gens originem duxit, in altera secundi denarii parte signauit.



F L A V I A E gentis plebeiae frequens est mentio apud ueteres scriptores. litteris autem **F L A V S**, quae in primo tabellae denario notatae sunt, existimari cognomen potius **F L A V V S** (quod **F L A V O S**, & **F L A V S**, antiqui uocali non geminata scribabant) indicari, quam **F L A V I V S** nomen. Est autē **F L A V O S**, siue **F L A V S** Largiae familiae cognomen apud Dionysium li. v. Decimiae apud Liuum lib. xxvii. Caeseciae in epitoma lib. cxvi. Sulpiciae apud Suetonium in Claudio cap. xli. Octauiae in antiqua, quae Tiburi extat, inscriptione, & Lucretiae, in aereo Augusti numismate. **C. F L A V I V S H E M I S**, qui in secundo denario Bruti Legatus Propraetore describitur, is est, cuius meminit Cornelius Nepos in uita Póponii Attici. Itaq; appellatus est (inquit) à C. Flauio I ii Bruti

„ Bruti familiari Atticus, ut eius rei princeps esse uellet &c. Appianus lib.v. inter Caesaris inimicos C. hunc Flautum cum Canutio & Clodio Bithynico numerat. *καὶ οὐαὶ μηδισταῖς Κανούτοις Λεχάγη. Φλάβιοις, καὶ Κλάδιοις ἐθνυντές.* Plutarchus etiam in Bruto meminit huius Flauii, quem Praefectum Fabrum Bruti fuisse scribit. Cetera, quae in hoc denario signata sunt, ad M. Brutum pertinent, & in gente Iunia explicabuntur.



FONTEIAM gentem plebeiam fuisse, uel ex hoc intelligere possumus, quod P. Clodius Ciceronis inimicus, qui ut Tribunus plebis fieret ad plebē traduci uolebat, P. Fonteo plebeio homini adoptandum se dedit: de qua adoptione Suetonius in Tiberio ita scribit; P. Clodius ob expellendum Vrbe Ciceronem plebeio homini atque etiam natu minori in adoptionem se dedit. meminit etiam Cicero pro Domo sua, & ad Att.lib.i.ep. xvii. & xviii. Primus autem huīus tabellae denarius pertinet, ut opinor, ad **C. FONTEIVM CAPITONEM** Consulem suffectum ex Kal. Iul. anno DCCXX. Secundus, & tertius, ad huīus, ut videtur, filium **M. FONTEIVM**, qui fortasse is est, pro quo repetundarum reo Cicero dixit accusante M. Plaetorio, quod eo per triennium Galliae Praetore, aere alieno prouincia fuisse. nec enim dubito quin apud Ciceronem **M. FONTEIVM** sit scribendum, quod hoc praenomine haec familia frequentius uisa sit, & passim in eo librarii errant, omissa uirgula, quae M. litterae obducenda erat. Fontei autem denariorum alter habet triremem cum Pollucis, & Castoris imaginibus, quod hae stellae sint nauigantibus propitiæ Hor. lib.i. Carm.

*Sic te Dina potens Cypri, sic fratres Helenae
Lucida sidera, uentorumque regat pater.*


Alter

Alter habet Cupidinem hirco insidente, quod id animal maximè sit proclive ad libidinem. Veiuis uero simulacrum, & pilei Castorum stellis superimpositis quod pertineant, mihi quidem obscurum est. **P. FONTEIVS P. F. CAPITO** qui quartū denarium & quintum triumvir signauit, potest nepos esse P. Fontei Capitonis, qui Praetor (vt scribit Livius lib.x lxxxi) Sardiniam prouinciam obtinuit anno D LXXXIV, **Q. MARCIO PHILIPPO** II. & Cn. Seruilio Caepione Cos. atq; idē fortasse Antonianae classi Propr. praefuit, ut coniicere possumus ex mutila aerei nummi inscriptione. De eo dixit Horatius li.i. Ser. Sat. v.

---- *Capitoque simul Fonteius ad unguem*

Factus homo. Ec.


M. autem **FONTEIVS**, qui in quarto denario notatur, fortasse is est, qui Legatus **Q. SERUILLI CAEPIONIS** bello Italico, cum aliis qui in Asculo erant, interfectus ab Italicis fuit. Appianus li.i. bell. civil. Eius uero factum aliquod, cum Tribunus militum esset, quod nobis ignotum est, altera denarii parte significatur: nec enim ad A. Fonteum id spectare arbitror Tribunū militum, quem, quod seditionis, & malus ciuis esset, à Cæsare ab exercitu dimissum scribit Hirtius lib. v. de bello Africo.



FUFIA gens fuit plebeia, ex qua **Q. FUVIUS KALENVS** originē duxit, cuius denarius in hac tabella expressus est, quiue Trib. Plebis fuit anno DCXCI. D. Junio Silano. L. Licinio Murena Cos. atque, idem consul cum P. Vatinio anno DCCVI. In bello autē ciuili Pompeiano Cæsaris partes secutus est. Dio lib. XLII. Κοιντροῦ δὲ θεού Καληνοῦ μετὰ τοῦτο θεοπαλλωνος οφίοις, ἵξανθης πετρίος, καὶ φαῦσος. Cum Antonio studeret, Cicero grauter in eum Philippica viii. inuestus est: iphius uero in Ciceronem maledica responsio recitatur à Dione lib. xlvii.


I iii de

de templo Virtutis & Honoris, quod erat fortasse Kaleni curationis, ita scribit „Liuius lib. xxvii. Marcellum aliae atque aliae obiectae animo religiones te-„nebant, in quibus quòd cùm bello Gallico ad Clastidium aedē Honori & Vir-„tuti uouisset, dedicatio eius à Pontificibus impediabatur, quòd negabant unam„cellam duobus deis recte dedicari. Videndum de hac dedicatione Valerius Max. lib. I. cap. I. & Vitruvius lib. vii. De Cordo dicetur ingente Mucia.




FULVIAE gentis plebeiae in multas diuisae familias, unius tantum C. N. FULVI in argenteis denariis memoria reperitur; quis tamen hic Fulvius fuerit, quibusue temporibus uixerit, quòd multi ex ea gente hoc praenomine usi- fuit, nihil certi afferre possum: quia tamen cum Q. Metello, & M. Calidio M. Tullii coaetaneo triumuir monetae cuendae fuit, Ciceronis ipsius temporibus floruisse possumus suspicari. FULVIUS autem ueteres, scribebant, ut FOVRIVS & multa huiusmodi Graecam scripturam imitati.

FVN-




FUNDANIAM quoque gentem plebeiam fuisse; cum ex aliis, tum ex Li- uiu constat in lib. xxv. in quo M. Fundani facit mentionem Aedilis plebeij. In tabula etiam aenea apud Alexandrum Farnesium Cardinalem, in qua Plebiscitu pro THERMESIBVS MAIORIBVS PISIDIS perscriptum est, men- tio fit C. FUNDANI. C. F. TR. PL. D. E. S. Q. VI. PLEBEM. PREIMVS. SCIVIT. qui quidem Fundanius (quando à temporum ratione non abhorret, quibus id Plebiscitum perscriptum est, post annum scilicet d. lxxxi, quo L. Gellius C. N. Cornelius Consules fuerunt) potest is esse, quem M. Varro lib. i. de re ru- stica socerum suum appellat: ad eum autem referendos esse opinor huius ta- bellae denarios, licet alii C. FUNDANIO tribuerint ei, qui cum C. Sulpicio Consul fuit anno d. x.

FVKIA




FURIA gens in patricias diuisa fuit familias & plebeias, ut ex Liuio collimus, qui lib. ix. L. Furii Tr. Pl. facit mentionem, & lib. xxxix. M. Furii Lusci Aedilis, à quo Ludi Plebeii diem unum instaurati sunt. Nobis, patriciae PVRPVERONVM, CRASSIPEDVM, & PHILORVM denarios uidere licuit: nā FURIVS BROCCHVS incertum est, patricius ne an plebeius fuerit. Primus tabellae denarius ad L. FURIVM PVRPVERONEM pertinet, qui Praetor de Galleis triumphauit anno D L I I I . & D L V I I . P. autem FOVRIVS CRASSIPES, qui secundum tabellae denarium cusit, & cognominis originem, pedis nota; & Aedilitatis honorem, sella Curuli, indicare uoluit. Primus uero ex ea familia qui Crassipes dictus fuit, Graecum nomen *άσπιτος* imitatus est; quem *άσπιτος τελετης τελετης*, hoc est, à tumore pedum Oedipodem appellatū fuisse, Graeci Poetae tradunt. De P. FOVRIO CRASSIPEDAE Aedile Curule nulla extat mentio apud scriptores. Liuius M. Furium Crassipedem triumuirum coloniae deducendae anno D L I X , & Praetorem anno L X V I nominat. Fortasse autem denarius à Furio Crassipede Ciceronis genero signatus est. Tertius denarius cusus à M. FURIO L. F. PHILO fuit, in memoriam sine dubio eius triumphi, quem egit P. Furius Philus anno D X X X . de Galleis Liguribus. M. autem Furium, qui L. F. in eo denario describitur, opinor filium fuisse L. Furii Phili Praetoris anno D L X X X I I , cuius meminit Liuius lib. XLII. De C N. FURIO BROCCHO nullā apud ueteres scriptores, praeterquam apud Valerium Max. reperio mentionem; is enim li. vi. cap. i. meminit Cn. Furii, qui à Broccho in adulterio deprehensus, familiae stuprādus obiectus est: opinor autem corruptū esse Valerii locum, atq; ex huius denarii auctoritate ita corrigen- dum esse. Cn. Furium Brocchum, quem (deest nomen) deprehenderat, familiæ stuprandum obiecit &c. T. Broccum quendam nominat Cicero pro Q. Li- gario:

gario: & Anneium Brocchum in lib. II. in Verrem. Aedilem Curulem fuisse Brocchum hunc, qui triumuir denarium cusit, ex sella Curuli intelligere possumus, & imagine Cereris, quae rei frumentariae praefest, quam curabant Aediles.




GALLIA gens inter patricias ne, an plebeias numeranda sit, ex iis scriptoribus, qui circumferuntur, elici non potest. Cicero in Verrem lib. v. C. Gallium Senatorem hominem Equestrem appellat; patrem fortasse C. GALLI huius, qui nummum aereum signauit, cum esset triumuir sub Augusto. Idem Cicero meminit Q. Gallii Praetoris anno D C L X X X V I I I . L. Cotta & L. Torquato cos. quemque anno sequenti de ambitu accusatum defendit ea oratione, quae non extat. Ipse in Bruto, Asconius in Corneliana, Valerius Max. lib. VIII. cap. x. Quintilianus lib. II. cap. III. & Appianus lib. III. οὐδέν (inquit) οὐδέν, οὐδέποτε Κοίντρος Γόρρων ἀδερός μάκρη ταχὺς ευρύτερος Αγρωτικός, ήν πολεμών σπάντης ἀρχῶν &c. ex, quibus uerbis colligimus Q. Gallium Praetorem Urbanum fuisse, & M. Galli fratrem, de quo ita scribit Suetonius in Tiberio cap. vi. Post redditum in Vrbem à M. Gallio Senatore testamento adoptatus, hereditate adita, mox nomine abstinuit, quod Gallius aduersarum Augusto partium fuisse. C. GALLI apud Valerium Max. lib. vi. cap. i. mentio etiam extat.



GELLIAE gentis duos tantum denarios, qui in hac tabella expressi sunt, nobis uidere licuit. Eorum primus ad GELLIVM fortasse pertinet Cn. Pompeii legatum in bello maritimo contra Piratas, cuius meminit Florus lib. IIII. Secundus sine dubio ad L. GELLIVM POPLICOLA M spectat, qui denarium signauit, cum esset Antonii Quaestor Propraetore: postea cum M. Cocceio Nerua consulatum gessit anno DCCXVII. de eo ita scribit Dio lib. XLI. V. I.


„δὲ δὴ Γέλλιος ἐφαρεζημένος, ἵπασε δὲ δεῖνον οὐδὲν. ὃ γαρ ἀριστός ἦν τοῖς φίλοις αἴρει, καὶ τὸν ἀδελφὸν αἰτῶν Μάρκον Μεσαλλαγη παντοῦ Καστρίφ φροντιζέμενον εἶδε, ἀφῆνεν αὐτὸν. καὶ ὃς ἐπέβαλε μὲν καὶ τῷ Καστρίφ, οὐδὲν δὲ τέλε κακὸν ἔπαθεν. αὔτους δὲ, ὅτι οἱ μάτιρι αἰτῶν Πέρλατα φροντιζοῦσιν ἐπιβιβαλλήν, δέσσασα πάσι τε τῷ Καστρίφ, μὴ φροντιζανθῇσι (σφόδρα γαρ ἀντὸν ἡγάπαι) καὶ σὺν τῷ γάδι μη καταφαρεῖσθαι, τὸν τε ἐπιβύντιμα αἴτιον ἐκούσα τῷ Καστρίφ φροντιζόντος, καὶ τὴν σωθῆσθαι τοῦ παιδὸς αἰτέλαβεν, οὐ μὴ τοιχῷ βεβίων αἰτῶν ἐποιεῖσθαι, πρὸς τὸν Καστρά, καὶ πρὸς τὸν Αὐτάνιον ἀπὸ τῶν διεργεῖσθαι πανύζομόντος; hoc est: Gellius autem in sidiarū coniunctus, nullo supplicio est atfectus: nā eum cū semper inter primos amicos sibi Brutus duxisset, ac M. Messallam fratrem eius Cassio coniunctissimum uideret, missum fecit. sed idem Gellius post Cassio quoque pernicie manchinatus est, iterum quidem impune, cum mater eius Palla mature cognitis insidiis, Cassio metuens ne iis opprimeretur, (uchementer autem eum diligebat) filio uero ne deprehenderetur, ipsa ultro insidiias Cassio detexisset: ac filii salutem praemium habuit, ne sic quidem meliorem factum, quin à suis benefactoribus ad Caesarem & Antonium transfugeret. Huius pater L. Gellius Consul fuit cum Cn. Lentulo Clodiano anno DCCLXXI. Cicero in Pisonem, & in oratione ad Quirites post redditum.

HEREN.



HERENNIA gens plebeia in Balborum familias, & Gallorum diuisa fuit. L. Herennii Balbi meminit Paedianus in Miloniana: Galli, Asinius Pollio in ep. XXXI. li.x. ad Plancum: C. Herennii Tribuni Pl. qui P. Clodium ad plebem traduxit, facit mentionem Cicero ep. xv. & xvii. lib.i. ad Att. M. autem HERENNIVS hic, qui denarium cum signo Pietatis cusit, Cos. fuit ex Kal. Nou. anno DCCXX. filius fortasse M. Herennii eius, qui Consulatum gessit cū C. Valerio Flacco anno DC LX. de quo Cicero in Bruto ita scribit. M. Herennius in mediocribus oratoribus latine & diligentē loquentibus numeratus est: qui tamen summa nobilitate hominem cognitione, sodalitate, collegio, summa etiā eloquentia L. Philippum in consulatus petitione superauit, &c. Aeneas autem Anchisem humeris ferens, Pietatis symbolum antiquis fuit, quod in aliis etiam uetus statis monumentis reperitur.


HIRTIA




HIRTIA gens, incertum patricia ne, an plebeia fuerit. Eius extat mentio in antiqua inscriptione, cuius exemplum subiecimus.

A. HIRTIUS. A. F. M. LOLLIUS. M. E
EVNDAMENTA. FORNICIS. FACIVNDA. COERAVERE
EIDEM QVE. PROBAVERE

Ex aureo autem nummo, quem A. HIRTIUS Caesare tertium Consule signauit, Praetorem cum fuisse anno DCCVII intelligimus, & fortasse cum in provincia esset, nummum huiusmodi cusisse: licebat enim Praetoribus & eorum Quaestoribus, Legatisue cum ad alios, tum ad militarem praecipue usum, quo stipendia militibus commodius persoluerentur, aurum, argentumue in provinciis signare. A. autem HIRTIUS triennio post Praeturam Consul factus cum C. Vibio Pansa, in proelio contra M. Antonium ad Mutinam dimicans occisus est: eiusq. corpus Romam perlatum in campo Martio publica sepultura conditum fuit. Liuius in epitoma lib. CXIX. & alii.



HORATIA gentis patriciae unus tantum reperitur denarius ab aliquo ex ea gente in Horatii Coelitis memoriam primū signatus, deinde à Traiano Imp. restitutus, ut ex denarii in hac tabella impressi inscriptione intelligere possumus. de HORATIO COELITE, ad quem nummus hic pertinet, ita scribit Liuius lib. II. Pons Sublicius iter paene hostibus dedit, ni unus vir fuisset Horatius Coelus: id monumentum illo die fortuna Vrbis Romanae habuit. qui positus forte in statione pontis, cum captum repentina impetu Janiculum, atque inde citatos decurrere hostes uidisset, trepidamq. turbam suorum arma, ordinques relinquere; reprehensatis singulos, obsistens, obtestansq. Deum & hominum fidem testabatur, ne quicquam deserto praesidio eos fugere, si transitum pontem à tergo reliquissent (paulo post) Tum Coelus. Tiberine, inquit, pater te sancte precor, haec arma, & hunc militem propitio flumine accipias. ita sic armatus in Tiberim desiliuit: multisque desuper incidentibus telis, incolmis ad suos tranauit: rem ausus plus famae habituram apud posteros, quam fidei. Eadem de Coelite narrant Dionysius lib. IV. Valerius Max. lib. IIII. cap. I. & alii, eique statuam aeneam ob hoc factum decretam in foro Romano fuisse, praeter Dionysium lib. V. scribit Liuius lib. II. & Plutarchus in Poplicola.



Hosidia gens ab Appiano quidem & Dione nominatur, non tamen ex eorum uerbis elici quicquam potest, unde plebeia ne, an patricia fuerit, sci-re possimus. Appianus lib. II. de bel. ciuil. & Dio lib. LXVII faciunt mentionem Hosidii GETAE proscripti à Triumuiris & à filio seruati. malè tamen apud Dionem, οὐδὲν δὲ τις πρόστητος, πρὸ οὐδὲν πέτερος, in uulgatis libris scriptum est. Fuit is fortasse pater Hosidii huius, qui argenteos denarios cusit. idem Dio lib. LX. meminit C. Hosidii Getae, qui Triumuiri huius, ut opinor, filius fuit: sed eodem librariorum errore οὐδὲν γέτας, appellat pro, οὐδὲν γέτας. eius uerba sunt haec. αὐτὸν δὲ Γεταῖς οὐδὲν τέτας καὶ διδυλίτας ἀλλάγει, ἐπειδὴ οὐτας αὐτοὺς ἐκρύπτουσι, οὐδὲ καὶ τινὰς ἴπινκιάς, καὶ περούχη παλλάκας, λαβεῖν, hoc est, Donec C. Hosidius Geta cum propè in hostium potestatem uenisset, ita eos uicit, ut ei propterea honores triumphales, quamquam Consul non fuisset, dati sint. Sed posterior hic Hosidius floruit. Claudio iam imperante. Hosidiae familiae mentio est in basi marmorea ita inscripta,


C. HOSIDIUS MAR

CIANVS. CVM. SVIS

PANTHEO


SACRVM

HOSTI-



Hostiliæ gentis, quae ab Hosto quodam Hostilio Medullino, ut creditur, originem duxit, qui Romulo regnante Romanam Ciuitatem adeptus fuit, crebra est mentio apud scriptores: Eius autem gentis familiae reperiuntur in monumentis Capitolinis, Tulli regis, & Mancinorum: apud Liuium li. xvi in Tubulorum & Catonum. SASERNÆ, pater & filius; qui de agricultura scripserunt, nominantur à Varrone in libris de re rustica: quia uero Tullus Hostilius rex Pauori, Pallorique, ut idem Liuius scribit in lib. I. fanum uouit, existimabat amicus meus horum Deorum imagines in primo & secundo huius tabellæ denario, ab Hostilio Saferna ad progenitoris illustranda monumenta expressas esse. quem ego SASERNAM opinor eum esse, qui à Caesare Leptum praefidio relictus est, ut scribit Hirtius li. v. de bello Africo. Diana Ephe-siae, & Victoriae simulacra in altera parte secundi denarii & tertii cur ab Hostilio signata sint, quaerendum est. fortasse autem Ephe-sia Diana ad eius Praeturam refertur, in qua prouinciam Asiam obtinuerit: Victoria uero, ad Tulli regis de Albanis triumphos, quos egit Alba diruta, spectare poterit.

K II ITIAE




ITIAE gentis unus tantum denarius reperitur, atque is quidem à L. ITIO signatus, ut opinor, ad quem Horatii extat ode xxix. lib. i. inscripta ad L. ITIUM: sic enim in uetusissimis codicibus pro I C C I V M, scriptum reperi, admonuit me uir eruditissimus, idemque humanissimus Carolus Langius, qui denarij huius exemplum ad me Leodio perhumaniter misit. Horatii uer-
sus sunt hi,

*Itibatis Arabum invides
Gallos: & acrem militiam paras:
Non ante deuictis Sabaeae
Regibus, horribilique Medo
Nectis catenam. quae tibi uirginum
Sponso necato Barbara seruiet?
Puer quis ex aula capillis
Ad cyathum statuetur untis,
Doctus sagittas tendere sericas
Arcu paterno? quis neget arduis
Pronos labi posse riuos
Montibus, & Tiberim reuerti?
Cum tu coemptos undique nobiles
Libros Panaeti, Socraticam & domum
Mutare loricis Hiberis
Pollicitus meliora temnis.*


Cicero in lib. i i i. Philipp. nominat M. quendam Iccium, corrupte
(ut

(ut opinor) pro M. Itium: qui quidem error in Atiae quoque familie no-
men irrepit, in quo ab imperitis librariis, qui pro Atio Accium scripserunt,
peccatum passum fuit. Portum etiam Itium in lib. v. de bello Gallico pro Ic-
ciuum, ut erat in uulgatis, ex uetusissimo exemplari apud Caesarem iampri-
dem reposuimus.




IULIA gentem familias habuisse patricias, & plebeias, inter scriptores satis constat. Patriciae, C A E S A R E S tantum in denariis, qui circumferuntur, habemus: B U R S I O N V M enim nulla apud scriptores extat mentio, unde patricii ne, an plebeii fuerint scire possimus. Primus huius tabellae denarius ad L. I V L I U M C A E S A R E M, qui cum P. Rutilio Lupo Consul fuit anno DCLXII, referri potest. in eo autem adiectus est numerus xvi ob eam causam, quod eo anno, quo denarius huiusmodi signatus est, pressus aere alieno populus Roma-
nus fecerat, ut denarius sexdecim assibus permutaretur, quinarius octonis, se-
stertius quaternis: quod primo bello punico à Q. Fabio Maximo Dictatore
primum, mox ab aliis quoque in maxima aeris penuria factum fuisse & Plinius
scribit lib. x x x i i . cap. iii, & in denariorum inscriptionibus ipsi obseruauimus.
Secundus denarius ad L. I V L I U M huius filium potest pertinere, qui Consul fuit
cum L. Marcio Figulo anno D C L X X X I X : quemque Aedilem fuisse, ex symbo-
lo spicae, quo Aediles utebantur, intelligere possumus. est autem in eius de-
narii altera parte impressus Cupidinis currus, ad indicandam Iuliae gentis ori-
ginem, quae à Iulo Aeneae, qui Venere genitus est, filio principium habuisse
dicitur. Tertius denarius cufus est, ut opinor, à L. Iulio superioris Iulii filio,
qui in Africa Catoni Pro Quaestore fuit bello Caesariano: eius meminit Cae-
far li. i. & ii. de bello ciuili, Cicero ad Att. li. vi, Hirtius li. v. de bello Africo, & Dio-
li x l i i i . Ad eandem uero gentis originem indicandam, Venus currus Cupidinum

K iii uecta




uecta in hoc quoque denario expressa est. **S E X T U S I V L I V S C A I S A R** qui in quarto tabellae denario descriptus est, cū multi ex Caesarum familia eo prae-nomine usi sint, difficile est, quis fuerit affirmare. potest tamen is esse, qui anno D C L I I, cum L. Marcio Philippo Consul fuit: quibus Coss. Sociale bellum initum est. **C A I S A R** autem, **C O I L I V S, A I M I L I V S & alia eiusmodi** Graeco diphthongo protulerunt antiqui, Graecā scribendi rationē secuti. Quintus tabellae denarius & sextus ad **C I V L I V M C A E S A R E M** Dictatorem pertinent; cūsi ut appareat, à L. Aemilio Buca Quartumuiro eo anno, quo Caesar Dictaturam in perpetuum accepit, qui fuit Vrbis conditae D C C V I I I: quo quidem anno inter ceteros honores Caesari decretos, hic quoque tributus est, ut numimi cum eius imagine signarentur. Dio lib. x l i i i. In quinto denario ad indicandum Caesaris Auguratum litius appositus est, de quo meminit Plutarchus in Antonio, & Cicero in ep. ad P. Seruiliū Iſauricum, in qua Caesarem collegam suum appellat. in altera autem huius denarii parte, Veneris Genetricis seu Victricis simulacrum expressum est ob eam causam, quod Caesar pro aede huius deae, ut scribit Liuius in epitoma li. cxvi & Suetonius cap. lxxxviii. à Senatu Dictator perpetuus appellatus, Imperatoris praenome accepit. Quae uero in sexto denario notata sunt, Orbis quidem, imperium totius orbis terrarum Caesari delatum; Fasces, iustitiam; Manus, concordiam; Caduceus, pacem; Securis, religionem significare uidentur: quae Caesar (ut est apud Dionem in eius oratione ad senatum) populo Romano in Reip. gubernatione se praefitum pollicitus fuerat.



PRIORES huius tabellae denarii ab eodem L. AEMILIO B U C A Quartumuiro cum imagine Caesaris signati sunt, atque in eorum primi & tertii altera parte, Veneris Genetricis siue Victricis simulacrum stans, à qua per Aencam trahebat

trahebat originem Caesar, expressum est: in tertio uero, ad indicandam concordiam, manus junctae cum inscriptione **L. A E M I L I V S B U C A I I I I V I R**. suprà enim diximus Caesarem, cum antea tres tantum uiri cuendae monetæ praefuerint, eorum numerum auxisse, & ut essent pro tribus quattuor, fecisse; quod cum ex ipsis denariorū inscriptionib⁹ constat, tum ex iis Suetonii uerbis, quae in Flaminia gente ex cap. x l i. protulimus. Senatum, inquit Suetonius, suppleuit, patricios allegit: Praetorum, Aedilium, Quæstorum, minorum etiam magistratum numerum ampliavit &c. Augustus deinde, ut treuiri rursus essent, instituit. Vnde opinor Dionem scripsisse, Triumuiros monetales ab Augusto institutos esse, cum Quartumuiros, ad treuiros reductos fuisse, dicere debuisset. Quartus denarius sub C. Caesare Triumuiro R.P.C. percussus, sellam habet Caesari decretam, de qua meminit Dio lib. x l i i i, his uerbis, καὶ ἐπειδὴν καὶ τοῖς οἰκτοῖς ἑπέρεσσοι, οὐτε διὰ τὸ θεάτρα, τὸν λόγον αὐτοῦ τὸν διδόχουσσον, καὶ τὸν στόλον τοῦ θεάτρου, καὶ τὸν πολυάρχον τὸν εἰδύλλιον τοῦ θεάτρου. hoc est, Cum haec etiam Caesari placuissent, iam in theatra sellam eius aureā, coronamq. gemmis auroq. praefignem, (qui honor aliás Diis tribui solebat), inferri atque in Circum etiam introduci à multitudine iusserunt. & lib. x l v., καὶ τότε μὴ οὐ τὸν διηρεύτων Καστρος τὸν διδόχουσσον, οὐτε τὸν στόλον τοῦ διδάσκαλον οὐδὲ τὸν πολυάρχον τὸν εἰδύλλιον. hoc est, Sellam tum Caesaris auream, coronamq. tum gemmis ornata in theatris (quamuis ita fuerat cōstitutum) Antonii me-tu non intulit. Suetonius cap. l x x v i. Decerni (inquit) sibi passus est sedem auream &c. Eiusdem sellae Caesari decretæ Appianus lib. ii. facit mentionem: ad quam quidem sellam, quin respexerit is, qui denarium erit, non est aliquo modo dubitandum; adiecit enim inscriptionem **C A E S. D I C. P E R.** de corona tantum dubitari potest; propterea quod aurea dicitur & gemmis ornata fuisse ea, quae Caesari decreta fuit. quae uero sellæ in denario superimposita est, laureæ similis uidetur; ut referendam potius putem ad coronam illam, cuius ius perpetuo gestandæ Caesari concessum fuisse scribit Suetonius cap. x l v. & Dio lib. x l i i i. nec uero sum nescius, principibus uiris in funerum pompa, sellas Curules, superque eas quernas coronas ab antiquis poni solitas fuisse; cuius eam moris meminit Cornelius Tacitus lib. i i. Honores (inquit) ut quis amore in Germanicum aut ingenio ualidus, reperti, decretique: ut nomen eius familiari carmine caneretur, fedes Curules facerdotum Augustalium locis, superq. eas querceae coronæ statuerentur, ludos Circenses eburna effigies praeiret &c. Huiusmodi autem coronas Curulibus sellis superimpositas in aliis nos etiam denariis obseruauiimus. Quintus denarius ab **A L L I E N O** Praetore, qui Siciliam proconsulari potestate obtinebat, signatus est Caesare i i. Confuse cum P. Seruilio Iſaurico anno D C C V; quo quidem anno in Africam traiecit. Hirtius lib. v. Sextus aereus nummus à **C. C L O V I O** Vrbis praefecto anno D C C V I I Caesare Dictatore i i i cusus est, impressa in eo Victoriae imagine, & spoliis de Iuba rege ac Scipione, confecto bello Africo relatis; nec enim dubitandum est, quin ad res prosperè à Caesare in Africa gestas respexerit Clodius; de quibus eodem quoque anno, quo nummus huiusmodi percussus est, triumphum egisse Caesarem constat. Simulacrum Mineruac in altera numimi parte

parte cum angue, quale à Graecis Poetis fingitur, expressum est; nec ab re hostium spoliis onustum, quando Victoriam Mineruae ~~ad ipsorum~~ hoc est, adfistrice antiquos appellasse scribit in fabulis Phurnutius.




Tengo una de Plata co
mo esta de los q fueron
de mi Aquello

E x p r i m i Huius tabellae denarii inscriptione, atque ex impressa in eo
Cereris imagine spicis coronata, coniunctus Caesare Consule, & Dictatore
vtrunque tertium, anno D C C V I I , Africa deuicta, ex eaque magna frumenti
copia relata, monetam huiusmodi cufam esse: quibus accedit Dionis auctori-
tas ex lib. x L I I I . & Plutarchi, ex Caesare. Ad eandem autem de Iuba rege
victoriam ex Africa indicandam, elephantem in altera secundi denarii parte
expressum esse opinor: licet ad elephantum quoque spectaculum in harenâ à
Caesare editum referri possit; de quo meminit Plinius lib. viii. cap. vii. De Ca-
esaris Auguratu & Pontificatu Maximo, quorum insignia in primo denario no-
tata sunt, meminerunt Cicero in ep. ad P. Seruilium, Suetonius cap. x I I I , Plu-
tarillus in Caesare, Antonio, & in Apophthegmatis, & Dio lib. x x v I I . De
,, Pontificatu haec insuper addit Velleius lib. II . Ante Praetoram uitust Maximi
,, Pontificatus petitione Q. Catulus omnium confessione Senatus princeps &c.
Factus est autem Caesar Pontifex Maximus in locum Metelli Pii, superatis co-
petitoribus nobilissimis Q. Lutatio Catulo, & P. Seruilio Isaurico. In secundi
denarii altera parte praeter eadem Pontificalia instrumenta, apex quoq; signa-
tus est, ad Diale notandum Flaminium, quod Caesar (ut inquit Suetonius cap. I.)
annum agens x v I adeptus fuit. Tertius denarius Iuliae gentis originem à Ve-
nere indicat, de qua Caesar ipse gloriatur in oratione, quam habuit pro rostris
,, in funere Iuliae. Amitae (inquit) meae Iuliae maternum genus ab Regibus or-
,, tum: paternum cum Diis immortalibus coniunctum est. nam ab Anco Marcio
,, sunt Marcii Reges, quo nomine fuit mater; à Venere Iulii, cuius gentis fami-
lia

lia est nostra : Appianus lib. i. in γρ' Αἰγαίον, καὶ Πούλου ήσα Αγρίου τὸ τάν Πουλιών ἔρος &c. hoc est, ab Aenea enim & Iulo Iulia gens &c. hic igitur sine dubio respiciens is, qui denarium cusit, Veneris caput in una parte, in altera Aeneam sublato humeris Anchise manu Palladium gestantem signavit. Quartus, quintus, & sextus huius tabellae denarii referunt, ut opinor, uictorias ac trophyae de Galleis, & Germanicis, aliisque gentibus à Caesare deuictis. Atq; de trophyo quidem, quod Caesar Dictator iterum superato Pharnace erexit, meminit Dio lib. x l. i. his uerbis, καὶ σαρ δὲ ὅτι γε νίκη, καὶ περ εὐπάντην διαπρεπεῖ γεγονόθη, πολὺ, καὶ τοι επ' οὐδέποτε, ἀλλαχιερότερον, ἐτι γένεται αἴτιη μέρα, καὶ τῇ τῇ αὐτῇ ὥρᾳ καὶ διήθει πρῶτος ήσα πολεμίου, καὶ τέλευταί τοι, καὶ ἐπίκρισις. οὐ τότε λαζαρεπόντα, καὶ τοι πλεῖστη γενέθλια τοῖς σπαθίαις ιδωρισμένη ψηφίσας πεποντο, μέτερ δὲ Μιθριδάτης αὐτῷ τοῦ Τριποτίου εἰλεύσαται ἐνηγέρκει, ἀλλαγένεσ. hoc est, Ea uiatoria, quamuis non splendidissima, Caesar magnopere se iactauit, ut nulla alia magis, quod eadem die & peruenisset ad hostē, & uidisset eum, & uicisset: manubias omnes, quamuis plurimae erant, militibus donauit. cumque trophyeum eo in loco Mithridates de Triario statuisset, ipse de Pharnace suum opposuit &c. Huiusmodi trophyeum descriptis Virgilius in lib. vi. i. his uerbis,


*In genitem quercum decisus undique ramis
Constituit tumulo: fulgentiaque induit arma
Me Zenti ducis exuñas; tibi magne trophaeum
Arripotens: aptat rorantes sanguine cristas,
Telaq. truncaviri, & bis sex thoraca petitum,
Perfossimq. locis: clypeumq. ex aere sinistram
Subligat: atque ensēm collo suspendit eburnum.*

Veneris imago, ad quam Iuliae familiae origo refertur, lituus, & securis, Caesaris sacerdotiorum insignia, in tribus his denariis adiecta sunt ob ea, quae supera diximus.



PRIMVS huius tabellae denarius à L. M V S S I D I O LONGO IIII uiro monetae cuendae signatus est. in eius autem una parte Caesaris imago, in altera Dearum symbola expressa sunt, quibus Senatus in Caesaris honorem templum dedicauerat. eae uero sunt: CLEMENTIA, AEQUITAS, LIBERTAS P V B L I C A, CONCORDIA N O V A, & FELICITAS. Plutarchus in Caesare, & Dio lib. X L I I I . Felicitatis, & Concordiae symbola sunt cornucopiae & caduceus: nauis gubernaculum & pila ad orbis terrarum imperium refertur, cuius gubernatio clementiae & aequitati Caesaris commissa erat: his autem adiectus est apex, cum ad indicandum Caesaris sacerdotium (fuit enim, ut diximus, Flamen Dialis) tum ut eo notaretur religio principis, & pietas erga Deos immortales. Secundus denarius à L. M V N A T I O P L A N C O Praefecto Vrbis cusus est, cum uase Maximi Pontificatus insigni, & Victoriae imagine, quā de Iuba Rege ex Africa Caesar Dictator IIII retulerat. in tertio autem aureo numero eiusdem Pontificatus, Auguratusque instrumenta expressa sunt, de quibus abunde diximus suprà. Quartus denarius à T. L. S E M P R O N I O G R A C C O Quaestore designato cusus, pertinet ad Casilinū coloniā, quae anno DCXCIII à Caesare & Bibulo Cos. ex S. C. deducta est: cuius deductionis symbola in altera denarii parte notata sunt, signum cohortis, aquila Legionis, aratrum, & sceptrum. opinor autem denarium huiusmodi aliquot post annis, nō eo, quo colonia deducta est, in eius rei memoriam signatum à Gracco fuisse. Quintus tabellae denarius, & sextus à P. S E P V L L I O M A C R O cusi sunt; sed quintum, propter adiectum cometem, mortuo iam Caesare: sextum, in quo eius imago Pontificali habitu expressa est, uiuente adhuc Caesare, percussum fuisse opinor. eorum autem in altero quidem Venus Genetrix stans, in altero sedens cum uulgatis inscriptionibus signata est.

PRIORES



PRIORES duo huius tabellae denarii; qui à C. COSSUTIO MARIDIANO Quartum uiro, ut opinor, percussi sunt, Caesaris quidem imaginem Pontificali habitu uterque refert, inscriptionem uero non eandem: sed in eorum altero CAESAR PAREN'S PATRIA'E, in altero CAESAR DICT. PERPETVO inscriptum est. Quamuis autem Litius in epitoma lib. c. xvi scribat, PATRIS PATRIA'E titulum uiuenti Caesari tributum fuisse, Ciceronis tamen auctoritas me magis mouet, qui occiso iam à coniuratis, decretum ei hunc honorem tradit; nisi forte uiuentem Caesarem PARENTEM, quod mihi insigniter frigidum uidetur. Scriptorum loca super ea re sunt haec. Cicero ep. III. ad Cassium lib. xii. Auget, inquit, tuus amicus furorem in dies. primum in statua, quam posuit in rostris, inscripsit PARENTI OPTIME MERITO: ut nō modo sicarii, sed iam etiam parricidae iudicemini &c, ex quibus uerbis satis constat, mortuo Caesari hunc honorem ab Antonio tributum fuisse, quo grauiori poena, idest parricidii damnaret, qui cum interfecerant. Antonius in ep. ad Hirtium, quae à Cicerone profertur in lib. Philip. xiiii. Hostem, inquit, iudicatum hoc tempore Dolabellam, eo quod sicarium occiderit, & uideri cariorum populo Romano filium scurrae, quam C. Caesarem patriac parentem ingemiscendum est. Suetonius cap. lxxxv. Plebs statim à funere ad domum Brutii & Cassii cum facibus tetendit; atque aegrè repulsa, obuium sibi Helium Cinnam per errorem nominis, quasi Cornelius esset is, quem grauiter pridie concionatum de Caesare requirebat, occidit: caputque eius praefixum hastae circumtulit; postea solidam columnam propè uiginti pedum lapidis Numidici in foro statuit: scripsitque PARENTI PATRIA'E. Liuius lib. cxvi. Caesar ex Hispania quintum triumphum egit, & cum multi maximique honores ei à senatu

„ sénatu decreti essent, inter quos, ut PATER PATRIAE appellaretur, & sa-
„ crosanctus, ac Dictator in perpetuum esset &c. Dio lib. XLIIII, Liuio assentiri
„ uidetur, his uerbis, ἐπει τοῦ τούτοις οὐτοῖς, ταῦτα πάντας ἴστωμενας, καὶ τὰ νόμο-
„ ματα ἀνέδεξαν, hoc est, Praeter haec PATERM PATRIAE eum appellauerunt,
„ idque nomen denariis inscripserunt. In quarto tabellae denario, qui à L. F. L A-
„ MINIO Quartumuiro, ut ex inscriptione apparet, signatus fuit, nihil est ma-
„ gnopere notandum, nisi quod in altera eius parte Pacis signum expressum est.
„ Quintum denarium à L. LIVINEIO REGVLO L. F. cuſum esse post Caef-
„ ris mortem, duobus argumentis adducor ut credam: primū, quia lauri ra-
„ mus imaginis occipitio adiectus est, quem Augusto missum ē caelo fuſſe tradit
Plinius lib. xv. cap. vltimo, (quamuis Dio non Augusto, sed Liuiae, nec de caelo
sed ab aue in eius ſinum iniectum dicat, cuius uerba ex li. x L VIII infrā ſubii-
ciam) deinde, quia hic idē Liuineius ſub C. Caefare Triumuiro R. P. C. cuſendae
monetae praefuit, ut ex Augufti denario, in quo Liuineii ipſius nomen inſcriptū
„ eſt, colligi potest. Dionis uerba de ramo lauri ſunt haec. Τὸν τε τοῦ Λιουίου συμβὲνον, ἐκένει μὲν
„ καὶ ἡδονὴ ἐγένετο, τοῦ δὲ ἀλλού δὲ οὐτινός. λαυρὺν γαρ ὄριδα κλάνουν δέρματα ἐγκέφρον φέρουσαν εἰς τὸν κόκκον
„ αὐτῆς ἐρέβαν, καὶ (εἰδόκει γε οὐ σωματοῦ τοῦ σημείου τίταν) Ηὐτὸς ὁ ὄριδας εἰς ἐπικαλεῖται θύει, καὶ τὸν δέρμαν ἐφ-
„ τασσει. καὶ οὐ μὴ πίσθισσας ἀμένοις, οὐδὲ καὶ τοῖς Ιαναῖς οὐδὲ τοῦτο πένθανον δὴ πλεῖστον ἕαρκέσσας.
„ hoc eſt, Liuiae autem huiusmodi prodigium euuenit, quod ei uoluptatem, aliis
„ metum attulit. Aquila gallinam albam in gremium eius abiecit, quae ramum
„ lauri fructum ſecum gerentis gestabat; Liuia, quod id ostentum haud exiguum
„ duceret, gallinam adſeruauit diligenter: lauri autem ramum ſeuit, atque is ra-
„ dicibus auctis adoleuit, ita ut poſtea temporis frondes triumphantibus diu ad-
„ modum ſuppeditauerit. Ad hanc autem laurum reſpexit P. Petronius Turpi-
lianuſ, cum in aureo Augufti nummo quernam coronam inter duos lauri ra-
mos imprefſit, cum hac inſcriptione O. C. S. uel ut eſt in argenteo denario, O B
CIVIS SERVATOS. de qua quidem corona & lauro Ouidius lib. i. Meta-
morph. mentionem hiſ uerſibus facit.


*Postibus Auguftis eadem fidifima custos
Ante fores ſtabis, medianque tuebere querum.*

Dio lib. L II. δὲ οὖν Καῖſαρ πολλὰ μὲν καὶ πρότερον, ἵνα τε τῆς ἑρακλείας τῆς μοναρχίας, καὶ τὰ οὐτῆς
„ τὰς εἰδίαν διατρέχον, ἔπειτα, καὶ γράψας τὸ τέλος δέρματα πρὸ τῶν βασιλείων εἰλοῦν πολιτεῖς, καὶ τὸ τέλος σημα-
„ νον τὸν δρόμον ἐπειράνθισε, ίστοι, οὐ καὶ τοὺς τοὺς πολεμοὺς νικῶντας, καὶ τοὺς πολιτεῖς σαζεντοὺς ἐφέπει.
„ hoc eſt, Caefari cum orationem de eiumando regno, ac diuidendis prouinciis
„ habuiffet, multi erant honores delati, nempe ut ante ipſius domum in Pal-
„ ario lauri ponerentur, ac ſuper eas coronae quernae ſuſpenderentur; nimirum
„ quod perpetuus hostium uictor, ac ciuium eſſet ſeruator. Itaque in argenteis
„ quibusdam Augufti denariis corona & uestis triumphalis cum huiusmodi titu-
lo signata eſt s. p. Q. R. PARENT. CONS. S. O. hoc eſt, parenti conſeruato-
„ ri ſuo. de triumphali quidem ueste idem Dio meminit lib. L III. καὶ ἑκάτη (in-
„ quit) εἰδὼν τοῦ τρόπου τούτους ἴμερα καὶ τῷ ſequatur, καὶ τῇ εἰδήτῃ τῇ νικηῖη ἐχρῆσται. hoc eſt, dataq.
„ potestas Kal. Ian. ſingulis, coronae & uestis triumphalis geſtandae. De titulo
nero

uerò PARENTIS ſive PATRIS PATRIAE mentio eſt in fragmento quo-
dam Kalendarii, quod exrat Praenest,


NON N. CONCORDIAE
IN ARCE FERIAE BX
S. C. QVOD. BO. DIE
IMPERATOR. CAESAR
AVGVSTVS. PONTIFEX
MAXIMVS. TRIB. POTEST
XXI. COS. XIII. A. SENATV
POPVLQVE. ROMANO. PATER
PATRIAE. APPELLATVS

In altera uerò eiusdem denarii parte taurus expreſſus eſt, qui quoniam pertineat,
à multis quidem quaefitum eſt; nihil tamen à quoquam quod magnopere pro-
bandum ſit, in medium prolatum adhuc eſt. Ego autem opinor, tauri huius
imagine ſpectaculum à Caefare Dictatore anno DCCVII, ipſo & Lepido Con-
ſulibus editum ſignificari: de quo hiſ uerbiſ meminit Plinius lib. V III. cap.
XLV. Theſſalorum inuentum eſt, equo iuxta quadrupedante cornu intorta,,
ceruice tauros necare. primus id ſpectaculum dedit Romae Caesar Dicta-,,
tor &c. Eo autem anno, quo Caesar ludos fecit, L. Liuineum, cum Aedilis
Curulis eſſet, ut ex eius denariis in Liuineia familia notaſ colligitur, hiſ ludis
praefuſſe credendum eſt. Liuineum uerò Aedilis filium, ut ſpectaculum ma-
gnificentissimum celebraret, in quo nouae taurorum uenationes exhibitaſ fu-
ſent, patrisque Aedilicium honorem illuſtraret, non hunc modo denarium,
ſed alterum etiam, qui eſt inter Liuineiae familie denarios impressus, in quo
Caefaris haec uenatio, & alia paternaſ Aedilitatis monumenta expreſſa ſunt,
cuſiſſe uerifiſimile eſt.



Duo Primi huius tabellae denarii, Caesare occiso iam à coniuratis, & inter Diuos relato, cusi sunt à Quarto Verbi Constitutio Verbi Quaestore designato, nihil autem in eis est notatu magnopere dignum, praeter inscriptionem Divis Ivl i: de qua ita scribit Suetonius cap. LXXXVIII. Perit sexto & quinto, quagesimo aetatis anno, atque in Deorum numerum relatus est, non ore modo decernentium, sed & persuasione vulgi. Siquidem ludis, quos primò concessos ei heres Augustus edebat, stella crinita per septem dies continuos fulsit, sit exoriens circa undecimam horam. creditumque est animam esse Caesaris, in caelum recepti, & hac de causa simulacro eius in uertice additur stella &c. Vitulus in altera denariorum parte impressus, pertinet ad Verbi Omnis Conservator cognomen, de quo in Voconia familia dicetur. In tertio quoque denario, & quarto nihil est, quod sit magnopere notandum, praeter Caesaris Pontificatus, qui noto vasis typo significatur, & *et obsequiis*, quae inscriptione Divis Ivl is indicatur. Quintum denarij, cuius in una parte Veneris caput, in altera copiae cornu signatum est, opinor in dedicatione templi Veneris Genetricis, uel Felicitatis deae ex S. C. cusum fuisse: atque ex eo genere nummorum esse, qui in huiusmodi dedicationibus & ludis, uelut missilia quaedam spargi populo solebant. Suetonius in Nerone cap. xii. Sparsa & populo missilia omnium rerum per omnes dies singula quotidie millia; auium cuiusque generis multiplex penus, tesserae frumentariae, uestis, aurum, argentum, gemmae, margaritae & cet. De templo Veneris à Caesare dedicato ita scribit Dio lib. xliii. Ταῦτα τε αὐτὰ καὶ τὸν τόπον τοῦ θυσίας ἀρρεπόμενος, οὐ καὶ δέρχηται δοξαντικός τοῦ γένους αὐτοῦ αὐτεῖς πολλοῖς, καὶ διάφοροι διάβολοι τέττας, καὶ πολλοὺς γένεται αὐτοῖς καὶ παντούς εἰδῶντες εἴδησσεν. hoc est, Forum uero & templum Veneris Genetricis, (quam sui generis auctorem fecerat) à se condita Caesar statim tunc consecravit, multaque ibidem & uaria specta-

specacula edidit. Idem quoque Dio lib. x l i v . de Felicitatis item templo meminit, quod Caesar extruxit. L. i v l. i v s l. f. b v r s i o qui in sexto huius tabellae denario descriptus est, alicuius fortasse ex familia Bursionum uictoriaram aliquam in altera denarii parte expressit, quae ignoratur. extant autem alii eius denarii huic similes, in quibus pone caput Mercurii, signum quoddam adiectum est, quod ad indicandum Bursionum cognomen, unde datum fuerit, appositum esse facile dixeris.




Huius tabellae primus denarius, in cuius altera parte cometes signatus est, nihil habet aliud notatum dignum, praeter stellam ipsam crinitam, quae Caesar in Deorum numerum relato, per septem (ut Suetonius inquit) continuos dies fulsit. De ea sic cecinit Maro in Bucolicis,

*Ecce Dionaei processit Caesaris astrum,
Astrum, quo segetes gaudent frugibus, & quo
Duceret apricis in collibus una colorem.*

Dio lib. x l v . ἵπει μὲν Τοι ἄστροτι παρὰ πάσας τὰς ἡμέρας ἐκ τῆς ἀρκτοῦ πρὸς ἵπει παρὰ αἰρεθεῖν, καὶ αὐτὸς περιπτύσσειν καλεούντων, καὶ φρονηματίνοις εἰστε καίσθε λεγόντων, οἱ τολλοὶ τοῦτο μὲν δῆλον, τοῦτο δὲ δὴ Και-σαρὶ αὐτῷ, ὃς καὶ ἐπαναπατισθεὶς φυσικὸν εἰς τὸν τὸν ἄστρον ἀριθμὸν συγχριτελεγόμενος ἀγαπᾷ θεαν, Σαρένηας καλλιώτερον εἰς τὸν ἄστρον στοιχεῖον, ἵπει παρὰ τῆς κεφαλῆς ἔχοντα, ἕτην. hoc est, Ceterum stella quaedam quotidie inter septentrionem & occasum apparuit, eamque cometen vocantes nonnulli ea portendere dicebant, quae alias huiusmodi signū sequi cōsueissent: creditum quidem hoc à plebe est, sed tamen Caesari eam, immortalitatē nimirum iam adepto, inque siderum numerum allecto sacram esse dixerunt. ea re Caesari animo confirmato, statuā patris aeream cū stella supra caput in Veneris templo posuit. In secundo autem tabellae denario hoc ipsum Veneris templū

impressum est cū stella & Caesaris statua habitu Augurali, adiecta inscriptione D I V O I V L & ara, apud quam plebs Romana (ut Suetonius inquit) sacrificare, vota suscipere & controversias quasdam interposito per Caesarem iure iurando distrahere, longo tempore confueuit. De stella quidem, quae in templi fastigio impressa est, meminit Plinius lib. II. cap. xxv. in quo verba quadam ex Augusti epistola adducit, quae multum faciunt ad eorum intelligentiam, quae in hoc denario signata sunt. Cometes, inquit, in uno totius orbis loco colitur in templo Romae admodum faustus diu Augusto iudicatus ab ipso, qui incipiente eo apparuit ludis quos faciebat Veneri Genetrici, non multo post obitum patris Caesaris, in collegio ab eo instituto; Namque his verbis id gaudium prodidit: Iis ipsius ludorum eorum diebus fidus crinitum per septem dies in regione caeli, quae sub septentrionibus est, conspectum. id oriebatur circa undecimam horam diei, clarumq. & omnibus terris conspicuum fuit. eo sidere significari uulnus creditur. Caesaris animam inter Deorum immortalium numina receptam: quo nomine id insigne simulacro capitis eius, quod mox in foro consecrauimus, adiectum est &c. Ex huius uero denarii inscriptione I M P C A E S A R &c. intelligimus falsum esse quod scribit Dio lib. I. Augustum anno D C C X X I I I I, cum Sex. Appuleio quintum Consulatum gerentem, Imperatorem appellatum esse: constat enim ex ueteribus monumentis multo ante, hoc est secundo triumviratus quinquennio, hunc titulum accepisse. Dionis uerba sunt haec: Ταῦτα Ιεροὶ Καῖσαρ καὶ δέσμοι ἀνα τοῦ λόγου εἴρηται, ἔπειτα εἰ τοῦ ἐτείνειν, ἐν δὲ τῷ πάμπλον ὑπάρχεισ, καὶ τὴν τοῦ αὐτοκράτορος διάκλησιν ἐπίθετο. λέγεται οὖν διάκλησις τὸ δρυχεῖον διδόμενον θύσιον (ἐκείνων γοργοπλάκης μηδὲ καὶ παρθένον, πολλάκις δὲ καὶ οὐρανοῦ διάκλησις τὸν εἶραν εἴλαβεν, ὅσες καὶ εἰ εἰδότων ὅνομα αὐτοκράτορος ζεῦν) ἀλλὰ οὐν ἐτέρας Ιερὸν τὸν κράτος διασημάνουσαν, ἀσπερ τῷ παρεπεμπτῷ μηδὲν τῷ Καῖσαρι, καὶ τοῖς ἐγγόνοις εἴθεσο. hoc est. Haec sunt, & ea quae ante has orationes retuli, quae Caesar egit eo anno quo Consul quintum fuit. eodem anno etiam Imperatoris nomen accepit, non quale propter uictoriā tribui uetusto more solebat (id enim saepius & antea & postmodum ex ipsis actionibus reportauit, in statuarum etiam inscriptionibus Imp. appellatus) sed quo summa imperii demonstraret, quod patri quoque eius Iulio & eius filiis fuerat decretum. Tertius huius tabellae aureus nummus, pertinet ad id, quod de Caesare Dictatore tradunt Appianus lib. II. bell. ciu. Dio lib. XLIII. & Suetonius cap. XI. v. ei scilicet, cum Dictator quartum esset, ius laureae perpetuo gestandae concessum fuisse. Suetonii uerba sunt haec. Ex omnibus decretis sibi à Senatu, populoq. honoribus, non aliud aut recepit, aut usurpauit libentius, quam ius laureae coronae perpetuo gestandae.

IVNIAE



IVNIAE gentis cū multae à scriptoribus familiae nominentur, BRVTORVM tantum & SILANORVM, in denariis reperiuntur. BRVTORVM autem familiam duplice fuisse, patriciam unam, ex qua L. Brutus qui reges elecit, ortus sit; alteram plebeiam multiplicem, cuius princeps L. Brutus primus Tr. Pl. extiterit, scribit Dionysius lib. V. Primus tabellae denarius & secundus pertinent ad eum BRVTVM, qui patricius fuit, & electis Regibus libertatis Romanae auctor, primusq. Consul: cuius aenea statua in Capitolio inter Reges stricto ense posita erat, ut tradit Plutarchus in Bruto: Eius meminit Cicero lib. I. Philipp. his uerbis: Etenim si auctores ad liberandam patriam desiderarentur, illis auctori bus, Brutos ego impellerem, quorum uterque L. Brutus imaginem quotidie uideret, alter etiam Ahalae. Suetonius in Caesare cap. LXXX. Subscripsere, inquit, quidam L. Brutus statuae, utinam uiueres. ex hac igitur statua Brutus imaginem, quam in denariis habemus, expressam esse credendum est: quos quidem denarios à M. Brutu Caesaris interfectore, quod ab eo genus suum ducere, cū sōs esse opinor: nam L. Brutus (inquit Cicero in lib. I. Philipp.) qui & ipse regio dominatu Remp. liberauit, ad simile uirtutē, & simile factū, stirpe iam propè in quingentesimum annū propagauit. idem cū Cicerone de M. Brutus genere sentit Plutarchus in Bruto; licet Dio lib. XLIII cōmentū id fuisse Populū Romanū tradat, ut ad liberandā patriā ueteris Brutus exēplo illū incitaret. Ad secundū tabellae denariū, in quo L. Brutus Cōsul sive Praetor (sic enim à praeceundo dicebatur) & lictores cum fascibus impressi sunt, respexisse uidetur Virgilius in lib. VI. Aen.

*Consulis imperium hic primus saeuasq. secures
Accipiet Et c.*

Quē quidē denariū à Traiano Imp. optimo Principe multis post annis restitu-
L III tum


tū fuisse ex titulo IMP. CAESAR TRAIANVS AVG. DACICVS. REST. qui in alio
huic simili denario inscriptus est, intelligimus. De SERVILIO AHALA, cui-
us est altera effigies in primo denario signata, in gente Seruilia, unde Bruti ma-
ter Seruilia orta fuit, suo loco dicetur. Tertio tabellae denario, quamvis mul-
ti ex gente Iunia Marci cognomen habuerint, opinor tamen designari M. IUNI-
US SILANVS eum, qui Augusti collega in nono Consulatu fuit anno
DCCXXVIII. Quarto, C. IVNIVM C. F. SILANVM, qui Consul fuit cum
C. Furnio anno DCCXXXVI: quo quidem anno ludi Saeculares quinti ex s. c.
facti sunt. Quintum & sextum denarium pertinere arbitror ad D. IUNIVM
SILANVM fratrem fortasse M. Silani Consulis anno DCXLIV, qui L. F. in
Fastis descriptus est; quemque Siganus putat de Lusitanis anno DCLIII
triumphasse: in utroque autem denario impressus est torques, à quo Manlia
Torquatorū familia cognomen inuenit: qui certè torques, quò spectet, qua-
rendum est: spectat autem (ut arbitror) ad indicandam adoptionem, qua D.
hic SILANVS, qui denarios cusit, ex Iunia gente in Manliam Torquatorum
familiam adoptatus fuit. eius cum aliis meminerunt, tum Cicero lib. i. de Fini-
bus, his uerbis. Quid T. Torquatus is, qui Consul cum Cn. Octavio fuit (an-
no D LXXXVII) cum illam seueritatem in eo filio adhibuit, quem in adoptionē
D. Silano emancipauerat, ut eum Macedonum Legatis accusantibus, quò pe-
cunias Praetorem in prouincia cepisse arguerent, causam apud se dicere iube-
ret, req. ex utraque parte audita, pronuntiaret eum non talem fuisse uideri in
imperio, quales maiores eius fuissent: & in conspectum suum uenire uetus &c.
Fuit autem Praetor D. Silanus Torquati filius anno DCXI. Liuius lib. LIV,.
Cum Macedonum, inquit, legati conquestum uenissent de Iunio Silano Praeto-
re, quòd acceptis pecuniis prouinciam spoliasset: & senatus de querelis eorum
uellet cognoscere, T. Manlius Torquatus Silani pater, petuit, impetravitq. ut
sibi huiusmodi cognitione mandaretur, & domi causa cognita filium condemna-
uit, abdicavitque, ac ne funeri quidem eius, cum suspendio uitam finisset, in-
terfuit: sedensque domi potestatem consultantibus ex instituto fecit. His addi-
possuit illa Valerii Max. ex lib. v. cap. VII. T. autem Manlius Torquatus cum
ad senatum Macedonia de filio eius D. Silano, qui eam prouinciam obtinue-
rat, querelas per legatos detulisset &c. Ex antiquis etiam inscriptionibus quarū
exempla infrà subiecimus. Manlium aliquem per adoptionem in Iuniam fami-
liam insertum aliquando fuisse intelligere possumus.

IVNONI
IVNIAE. C. SILANI F
TORQVATAE
SACERDOTI. VESTAL
ANNIS. LXIII
CAE LESTI. PATRONA
ACTIVS. L.

I V N I A E . C . S I L A N I .
T O R Q V A T A E . V I R . V E
M A X I M A E
I V V E N I O .


„Huius autem Torquatae mentio extat apud Tacitum in lib. iii. his uerbis. Id s
oren

rorem quoque Silani Torquatam priscae sanctimoniae iirginem expetere. Salutis imago in sexto denario expressa, ad C. I V N I V M B V B V L C V M B R V T V M pertinet, qui eius Deae aedem quam Consul uouerat, Censor locauerat, Dictator dedicauit. Liuius lib. ix, & x.



PRIMI duo huius tabellae denarii ad eundem, ut opinor, D. SILANVM
terrius uero ad huius fratrem M. SILANVM L.F. spectat, quem supra diximus
Consulé fuisse anno DCXLIII cuim Q. Caecilio Metello, qui Numidicus appellatus est. In nummo etiam aereo CN. Domitii, M. hic SILANVS notatus est
in ea tabella, in qua gentis Domitiae denarii incisi sunt. Quartus denarius pertinet ad M. BRUTVM Caesaris interfectorum, qui fuit filius M. Brutii eius, qui
(ut scribit Plutarchus) Mutinae à Pompeio Magno occisus est. In huius autem
denarii una parte effigies ipsius Brutii expressa est, in altera pileus & pugiones:
Bruti quidem effigiem his uerbis descripsit Cicero ad Att. lib. xiiii. Non te,
Bruti uultulus ab ista oratione deterret &c. pugiones uero cū titulo EID.MAR.
adieicti in ea sunt, quod eo teli genere Caesar à Bruto & aliis coniuratis interfec-
tus Idibus Martiis fuit. Suetonius & alii. inde etiam Cicero Philip. lib. ii. di-
xit, Caesare statim imperfecto cruentum altè extollens M. Brutus pugionem,
Ciceronem nominatum exclamauit &c. Pileum autem libertatis symbolū fui-
se, omnibus notum esse opinor. Appianus lib. i. de hac Caesaris nece, καὶ τοιχοί,
(inquit) οὐδὲν δόπιος ἐπέπειρεν, αὐτούς δὲ καὶ θεράποντας. hoc est, pileum alias hastae fixum fere-
bat symbolum libertatis. Denarius autem à L. PLATONIO CESTIA-
NO casus, ut uidetur, fuit, cum Brutus deuictis Bessis Imperator appellatus,
reuersus in Asiam esset. de qua quidem Imp. appellatione, Plutarchus quoque
in Bruto mentionem fecit. Huius uero numismatis uel huic similis alicuius me-
minisse uidetur Dio, cum inquit lib. XLVII, βρούστα μη ταῦτα τε ἡμεῖς, καὶ ταῦτα τοῦτο ,

γαλα ἀπόπλεισθαι τούτους, καὶ πάλεον, ξηράδικα δέ εἰναι πάντας, δηλῶν ἐν τοῖς τόποις καὶ διατάξαι ταῦτα, οὐτούς
τὸν πατρίδα πελτὴν Καρπούνιδας θεραπεύειν. hoc est, hec, Haec Brutus egit, qui etiam
numismati quod cudebat suam imagine, cum pileo ac duobus pugionibus in-
cidit, eo & inscriptione declarans, patriam à se & Cassio in libertatem vindica-
tam &c. sed cum nulla Cassii mentio in eo denario facta sit, credi potest uel aliū
ad Dionis manus peruenisse denariū, ab hoc aliqua in parte dissimilem, qui non
extet; uel memoria lapsum Dionem, pro Idibus Martiis, πελτὴν Καρπούνιδας, scripsisse.
Quintus denarius, & sextus ab eodem L. PLAE TOTORI O CUSI sunt, cum eadem
B R V T I M P. inscriptione. fuit autem Brutus (ut opinor) Pontifex, uel xv uir
sacris faciundis, siue alio sacerdotio praeditus, ut ex iis, quae in huius & sequen-
tis tabellae denariis ad rem sacram faciendam instrumenta impressa sunt coniic-
cere licet.




PRIMVS huius tabellae denarius nihil habet aliud, quod ad Brutum perti-
neat, praeter IMP. inscriptionem, de qua suprà dictum est. reliqua spestant ad
C. CASSIVM LONGVM, & M. SERVILIVM CASCAM, Caesaris & ipsos
percussores; quamvis Victoria nauis prorae infistens ad Brutum etiam possit
aliquo modo referri: qui classe, quam bello ciuili parauerat, mediterraneum
mare subiecerat. Plutarchus in eius uita. ἐν τῇ Σμύρνῃ (inquit) τοτὲ τὸν χρημάτων ἀπολλα-
γειλόχες Καστος, οὗτος δὲ Φρούτος μελαθεῖ, τὸ γαρ οὐτα καλανθανειν ταυτηγούμενος τόλον τοσούτους φάντας
διενθεῖται οὐταναν. hoc est, Smyrnae tum postulauit à Cassio Brutus, ut is se-
cum pecunias, quas multas collegarat, communicaret: suas enim se consum-
psisse fabricanda ea classe, qua obtinere totum mediterraneum mare possent.
Secundus denarius à PEDANIO COSTA Bruti legato cusus, nihil habet aliud
notatu dignum, praeter eandem de subiectis Bessis, Imperatoris appellationē;
de quibus trophyum quoque (ut appareat) crexit Brutus. Ad tertii autem dena-

rii inscriptionē mirificè faciunt ea, quae in Ciceronis Philip. lib. x. de Q. Caepione
Bruto Procos. scripta leguntur: ex illo enim Senatus consulto, quod in
Ciceronis sententiam factum est, & ex hoc denario intelligimus, M. Brutum à
Q. Seruilio Caepione auunculo adoptatum, ex usitata adoptionis formula
Q. CAEPIONEM B R V T V M appellatum fuisse; quod Plutarchus quoque te-
statur in Catone Vticense. Ciceronis autem uerba sunt haec. Quae cū ita sint: „
quòd C. Panfa Consul uerba fecit de litteris, quae à Q. Caepione Bruto Pro- „
cos. allatae & in hoc ordine recitatae sunt, de ea re ita censeo. cum Q. Caepio- „
nis Bruti Procos. opera, confilio, industria, uirtute, difficillimo Reip. tempore „
prouincia Macedonia, Illuricum, & cuncta Graecia, & legiones, exercitus, equi- „
tatus in Consulum, Senatus, populiq. Romani potestate sint: id Q. Caepionē „
Brutum Procos. benē & è Rep. & pro sua majorumq. suorum dignitate cōsue- „
tudineq. Reip. benē gerenda fecisse: eamq. rem Senatui populoq. Romano „
gratam esse & fore: vtique Q. Caepio Brutus Procos. prouinciam Macedo- „
niam, Illuricum, cunctamq. Graeciam tueatur, defendat, custodiat, incolu- „
memq. conseruet; eiq. exercitui, quem ipse constituit, comparauit, praesit, &c. „
His addenda Dionis etiam illa ex lib. x LVI, quae denarii huius titulum maxi- „
mè illustrant. Ερώτος δὲ πρότερος τοιούτου πάσσαν, καὶ ήντη πειρου προσλαβάνων, „
ιπέσειανη γερούσια, τοτὲ προπάχθεια οἱ δηλάρη, καὶ ιαυλή, τοτὲ δένη, καὶ τούτη σπαθιαλήτης αὐτῆς ποιούμενος οἱ δέ, „
Ἑπταχοριαὶ οὐταναν οὐταναν Καστοπέχοντες) ιαυπέτειανης τοιούτης εἰνίασαν, καὶ πάλιν τοιούτης χωρίων ἀρχειν ἔκ- „
λασαν. οἱ οὖτις καὶ τοῦ δόγματος ήντη πειρου πρεβεβασάνων. hoc est, His rebus gestis, cum totam „
Macedoniam, Epirumq. cepisset, litteris ad senatum datis, ei quae gessisset, ex- „
posuit, seque & milites ac prouincias in eius potestate tradidit. Senatus quòd „
iam tum suspectū haberet Caesarem, summopere eum laudatum omnibus illis „
regionibus praeesse iussit. quo S. C. cōfirmato sibi imperio Brutus maiora iam „
conari coepit &c. idem Dio lib. xlii, Macedonia prouincia Bruto fuisse decretā „
scribit. & lib. x LVI, hunc ipsum Brutum, M. Caepionem Brutum appellat, quip- „
pe natum Seruilia Q. Caepionis filia. Libertatis imago in hoc denario adiecta „
est, ad indicandam imperfecto Caesare restitutam patriae libertatem, cum alio- „
rum, qui conspirauerant, tum Bruti maximè opera, qui princeps eius conspi- „
rationis fuerat. Lauri uero ramis & cithara, quae in altera eiusdem denarii par- „
te notata sunt, quòd referantur, dicendum nunc est. M. Brutus & C. Cassius, quā- „
do Caesarem interfecerunt, Praetores erant Urbani. Cicero in Philippicis. Vel- „
leius lib. II. Plutarchus in Bruto, & Dio lib. x LVI. à Praetoribus autem Urbani- „
Apollinares ludos celebrari solitos fuisse docet his uerbis Litius lib. x x v. „
S. C. factum est, ut x uiri libros de ludis Apollini, req. diuinā facienda inspic- „
rent: ea cum inspecta, relataque ad senatum essent, censuerunt patres Apollini „
ludos uouendos faciendoisque, & quando ludi facti essent, x ri millia aeris Prae- „
tori ad rem diuinam, & duas hostias maiores dandas. Ludos Praetor in Circo „
Maximo cum facturus esset, edicit, ut populus per eos ludos stipem Apollini, „
quantum commodum esset, conferret. & lib. x x vii Ludi Apollinares, inquit, „
& priore anno fuerant, & eo anno ut fierent, referente Calpurnio Praeto- „
re, Senatus decreuit ut in perpetuum uouerentur. & lib. x x vii, Decretum ut „
C. Hostilius Praetor ludos Apollini sicut his annis voti, factique erant, uoue- „
ret,

„ ret, faceretq. & paulo pōst, Ludi Apollinares Q. Fulvio, Ap. Claudio Cos. à P. Cornelio Sulla Praetore Vrbis primū facti erant, unde omnes deinceps Praetores Vrbani fecerunt. & lib. x x x i x, Senatus à Consule est habitus, decre- tumque satis Praetorum esse, P. Cornelius utranque in Vrbe iurisdictionem haberet, Apolliniq. ludos faceret &c. De ludis Apollinaribus à M. Agrippa Praetore factis uidendus Dio lib. x l v i i i. M. autem Brutus & C. Cassius Praetores, quo sumptu quāue magnificentia, per alias cū ipsi abessent, ludos Apollinares fieri curarint, scribit Plutarchus in Bruto his verbis. οὐδὲ καὶ δῆμος ἀχθεῖς
 „ μηνὸς Αἰγαίῳ χρήσθειν μοναρχίαν καθιστάμενος, Βροῦτον επέβαλεν, καὶ αριστερούντος τὰς θεατὰς παρόντας αὐτὸς, αὐτὸς
 „ λεγράπτουν παρασχεῖν. μάθημα δὲ πολλοὺς ἔγινεν Καίσαρος ἐστρατηγούντων, καὶ γῆραν παρ' εὐείναι λαβόντον,
 „ δημοψιλούντας αὐτῷ, καὶ κατ' ἵλιον παρεργούντας εἰς τὴν πόλιν, οὐκέ θέρμοντεν εἰδόντες, αὐτὸς δῆμος ὁδεστός, μὴ παρέ-
 „ ιστένειν τὰς θεατὰς αἴρειν πάνταν χρηγούμενος, καὶ φεύγοντας, οὐκέ λαζαρεῖν μηδὲ
 „ αποδέσσειν, μηδὲ ἅπολιτεῖν, αἷλα πάσον καλαζόντες. καὶ τὸν τοῦ Σινώπου Τεγγυτῶν αὐτὸς εἰς οἰκαπόλιν καλαβεῖ,
 „ ἐνέτυχε πλεῖστος αὐτὸς Καρνούτης τιὼν δημοψιλούντος εἰς τοὺς θεάμψοις ἐγράφε τρόπος τούς οἱ λόγους, ἕπειτα πεισαρτεῖς αὐτὸς
 „ σιωπαγόντων. ἐλλήνας οὐδένα βιασθῆναι προσοῦντος. ἐγράφε καὶ Κικέρων πάντας παρατυχεῖν τὰς θεατὰς δεόμενος.
 „ hoc est, Iam & populus Antonium propè regnum instituentem molestè ferens
 „ Brutum desiderabat: videbaturq. ipse praefens ludos, quos ob Praeturam de-
 „ bebat, editurus. Sed cum sentiret multos eorum, qui sub Caesare stipendia fe-
 „ cerant, ab eoque erant agris & urbibus donati, infidias sibi struere, & sensim Ro-
 „ manam intrare, venire eō non est ausus. spectauit autem populus eos magnifi-
 „ centissimè absente ipso apparatus. Nam & bestias cum coemisset plurimas,
 „ nullam earum relinquī, aut uendi, sed abuti omnibus ad spectacula iussit. & ip-
 „ se Neapolim profectus cum plerisque histrionibus locutus est: & de Canutio
 „ quodam, qui theatrali arte nobilis erat, ad amicos scripsit, vt persuaderent ip-
 „ si, vt operam ludis suis nauaret. Non enim conueniebat quemquam Grac-
 „ ciūm cogere. Ciceronem quoque per litteras orauit, vt omnino spectaculis istis
 „ interesset &c. Itaque Cicero in lib. x. Philip. de his ludis ita scripsit. Qui ne
 „ Apollinares quidē ludos pro sua populiq. Romani dignitate apparatus praef-
 „ sens fecit, ne quam viam patefaceret sceleratissimorum hominum audacie. &
 „ quanquam qui vñquam aut ludi, aut dies laetiores fuerunt, quàm tum? &c. &
 „ in lib. i. Quid? Apollinaribus ludis plausus uel testimonia potius, & iudicia po-
 „ puli Romani parum magna vobis videbantur? ò beatos illos, qui cum adesse
 „ ipsis propter vim armorum non licebat, aderant tamen, & in medullis popu-
 „ li Romani ac visceribus haerebant. nisi forte Accio tum plaudi & sexagesimo
 „ tum anno palmam dari, non Bruto putabatis, qui ludis suis ita caruit, ut in illo
 „ apparatissimo spectaculo studium populus Romanus tribuerit absenti, ut desi-
 „ derium liberatoris sui perpetuo plausu & clamore lenierit. & in lib. ii. cur ludi
 „ Apollinares incredibili M. Bruti honore celebrati? Ad hos igitur Apollinares
 „ ludos indicando, quos in Praetura Brutus praefens uouerat, absens fecerat, in
 „ tertio tabellae denario laurus & cithara, quae Apollini tributa sunt; in quinto
 „ & sexto, tripos eidem Dēo facer, signatus est: instrumenta quoque quibus ad
 „ rem diuinam faciendam utebantur, simpulum: seu capedo, securis & cultor
 „ adiecta in eo sunt, uel quōd Praetores Vrbani peractis ludis, Apollini duas ho-
 „ sties maiores, ut supra ex Liuio docuimus, magare soliti erant, uel quōd Bru-
 „ tus


his aliquo sacerdotio praeditus fuerit, ad quod notandum albogalerus etiam
 „ in sexto denario impressus est. De G. FLAVIO Bruti legato ProQuaestore
 „ dictum est in gente Flavia. De L. autem S E S T I O item ProQuaestore, di-
 „ cetur in Sestia. eos autem fortasse designat Cicero in lib. i. Philip. cum inquit,
 „ cur prouinciae Bruto & Cassio datae? cur Quaestores additi? cur legatorum
 „ numerus auctus.



Hvivs tabellae primi quatuor denarii pertinent ad D. IVNIUM BRV-
 „ TUM Caesaris & ipsum percussorem, M. Bruti propinquum, qui ab A. Postu-
 „ mio Albino adoptatus, A. POSTVMIVS BRVTIF. ALBINVS dictus est.
 „ de hoc ita Plutarchus scribit in Caesare. Πολὺ δὲ τερπεῖ Βροῦτος, ἐπίκλητος Αλβίνος, ζῆλος δὲ
 „ εὐτραπεύτης, εὐτὸν δεσμάτων, εἰρήνης δὲ πρόσθιος, καὶ παρὰ Καίσαρα
 „ πειρόμενος, οὐδὲν αρνάσθαι. hoc est, Visum deinde Brutum etiam adiungere, uirum
 „ neque strenuum sanè neque audacem, sed gladiorum manu, quos ad exhibendo Romanis ludos alebat, munitum, & cui fidem Caesar haberet. Eun-
 „ dem in Antonio & in Caesare appellat δέκιμον Βροῦτος ἐπίκλητος Αλβίνος. Εντούτῳ (in-
 „ quit) Νικητος Βροῦτος ἐπίκλητος Αλβίνος, πιστόλιος μηδὲν Καίσαρος, οὐτε καὶ διπλεῖς οὐτε καρυνθίοις γε
 „ γράφει. Ιοῦς δὲ Βροῦτος ίοὺς επεργούσας Καίσαρος μετέχων τῆς ουναυματος. hoc est, Interim D. Albi-
 „ nus cognomento aduenit, cui Caesar tantum tribuebat, ut cum in testamento
 „ suo secundum heredem scriperit: is M. Bruti, & Cassii coniurationis socius &c.,
 „ Dio lib. x l i i i i. Τὸ δὲ Τρεβονίου, οὐ Βροῦτος ίοὺς δέκιμον, δὲ καὶ Λουτρός, Αλβίνος ἐπίκλητος εἰς Σύρα-
 „ μη παραγόντι. hoc est, Neque uero praetereundus est Trebonius & D. Brutus,
 „ quem Iunium & Albinum appellabant. Appianus lib. ii. τὸν δὲ αὐτὸν Καίσαρα φιλάττων
 „ δέκιμον Βροῦτος Αλβίνος &c. & lib. iii. δέκιμον Βροῦτος Αλβίνος, eundem nominat. ALBINVS
 „ autem pro ALBINVS, antiqua scribendi ratio fuit, qua LICINIVS, & NASIDIVS in denariis notatum reperitur: idem
 „ obser-

obseruauimus in M littera in fine nominis posita, ut PRIBI VER CAPT V pro
CAPTV, in denario Hupsaci. A. autem hic POSTVMVS BRVTI F. cum
esset Cos. designatus in annum DCCXI, damnatus lege Pedie non iniit, sed
Mutinæ à M. Antonio obfessus, ab eodem postea superatus est. Velleius lib. II.
Quo anno id patrauere facinus, Brutus & C. Casius Praetores erant, D. Bruti
Cos. designatus. paulo pòst. Plancus deinde dubia (idest sua fide) diu qua-
rum esset partium secum luctatus, ac sibi difficile consentiens, & nunc adiutor
D. Bruti designati Consulis collegae sui, Senatuique se litteris uenditans, mox
eiusdem proditor. Asinius autem Pollio firmus proposito, & Julianis partibus
fidus, Pompeianis aduersus; uterque exercitus tradidere Antonio. D. Brutus
desertus primò à Plancio, postea etiam insidiis eiusdem petitus, paulatim relin-
quente eum exercitu, fugiens, in hospitis cuiusdam nobilis uiri nomine Came-
li domo ab iis, quos miserat Antonius, iugulatus est. Spicca corona in altera
primi denarii parte adiecta fortasse fuit, quòd ea D. Brutus donatus sit, ob fru-
mentum in annonae caritate populo Romano suppeditatum, Aedilitatis suae
tempore. Caduceus, & manus iunctæ (Concordiae symbolum) ad indicandam,
ut arbitror, Caesaris percußorum conſpirationem in secundo & tertio denario
signatae sunt. Quintus denarius ad M. Brutum coniurationis principem per-
tinet, in cuius altera parte pila, caduceus, & nauis gubernaculū, orbis terrarū pa-
cē (ut opinor) significat; ac fortasse *duumelias* Ciceronianæ tēpore denarius hic
census fuit, qñ suadēte Cicerone, coniurati cū Lepido & Antonio rerū praeteri-
tarū obliuione inducta, pacē fecerūt; qua rursus ciuilibus turbata dissensioni-
bus, terrarū orbis dñia Romana Resp. nullo clauum tenēte, fluctuare cooperat.
Sextus denarius à M. IVNIO SILANO Antonii Quaefitore percuſſus est: quē quidē
SILANVM Augurē fuisse, & prouinciā Procoſulari potestate administrasse, ex
ipſā denarii inscriptione intelligimus. Antonii uero partes bello ciuili Muti-
nensi securi esse, ex Dionis uerbis, quae leguntur in li. XLVI. colligere possumus.
Ἴων Κασσερ, ὃ τέ ἕπτος ἐπιθητὸς ἦν Ιουλίος, καὶ πόρος τὸ ἔργον τοῦ Αὐτοκράτορος προσκλαυούντος αὐτὸν οὐχ
πας· εἰκόνα δὲ θεοῦ μὴ καλλικράτος, καὶ πονηρά. Ἐπειτα ἐπειδὴ δύναμις τοῦ πατρὸς τοῦ Λεπίδου πεμφθεῖσα ἡλεγεν-
ἀνεδέσποντον. αὐτὸς δὲ τοῦ γέροντος οὐκ διερρίπτει τὸ σπέλαιον πεντέφετον. Τὸν τοῦ Αὐτοκράτορος συγγενῆ ἡ-
ταντα πατέρα, ψυχῆς βασιλέαν αὐτὸν εἰς ξανθόν. καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἡμάχορον τὸν εὐαίσθιον προστέλλεται πατέρα
κενταύρῳ, οὐδὲν οὐρανὸς Μάρκῳ Σιλαῖῳ τοῦ σπλαγχνοῦ εἰσετέλεο. ἵνα δέ τις εἰκρίψεται, που τὸν γεράμαν αὐτὸν εἴδεις, πρό-
τον Αὐτοκράτορα λαβεῖς αριθμόν. hoc est: His successibus accessit animus' Caefari Hir-
tioque, ita ut ad castra Antonii progressi, eum ad pugnam prouocarent: An-
tonius aliquandiu metu percussus quieuit, sed copiis à Lepido sibi auxilio missis
anctus; animum recollegit: nam is quidem Lepidus Antonium necessarium
suum amabat; à Senatu autem contra eum euocatus erat; itaque ut receptum
ad utranque partem sibi pararet, M. Silano Tribuno militum exercitum suum
ducendum dederat, ita ut expreſſe ei non mandaret, utri parti eum adiungeret,
neque manifestum fecerat, utri auxiliū id mitteret: sed Silanus sententiā Lepidi
satis exploratam habens, ad Antonium sua sponte ſeſe adiunxerat. paulo pòst.
αὐτοῦ τὸν δὲ Σιλαῖον δέ πιστὸς δὲ τοῦ Αὐτοκράτορος εὑμένης, καὶ αὐτῷ εἰπέντε εἰς δότην οὐκ εὐθύνεις. λό-
γος εἰφίετο, ἀλλὰ καὶ τῇ γερουσίᾳ προσκατηγορῶν αὐτὸν ἐπέστειλεν, διότι εἰπανούσει τούτου, καὶ τὴν πρεσβοτεί-
αν τοῦ πρὸς αὐτὸν πολέμου λαβεῖν. hoc est, Certè Silanum Lepidus ὅτι initam cū Antonio
societatem


societatem culpauit, neque eum ad ſeuenientem continuò ad colloquium ad-
misit: quinimmo apud Senatum quoque per litteras eum accusauit, ita ut lau-
datus ob hæc, bellumque ei contra Silanum iniunctum fit &c. M. SILANI hu-
ius meminit Plutarchus in Antonio, cui amicissimum fuifle dicit, sed Cleopa-
træ adulatorum scurrilia ſcommata non ferentem, postea reliquife.



LABIENAE gentis plebeiae scriptores multi meminerunt. ex ea fuit T. La-
bienus Tribunus Pl. qui C. Rabirium, à Caſare subornatus, perduellionis ac-
cusauit, quòd eius patruus Q. Labienus cum Saturnino occisus fuerat. Cicero
pro Rabirio. Orosius lib. v. cap. xvi. & Dio lib. xxvii. Hic primùm
Caesaris partes ſecutus, Legatus etiam ipſius in Gallia fuit. Caesar lib. I. II. &
III. de bello Gallico, Pompeianus deinde factus, Cingulum oppidum exadi-
ficauit. Idem lib. I. de bello ciuili, poſtemò contra Caſarem dimicans, uin-
citur. Hirtius lib. V. de bello Africo. Huius filius fuit Q. LABIENVS, qui hu-
ius tabellae denarium eufit, cuius quidem praenomen, niſi antiquus hic num-
mus extaret, penitus ignoraretur: eius autem ignoratio errandi quibusdā cau-
ſam dedit, qui T. patrem cum Q. filio confundentes, eundem existimarent es-
ſe Labienum, qui Caesaris partium primò, deinde Pompeianarum fuit, cum
eo, qui Parthorum Dux extitit, quique Parthicus cognominatus est. de quo
quidem cognomine, quia ab uifitata illa Romana formula nimium abhorrente
uidebatur, ita scripsit Dio lib. XLI. καὶ οἱ Πάρθοι φέρουσι κροκόδινος, τότε δὴ καὶ μεταλλεύσεις πο-
μάνοις ἐπιθέντο. Οὐγον δὲ αὐτοὺς Λαβιένος καὶ Πάλκορος. οὗτος μὲν οὐδὲν πάρδη τοῦ βασιλέας, ἐκεῖνος δὲ τοῦ Λαβιένος τοῦ Τί-
τη πατέρος, ἄν. οὐλέει δὲ δέ τοῦ Πάλκορος, καὶ ταῦτα σὺν τῷ Πάλκορῷ ἐπεισέπειν εἰς νύχαρον μὲν πόλει Κασσία καὶ τῷ Βρού-
τῳ συμμαχῶν, πεμφθεῖς δὲ πόρος τὸν ἴραδην πρὸ τῆς μάχης ἐπέκειται βοηθείαν λάβει, συχνὸν ἐπ' αὐτοῦ γεγόνει διπλοῦ-
βη πειραράμενος, καλοκοινώτος μὲν συνθέσαι οἵ, δεδιότος δὲ ἀπαρηγέαδης, καὶ μετά τούτο οἷς πέπηλες οὔτης ἐφέ-
κειται παρατολούσι τὸν διπλοπλευρούν τοντούν φειδαδός, καλέμενος παρατολούσι βαρβάροις, τὸν μὲν αὐτῶν

ποτε πρό τοῦ οὐκοὶ δὲ λέπρα φορούμενος. paulo pōst. καὶ μὲν ἐγκατέστη τὸν τούτον εἰς αὐλὴν, καὶ δὲ τοῦτο ἔσθλον
τοῦτον καρκαρόποτον εἰλὸν καὶ Παρθίκον εἰς ἐναντίον τοῖς Βαρβαροῖς εἶναι ἀρχαῖον. οὐς γὰρ καὶ αὐτῶν ἐπιτίχειν, ἀπὸ λόγων
εἰπεν, ταῦτα δὲ καὶ ἐκεῖνας, οἷς οὐ ποτε λαγηκόν, εἰκάστη. hoc est, Et Parthi cū iā ante se cōmouissent, tū
magis adhuc cōtra Romanos insurrexerūt, ducibus Labieno & Pacoro: quorū
hic Orodī regis Parthorū filius erat, ille T. Labieni: qui qua ratione ad Par-
thos uenerit, ac cū Pacoro rē istam gesserit, iā explicabo. Cassii & Bruti cōmili-
to fuerat Labienus hic, de quo nobis sermo est: missusq. ad petendum auxilium
ad Orodem ante pugnā Philippensem, aliquandiu apud eū cōmoratus est: cum
nulla sui haberetur ratio, quōd & adiuuare eos regi in animo nō erat, & nega-
re auxilium uerebatur. pōst clade annunciata Labienus, cum aduersariorum
nemini ueniam daturos uitatores putaret, potius sibi cum barbaris uiuēdum ra-
tus, quām in patria pereundum, apud Parthos remansit &c. paulo pōst: Proinde
pecunia confecta, ac spoliatis fanis, Parthicū se se Imperatorem nominauit,
ratione à more Romano diuersissima: quos enim aduersum Romanos duce-
bat, ab iis nomen sumebat, quasi uero eos, ac non ciues suos uicisset. Appianus
autem in Parthico à regis Praefectis Q. Labienum hunc Parthicū appellatū
fuisse scribit, εὐφράτην δέ, inquit, παρθικῆς στρατοῦ τὴν μεσοπόλιαν, Λαβίνην οἱ βασιλεὺς σρα-
ποι, ηγετούσαντες αὐτοκράτορα Συρίας ἐπιβατεύειν ἔμελον. Eudem in lib. v. bellorum
ciuilium Labieni filium dicit, ἀναστέλλειν παρθικῶν ή τοῦ Λαβίνην ή τοῦ Λαβίνην μετὰ παρθικῶν.
Sed quae ex libro de rebus Parthicis adduximus uerba, ad denarii inscriptio-
nen maximē faciunt.

LICINIA



LICINIAE gentis plebeiae, MVRINAE tantum, CRASSI, NERVAE, & STOLONES in numis, quos ipsi uidimus, reperiuntur. primus tabellae aereus numerus cusus est, ut opinor, à L. MVRINA eo, qui Consul fuit cum D. Junio Silano anno. DCXCI, pro quo Ciceronis extat oratio. eius cognomen cum à pisce nobilissimo,

simo, quem Gracci ~~populares~~ appellant, deductum esse Varro dicat; miror cur non Myraena potius seruata Graecae iocis orthographia scriptū ab antiquis fuerit: cum SCENA pro SCENA, quae Graecis est ~~οντην~~, contra Graecam scribendi rationem notatum in ueteribus cū libris, tum lapidibus reperiatur. Varronis uerba sunt ex lib. III. cap. III. de re rustica. Sic nostra aetas inquam, luxuriosa propagauit leporaria, ac piscinas protulit ad mare, & in eas pelagios, ges piscium reuocauit. nō propter hos appellati Sergius Orata, & Licinius Murrena? quis enim propter nobilitatem ignorat piscinas Philippi, Hortensii, & Lucullorum? Secundus tabellae denarius potest ad eundē L. LICINIVM pertinere, qui cum Cn. Domitio & C. Malleolo, ut ex inscriptione intelligitur, cū denda monetae Triumuir fuit. Tertius sine dubio spectat ad P. LICINIVM CRASSVM M. F. quē Caesar in bello cōtra Gallos praefecit equitatui. Caesar de bello Gallico li. I. P. Crassum (inquit) cū cohortibus legionariis XII. & magno numero, equitatus in Aquitanī proficisci iubet, ne ex his nationibus auxilia in Galliam mittantur, ac tantae nationes coniungantur &c. P. hic CRASSVS Praetor fuit anno DCXCVI. P. Lentulo Q. Metello Cos. Cicero post reditū in senatu. & anno DCC, Cn. Domitio Caluino M. Valerio Cos. contra Parthos dimicans, Marco patre fuso fugatoq., exercituq. deleto, imperfectus est: & in eius locū Cicero Augur factus est, ut scribit Plutarchus. Quartus denarius, cū NERVA Liciniae familiae cognomen sit, & Siliae, incertū mihi, ad P. ne SILIVM NERVAM referendus sit, qui anno DCCXXXIII, cum M. Appuleio consulatū gessit; an ad P. LICINIVM NERVAM, de quo nulla extat mentio apud scriptores. Illud certè constat, quicunque is fuerit, qui monetā huiusmodi cusit; legem ipsum, uel ex eius familia aliquē, de suffragiis tulisse, cuiusmodi fuit illa, quā tulit C. Marius Tr. Pl. anno DCXXXIII, ut pontes per quos suffragia in comitiis ferebantur, angustiores fierent, cuius meminit Cicero li. III. deleg. & Plutarchus in Mario. In huius autem denarii altera parte expressa sunt SEPTA siue cancelli comitiorum, quibus populus suffragium latus includebatur: PONTES, quos C. Marius lege sua angustiores fecit, ne quis illic praeter eum, qui suffragium ferret, confistere posset ad appellandū rogandumque: CISTRA praeterea, in quā suffragia coniiciebantur, & DIRIBITOR, qui tabellas populo ministrabat. De cancellis siue septis, quae Lukanus appellauit ouilia illo uersu,

--- et miserae maculauit ouilia Romae,


meminit Dionysius li. x. & Plutarchus in uita Marii, in qua scribit Mariū in petitione Praeturae ambitus suspicionē dedisse, quòd sui cuiusdā amici seruus intracácellos uisus fuisset, dū populus suffragiū dicebat: in eis enim praeter suffragatores, & ministros Comitiorū, nō licebat cuiquam consistere: de his locutus est Seruius cū inquit, Septa in cāpo Martio inclusa tabulatis, in quibus stās populus suffragium ferret. Pontes autem in septis multos fuisse, ex Ciceronis uerbis, quae leguntur in lib. i. ad Att. intelligi potest. Operae Clodianae pontes occuparant, tabellae ministrabantur. & ad Herenn. lib. i. Caepio ut illum contra S. C. intercedentibus collegis aduersus Remp. uidit ferre, cum bonis uiris im- petum facit, pontes disturbat, cistas deiicit. Sed unde suffragatores uenirent,

M iù & quò

& quò per illos pontes abscederet, docet Nicolaus Giucchius in suo de Comitiis Romanorum libro; in quo ex supra adducto Ciceronis loco existimat, subitario opere ponticulos illos ad eum usum fieri solitos; aut sanè non admodū firmo, & stabili factos fuisse, quos Caepio non confregisse, sed disturbasse dicitur. De cistis, quas qui deferebat colligēdis per Tribus suffragiis Rogator dicitur, cepatur, meminit Cicero ad Herenn. lib. I. Saturninus (inquit) ferre coepit, collegae eius intercedere: ille nihilominus cistellam detulit &c. Cistarum huiusmodi in comitiis custodes nongentos selectos fuisse scribit Plinius li. xxxiii. cap. II. De Diribitoribus, qui tabellas populo per centurias ministrabant, qui sunt à diribendis, hoc est, distribuendis tabellis appellati, facit mentionem Cicero in oratione post reditum in senatu. Quando, inquit, illa dignitate rogatores, diribidores, custodesque uidistis? in oratione autem in Pitonem distributores eosdem vocavit his verbis. Hoc certe video, quod indicant tabulae publicae, uos rogatores, uos distributores, uos custodes fuisse. Quintus huius tabellae denarius & sextus potest ad A. LICINIVM NERVAM cum pertinere, qui anno D LXXXI. in Cretam primò, deinde triennio post in Macedoniā ad exercitus uisendos Legatus missus est. Liuīus lib. XLI. & XLII. Alii ad A. LICINIVM NERVAM SILIANVM referunt, qui Cos. fuit cum Q. Caecilio Metello Cretico Silano anno DCCCLIX: qui cum P. Silius filius esset, ab A. Licinio Nerua adoptatus, A. Licinius Nerua Silianus dictus est. de eo meminit Velleius lib. II. his verbis. Et A. Licinius Nerua Silianus P. Silius filius, quem virum ne qui intellexit quidem, abunde miratus est, ne nihil optimo ciui, simplicissimo duci perisset, praereptus immature, & fructu amplissimae principis amicitiae, & consummatione euectae in altissimum paternumq; fastigium imaginis defectus est. Apollinis caput, & desultoriis eques in altera quinti festertii nummi parte notatus, Apollinares ludos ab aliquo ex Licinia gente, cum Praetor esset, in Circo factos, sine dubio designant, in altera etiam sexti denarii parte insigne aliquod eiusdem gentis factum expressum est, quod mihi diuinare non licet. De Fidei verò simulacro quod albo panno velatum, aliter atque in hoc denario, effingeretur, vel ex illo Horatii versu constat in li. I. ode XXXV.

Et albo rara Fides colit uelata panno,

A. LICIN-



A. LICINIVS NERVA SILIANVS, qui triumuir sub Augusto primum huius tabellae numimum aereum cusit, is est, quem supra diximus à P. Silio adoptatum, Consulem fuisse anno DCCCLIX. P. autem LICINIVM STOLONEM, qui in secundo denario; tertio item & quinto descriptus est, ex ipsis nummorum titulis Augusti temporibus uixisse, & sub eodem cuendae monetae Triumvirum fuisse intelligimus. Possumus etiam ex iis, quae in altera parte tertii & quinti denarii impressa sunt, coniicere, unum ex duodecim Salii eum fuisse, uel maiorum suorum aliquem; propterea quod Saliorum sunt ancylia, de quibus dixit Lucanus lib. I.

--- *Et Salius laeto portans ancylia collo.*

Nisi ad Augustum, & eius ludos Saeculares ancylia huiusmodi referre malimus, quia patricii essent Salii, Stolo uero plebeius. Cicero pro domo sua, & Lucanus lib. IX.


--- *sic illa profecto
Sacrifico cecidere Numae, quae lecta iuuentus
Patricia ceruice mouet. &c.*

Quod autem Salii apicem ferre soliti essent, satis constat ex his Sex. Pompeii uerbis. Salias, inquit, Virgines Cincius ait esse conductitas, quae ad Salios adhibeantur cum apicibus paludatae, quas Aelius Stilo scripsit sacrificium facere in Regia cum Pontifice paludatas cum apicibus in modum Saliorum. Sex. idem Pompeius de ancylibus ita scribit. Numa Pompilio regnante è caelo cecidisse fertur ancyyle, idest scutum breue; quod ideo sic est appellatum, quia ex utroque latere erat recisum. Ut suminum infimum eius latius medio patet: vnaque edita vox, omnium potentissimi fore ciuitatem, quandiu in


M III ea

ea mansisset. Itaque facta sunt eiusdem generis plura, quibus id miscreetur, ne internosci caeleste posset. probatum opus est maxime Mamurii Veterii, qui praemii loco petiit, ut suum nomen inter carmina Salii canerent &c. Cum festi uerbis de ancylium forma conuenit Plutarchi locus in Numa. *αγλάδες τὰς πέταλας,*
inquit, ἀγκύλαια καλοῦσι διὰ τόχημα, κίνητος γηρ' οὐκ εἶναι, οὐδὲ ὑποδίωσιν ὁ πέλινος περιφέρειαν, ἀλλ' ἐπει-
μὴν τοῖς γραμμῖς ἐλιποῦσιν, οὐδὲ κεραῖα καμπᾶς ἔχουσα, καὶ συνεπιστρέψουσα τῷ πυκνότερῳ πρὸς ἀλλήλας, ἀγκύλαιο-
τὸ δέκατα ποιοῦσιν. οὐδὲ τοῦ ἀγκύλαια, φεύγει ὁ Λόβας ἔρηκε γλυπτόμνος ἐξεληνίσσει. δύναται
τὸ δέ αὖτοῦ διέκασθεν φορᾶς πρώτον ἵππουμον γεγονέναι: καὶ τοῦτος τῶν αὐχμῶν λόγος.
εἴτε τῆς ταῦτης δεινῶν ἀριστείας. hoc est, Eas peltas ancylia ex figura vocant. neque
enim circulus est. neque peltae orbem, sed habent incisuram lineae tortuosa,
cuius reflexi saepius apices, recurrentesque in se mutuo ἀγκύλαι, id est, curuam fi-
guram reddunt. aut à cubito, quem ἀγκύλαι Graeci vocant, quo gestant ancylia.
Haec Iuba, affectans à Graecis hoc nomen deriuatum, praedicat. Poteſt etiam
ἀπτῆς διέκασθεν φορᾶς, quod superne demiflum fuisse nomen esse inditum; uel ab
aegrorum medela, quam ἀκρον. Graeci, uel ab siccitatis liberatione, quos αὐχμῶν
nominant; uel à malorum depulsione quae ἀριστεία dicitur &c. In numismate
aereo Antonini Pii Imp. ancylia duo, cuiusmodi in his denariis, impressa sunt,
quibus adiectus est titulus, ANCILIA: ut nihil dubii relinquatur, quin à Latina
uoce id nomen deductum sit, non autē à Graeca, ut Iuba uolebat. Licinia Stolonū
familia cognomen unde duxerit, docet Varro lib. i. de re rustica cap. i. his uer-
bis. Nam Stolonis illa lex, quae uerat plus quingenta iugera habere ciuem
Romanum, & qui propter diligentiam culturae Stolonus confirmauit cogno-
men, quod nullus in eius fundo reperiri poterat stolo, quod effodiebat circum
arbores è radicibus, quae nascerentur è solo, quos stolones appellabant, eius-
dem gentis C. Licinus Tr. Pl. cum esset post Reges exactos annis CCCLXV, pri-
mus populum ad leges accipiendas in septem iugera forensia è comitiis eduxit.
Equeſtris statua, quae in tertio denario signata est, ad Augusti uictoriā aliquā,
ob quam ei statua huiusmodi decreta fuerit, sine dubio pertinet. Quartus ta-
bellae denarius spectare uidetur ad C. L I C I N I U M M A C R U M, qui fuit Lici-
nii Calui poetae pater. Eum Plutarchus in Cicerone scribit, cum de pecuniis
repetundis apud Ciceronem accusatus esset, & iudices adhuc sententias ferrent,
fretum sua potentia & studio amicorum, domum abiisse, & caput statim toton-
disse, sumptaque ueste pura tanquam uictorem in Forum reuertisse, sed cum
Crassus in uestibulo occurrens, eum omnibus sententiis damnatum esse dixis-
et, reuersum accubuisse, atque ita deceſſisse. Plutarchi uerba sunt haec:
Λέγεται δέ καὶ Διονύσιος Μάνηρ, ἀντὶ τοῦ ιχθύος ἐντῇ πόλει μέγα, καὶ πρεστός ζεύδηρος βούθηρας κριόδηρος
χρονίσεις ὑπὲρ αὐλοῦ, ἡ δυνατεῖς καὶ σπουδῆς πεποιθεῖς, εἴτε τὸν φύλακα τοῦ κριτῶν διαφερόνταν, ἀπαλλαγεῖς σίκαδε, καὶ
ραστὸν τὴν κεφαλὴν κατὰ τάχος, καὶ καταρρέονταν ὃς νεκυκκῶς λαβόν, εἴθις εἰς ἀγορὰν φροντίζειν. τοῦ δὲ Κρέσ-
σοῦ αὐτοῦ τὴν αὐλεῖον ἀπαντήσαντος ἀντόπει καὶ ὄφεσσαντος ὅτι πέσσας ἐάλωσε τοῖς φύλασσι, ἀναστῆσε καὶ κατακλιθεῖ,
ἐπαθεῖσαν. Valerius autem Maximus rem hanc lib. ix. cap. xi. paulò aliter nar-
rat: in quo hunc ipsum C. Licinium Macrum uirum Praetorium, Calui etiam
patrem appellat. Cicero in ep. ii. lib. i. ad Att. quam Praetor scripsit anno
DCLXXXVIII. Nos, inquit, incredibili ac singulari populi uoluntate de C. Macro-
transfigimus: cui cum aequi fuissimus, tamen multò maiorem fructum ex po-
puli

puli existimatione illo damnato cepimus, quām ex ipsius si absolutus esset, gra-
ta cepissimus. De Veouis simulacro, quod in altera parte huius denarii nota-
tum est, diximus suprà in familia Caesia.




Huius tabellae denarii, non est dubium quin à P. LICINIО CRASSО IUNIANO signati in Africa sint, cum esset in ea Scipionis legatus Propraetore. Cicero in ep. v. i. lib. i. ad Q. Fratrem facit de eo mentionem, cum inquit, Crassum Iunianum hominem mihi deditum per me deterruit &c. Videtur autem Crassus hic, cum ex Iunia familia natus esset, à P. Licinio adoptatus, ex visitata illa adoptionum formula, Crassus Iunianus appellatus esse. ita T. Pomponius Atticus, in Q. Caeciliuſ auunculi sui familiam adoptionis iure insertus, Q. Caecilius Pomponianus Atticus dictus est; & Vinicius apud Hirium in li. i. i. i. i. de bello Alexandrino, & M. Caelium in ep. iii. lib. v. i. ad Ciceronem, à Caelio quodam adoptatus, Caelius Vinicianus appellatus fuit: sic enim planè habent optimae notae exemplaria, ut de mendo suspicari aliquo modo non liceat. quò magis miror quid impulerit doctissimum virum Paulum Manutium, ut apud Ciceronem in ea, quam suprà adduximus epistola, Licinianum repousuerit, pro Iunianum: eundem esse arbitratus cum eo, qui ab Hirio & M. Caelio nominatur Caelius Vinicianus, siue, ut ipse restituit, Licinianus. quasi uero, aut Viniciae familiae mentio apud Scriptores non extaret, aut Vinicianus cognomen à communī adoptionis formula abhorreret.



LIVINEIAE gentis una tantum REGVLOVM familia, quae in huius tabellae denariis descripta est, apud scriptores reperitur: nam L. Liuineius Trypho, qui nominatur à Cicerone in ep. l. x. lib. xiiii; libertus fuit L. REGULI huius, quem in denariis habemus. Opinor autem in eis LIVINEIOS patrem & filium eodem affectos praenomine, & cognomine designari. L. REGULI patris extat mentio apud Hirtium in lib. v. de bello Africo. Deinde, inquit, eodem die Adrumeto egressus, Liuineio Regulo ibi cum legione relicto, Uticam ire contendit &c. Cicero quoque lib. iii. ad Att. & xiiii. ad Memmum, facit eiusdem Reguli mentionem: quem Aedilem Curulem fuisse, ex iis quae in altera parte primi, secundi, & sexti denarii expressa sunt, intelligere possumus. Eiusdem Praeturā ex tertii & quarti denarii inscriptione, & Curuli sella, quae in quinto quoque denario adiecta est, cognoscimus: ea enim Praetores uti solitos fuisse, ex veterum scriptorum auctoritate suprà demonstrauimus. Eundem autem Regulum Vrbis etiam Praefectum aliquando fuisse, ex tertii denarii inscriptione appetet. qui quidem omnes denarii, qui Liuineiae familiae nomen praeferunt, quin à L. REGULO filio cum imagine patris signati fuerint, dubitandum non est.


Hvivs



Hvivs tabellae nummi pertinent ad L. LIVINEIVM REGVLVM eius Reguli ut nos existimamus filium, qui in superioris tabellae denariis descriptus est. Eum autem cum Triumvir fuisse cuditae monetae cum Sisenna & Pulchro sub Augustō, ab eodem postea senatu motum fuisse, scribit Dio lib. lxxii. καὶ οὐντός Τίτος ἡγεμόνος, οὐκοῦντι τοῦτο φέρει, καὶ οὐλων πολλῶν πρεσβυτέρων θύγατραν, ἀποδιάτητην. Τίτος διδοῦται εἰ μὲν τῷ βασιλεῖον κατέβησθε, καὶ τὸ σῶμα γυμνώσας, τὰς τε γραπτὰς καὶ προστάσιος, καὶ τὸν αὐτὸν προστίθεται στολὴν. hoc est. Et Liuineius quidem Regulus delerū se ex albo patrum ac referens cū filius ipsius, & multi alii, quibus se praestantiorem esse iudicabat, in eo legerentur, in ipsa curia ueste lacerata corpus denudauit: enumeratisque militiis suis, cicatrices ostentauit. in uulgatis autem scripturis pro Λιουνίῳ, mendosè legitur Λιουνίος. Cornelius Tacitus lib. xiiii. Liuineum Regulum Pisoni, qui necis Germanici accusabatur, ad fuisse scribit, & lib. xiiii, gladiatorum spectaculum sub Nerone edidisse tradit. Sub idem, inquit, tempus leui cōtentione atrox caedes orta inter colonos Nucerinos Pompeianosque gladiatorio spectaculo, quod Liuineius Regulus, quem motum sennatū retuli, edebat. & paulo post, Liuineius & qui alij seditionem conciuerant, exilio mulctati sunt &c. Liuineius, pro Liuineius, male apud Tacitum librae iii errore scriptum est,


PLATEA Q. 3

LIVIAE



LIVIAB gentis plebeiae, vnius tantum S A L I N A T O R V M familiae, in aereo numino, cuius exemplum in hac tabella expressimus, mentio reperitur; sed L. is SALINATOR quis fuerit, quóue tempore uixerit, non dum apud scriptores inuenire potui. Atqui nec alicuius ex ea familia, qui Lucii praenomine usus fuerit, in antiquorum monumentis memoria extat. Liuius lib. xxxix facit mentionem eius Liuii, qui ob commentum in Censura salis uectigal, Salinatoris cognomen inuenit.

LOLLIAM




LOLLIAM gentem plebeiam fuisse constat: ex ea enim ortus est M. L. LIVS PALIKANVS Tr. Pl. quem hominem seditiosum appellat Valerius Maximus lib. viii. cap. i. Ad hunc spectant argentei denarii qui sunt in hac tabella notati; in quorum primi altera parte Rostra populi Romani, in altera Libertatis caput expressum est. de Rostris, ita scribit Liuius lib. viii. Naves Antiatium passim in naualia Romae subductae, partimque incensae, rostrisq. eorum suggestum in foro extructum adornari placuit, Rostraque id templū appellatum. M. Varro li. iii. de lingua Latina. Ante curiam, inquit, Hostiliam Rostra, cuius id uocabulum ex hostibus captis fixa sunt rostra. Cicero pro lege Manilia. Ethis temporibus non pudebat magistratus populi Romani in hunc ipsum locum ascendere, cum eum uobis maiores uestri exuviis nauticis & classium spoliis ornatum reliquissent. Quia uero in Rostris habebantur conciones à Tribunis plebis, ut scribit idem Cicero in Pisonem; & Tribunicia potestas à Sulla Tribunis adempta: Palikano auctore, populo fuerat à Pompeio restituta, ob eam causam Palikanus, qui fuit Tr. Pl. anno DCLXXXI, Rostra in hoc denario signauit. Eius rei meminit Asconius in Divinatione his uerbis: Primus Sicinius Tribunus Plebis, nec multò post Quinctius, & postremò Palikanus perfecerunt, ut Tribuniciam potestatem populo darent Consules Cn. Pompeius Magnus & M. Licinius Crassus. & in commen- tario lib. ii. in Verrem. Pompeius autem Procos. de Hispania Sertorio ui- eto nuper uenerat, & statim habuerat concessionem de restituenda Tribunicia potestate Palikano Tribuno Pl. Velleius li.ii. Hoc Consulatu, inquit, Pompeius Tribuniciam potestatem restituit, cuius Sulla imaginē sine re reliquerat. Hinc Dio li. xxxvi. de Pompeio dixit, οὐεὶς τὸν δημόσιον δικαίωμα τὸ ἀρχαῖον ἀπελλάσσει, hoc est, Postea enim quām Tribunis plebis suū antiquū ius restitutū fuerat &c. Liber-

144


FAMILIAE ROMANAЕ

Libertatis imago in hoc denario impressa est, quod Rostra essent Libertati sacra. Dio lib. xlv, ἡραὶ τοῦ δημόσιου τοῦ προτελέως τοῦ θεοῦ τοῦ εἰδούσης. hoc est, In Foro Romano apud Rostra Libertati sacra &c. Secundus tabellae denarius ad eundem pertinet M. LOLLIVM PALIKANVM, quem Aedilem Curulem fuisse, ex Curuli sella & spicis in altera denarii parte expressis, facilè intelligimus.



LVCILIAE gentis plebeiae, familiae plures variis distinctae cognomini- bus apud scriptores reperiuntur. Balbi nominantur à Cicerone in Bruto: Bas- si in lib. xi. ad Att. Longi & Capitones à Tacito lib. xiiii. Blaesi lib. xvii. R. V. FORVM autem nulla, quod sciam, mentio extat: nisi forte M. LVCILIVS RUVVS, qui in hoc denario descriptus est, is fuit, quem Plutarchus in Pompeio scribit cum Tribunus plebis esset, de Pompeio Dictatore creando, multū repugnante Catone ad populum tulisse. Idem autem Plutarchus in Bruto & Antonio mentionem facit alterius Lucilii, qui adeò Brutum amauit, ut bello Philippensi pro Bruto se hostibus interficiendum obiecerit. Notae illae A. rv. quae sunt in altera parte huius denarii notatae, significant argento publico,


LVCRETIA



LVCRETIA gens in familias diuisa fuit patricias & plebeias. TRIONES autem, quorum denarii in hac tabella expressi sunt, licet ex scriptoribus non constet, plebeios tamen fuisse opinor. CN. LVCRETIUS TRIO, qui in primo tabellae denario descriptus est, pater fortasse fuit L. LVCRETII TRIONIS, qui secundum & quartum denariorum cūsīt: nam tertius ab Imp. Traiano, multis post annis restitutus est. Opinor autem L. Lucretium notis his, quas in altera secundi denarii parte signauit, cognominis sui originem indicare uoluissē: de eo enim Varro in lib. vi. de lingua Latina ita scribit. Arbitror antiquos rusticos primum notasse quaedam in caelo signa, quae praeter alia erant insig- nia, atque ad aliquem usum culturae tempus designandum conuenire aduer- bantur. E queis signa sunt, quod has septem stellas Graeci, ut Homerus uo- cat ἀστέρες, & propinquum eius signum βοῶτινος: nostri eas septem stellas boues & triones, & propē eas axem. Triones enim, & boues appellantur à bubulcis, etiam nunc, maximē cum arant terram: e queis ut dicti ualentibus glebarii, qui fa- cilē proscindunt glebas; sic omnes, qui terram arabant, à terra teriones; unde Triones ut dicerentur à detritu. paulo pōst: Possunt triones dici septem; quod ita sitae stellae terna trigona faciant. Agellius lib. ii. cap. xxii. Vulgus (inquit) Grammaticorū Septētrionē à solo numero stellarū dictū putant. Triones enim per se nihil significare aiunt, sed uocabuli esse supplementū, sicuti in eo quod Quinquatus dicamus, quod quinque ab Idibus dierum numerū, sit atrus nihil. Sed ego quidē cum Laelio & M. Varrone sentio, qui Triones rusticō uocabulo boues appellatos scribunt, quasi quosdā teriones: hoc est arandaē colēdaeq. ter- rae idoneos. Itaq. hoc sidus quod à figura posituraq. ipsa, quia simile plaustrī, antiqui Graecorū ἀστέρες dixerūt, nostri quoq. ueteres à bubus iunctis septētrio- nes appellarūt, id est à septē stellis, ex quibus quasi iuncti triones figurātur. &c.


N TRIO

TRIO apud Dionem, & Tacitum lib. v. cognomen est Fulcinii Consulis anno D C C L X X X I I I . Neptuni imago in quarto denario expressa, & Cupido delphino insidens, mihi quidem incertum quo spectent: sed cum eadem haec in M. quoque C O R D I R V F I denario, & aliorū nonnullis signata sint, credi potest in Caesaris gratiam, ad indicandam Iuliae gentis originem, impressa à Triumviris monetibus fuisse.




L V R I A E gentis Cornelius Tacitus meminit lib. x i i . & Dio lib. x L V I I , in quo M. hunc L V R I V M , qui triumvir sub Augusto nummū aereum cusit, Sardiniae praefectum fuisse scribit. καὶ δὴ Σεπτέμβριον οὐνέβαλε Μάρκος Λύριος ἀρχός. Velleius lib. II. eundem, ut arbitror significavit, cum in pugna nauali ad Actium, dextrum cornu nauium Iulianarum M. Lario commissum fuisse, tradit, laeuum Arruntio, Agrippae omne classici certaminis arbitrium (pro M. enim Lario, M. Lurio reponendum opinor) M. L V R I V S T R I A R I V S , & M. L V R I V S T R E P T V S nominantur in antiqua basi marmorea, in qua descripta sunt nomina eorum, qui aere conlato statuam Vespasiano Imp. dedicaverunt L. Annio Basso, C. Caecina Paeto Cos. In inscriptione etiam basis statuuae à collegio Fabrum Tigniorum Caracallae Imp. dedicatae L V R I V S quidam M A R T I A L I S numeratur inter eos, qui pecunia ad ponendam eam statuam contulerunt.

L V T A -




L V T A T I A E gentis plebeiac unus tantum extat denarius, qui in hac tabella notatus est. Ad duos autem Lutatios fratres cum pertinere amicus meus existimabat; atque in altera eius parte, Q. L V T A T I V M C. F. C. N. C E R C O N E M , qui Consul de Falisceis triumphauit anno D X I I , descriptum esse: in altera, eius fratrem C. L V T A T I V M C. F. C. N. C A T V L V M , qui eodem anno Procos de Poeneis ex Sicilia naualem egit, indicari. Liuius lib. x L I I , facit mentionem C. L V T A T I I C E R C O N I S , qui anno D L X X X . L. Postumio Albino, M. Popilio Laenate Cos. legatus Alexandriam ad Ptoleameum renouandae amicitiae causa missus est: à quo denarium hunc cusum fuisse suspicari possumus, ut Cai naualem de Poenis, & Quinti cui fortasse sui terrestrem de Falisceis uictoriā celebraret.

N II M A E C I



MAECILIA gentem Albanam, Tullo Hostilio Romae regnante, Alba diruta, ciuitatem Romanam adeptam fuisse & in senatorium, patriciumq. ordinem allestam, scribit Dionysius lib. IIII. sed ex hac ne, quae patricia fuit, an ex ea quae inter plebeias à Liuio numeratur lib. IIII, ex qua Sp. Maecilius extitit Tr. Pl. originem suam ducat M. MAECILIUS TULLVS, qui nummum aereum cusit, incertum est. Secundus tabellae argenteus nummus & tertius aereus, ad eiusdem gentis aliquem qui P. MAECILIUS diceretur, possunt pertinere: nisi quis maauult denarii notam, MAENIVS interpretari, & nummos ad Maeniam gentem referre, de qua in sequenti tabella dicemus.

MAIA



MAIANIA gentem, quae in duobus huius tabellae nummis, uno aereo, altero argenteo notata est, opinor eandem esse cum ea, quae in tabulis Capitolini modo **MAINIA**, modo **MAENIA** nominatur. eius extat mentio in antiqua inscriptione Caeretana, cuius exemplum est hoc,

D. M. SVRIAЕ. SACRVM

L. MAIANIVS. HOMER. CVM

MAIANIA. HOMERIDE. FIL

V. S. P. L. D. D. D


CYRANT. L. MAIANIO. ET

IVL. MAXIM. TAVRIN.

FRAT.


C. autem **MAIANIVS**, qui ex hac familia nummos cusit, ad C. MAINIVM p. F. P. N. respicere fortasse uoluit, qui Consul anno c. d. x. v, de Antiatibus, Lauinieis, & Veliterneis pridie Kalen. Octobris triumphauit; quiique anno c. d. xxxix, Dictator ii cum M. Follio Flaccinatore Mag. Eq. ii. in monumentis Capitolini descriptus est.

N. iii MAMM



M A M I L I A gentem plebeiam, à Mamilia Teleoni filia originem & nomen duxisse, omnes ferè scriptores tradunt. Ipse autem Telegonus Vlyssis fuit & Circes filius, qui Tusculum oppidum in Latium condidit, ut scribit Sex. Pompeius, Plutarchus, Acro, & Pomponius Porphyrio Horatii interpres. Itaque Lilius lib. i. de Mamilio Tusculano dixit. Qui (si famae credimus) ab Vlysse, deaque Circe oriundus erat. Ab Vlysse igitur per Mamiliam oriundos esse Mamilios, cum uellet indicare C. M A M I L I U S L I M E T A N U S, qui primum tabellae denarium cusit, Vlyssem in altera eius parte, post uigesimum annum ab Homero cane agnatum, impressit. Vlyssis autem simulacrum pileatum Plinius scribit Nicomachum primum fecisse lib. x x x v. cap. x. Nicomachus, inquit, primus Vlyssi addidit pileum &c. De C. hoc M A M I L I O, meminit Sallustius in Iugurthino, cum inquit. Interea Romae C. Mamilius Limetanus Tr. Pl. rogationem ad populum promulgat; uti quaereretur in eos, quorum consilio Iugurtha Senatus decreta neglexisset &c. cum autem in uulgatis antea libris Brachus Mamillus Lemetanus legeretur, ex antiquorum denariorum, & ueterum quoque codicuum auctoritate, C. Mamilius Limetanus, reponendum iampridem admonuimus.

M A M -



*Comocata longa
una de cõte
de la s. fueron
d. m. Horacio*

M A N L I A gentem duplēcē fuisse, patriciam vnam, alteram plebeiam, ex iis quae scribit Cicero in lib. i. Philipp. coniicere possumus: sunt autē haec. Propter unius M. Manlii scelus decreto gentis Manliae neminem patricium, uocari M. Manliū licet. Dionyssius eum qui in secessione plebis dux fuit, Manlium nominat, ab aliis Sextum praenominatum. Huius igitur tabellae denarios ad utramque Manliorum gentem pertinere arbitramur: ac primum quidē ad A. M A N L I U M spectare, qui filius fuit Q. Manlii Thurini, cuius meminit Lilius lib. x x v i i. & Quintilianus lib. i: quique Praetor fuit Peregrinus anno D X L V, & Aedilis plebis cum Pomponio Mathone ludos plebeios instaurauit anno D X L V I. Nota S E R. quae in eius denarii altera parte signata est, significat fortasse S E R R A T V S: serrati enim numimi dicebantur, quibus serra impressa erat. Tacitus in libro de moribus Germanorum: Germani, inquit, pecuniam probāt ueterem & diu notam ferratos, bigatosque. Potest etiā ad A. Manlii cognomen, quod ignoratur, ea nota referri. T. autem M A N L I U S, qui in secundo denario, cum Ap. Claudio Quaestor Urbanus descriptus est, potest is esse, qui cum Cn. Octavio Cos. fuit anno D L X X X V I I: quique Pontifex quinquennio ante factus fuerat. quamuis ad T. M A N L I U M T. F. Ciceronis coactaneum & oratorem, qui ut Cicero scribit in Bruto, Cos. factus esset, si uita suppeditasset, pertinere is denarius possit. De L. autem M A N L I O Sulla ProQuaestore, qui in tertio tabellae denario notatus est, meminit, ut opinor, Lilius in epitoma lib. x l, cum inquit. Q. Sertorius proscriptus in ulteriore Hispania ingens bellum exēitauit. L. Manlius Procos, & M. Antonius Legatus ab Herculeio Quaestore uicti sunt &c. A temporum autem ratione non abhorret, ut qui Sulla eum paullo ante ProQuaestore, tunc post eius mortē paullo post contra Sertorium missus sit Proconsule. Quartus, & quintus denarius

rius ad L. TORQVATVM, qui anno DCLXXXVIII, cum L. Cotta Cos. fuit, omnia referendi sunt: de eo ita scribit Paedianus in Corneliana. P. Sulla & P. Atronus cos. des. cum essent, eorum alterum L. Cotta, alterum L. Torquatus ambitus damnarunt, & in eorum locum Cos. creati sunt. L. hic TORQVATVS, ut scribit Cicero in Pisonem, prouinciam Macedoniam obtinuit, & ex ea magnis rebus gestis, Cicerone referente, absens Imperator appellatus est. Torques autem in utroque denario signatus ad indicadam pertinet Torquati cognominis originem; quod T. Manlius L. F.A. N. Imperiosus aureo torque Gallo cum quo pugnauerat detraクト, primus inuenit anno CCCXCII. Lilius lib. viii. Plutarchus in Mario, Cicero lib. iii. de officiis. & in i. de finibus. Sed ita (inquit) prorsus existimmo, neq. eum Torquatū, qui hoc primus cognomen inuenerit, aut torque illū hosti detraxisse, ut aliquā ex eo perciperet corporis uoluptatē &c. & li. ii. Si uoluptatis causa cū Gallo apud Anienē depugnauit prouocatus, & ex eius spoliis sibi & torquem & cognomen induit &c. & lib. iii. Tuscul. Ego ne Torquatum quidē illum, qui hoc cognomen inuenit, iratum existimo Gallo torquem detraхisse &c. Quod autem in altera quinti denarii parte Sibyllae imago, in altera tripos impressus sit, possumus suspicari L. hunc TORQVATVM xv uirum fuisse faciens. Sibyllini enim libri a x v uiris sacrorum seruabantur, nec iniussu senatus adiri aut legi fas erat; ut scribunt Cicero, Valerius Maximus, Laetantius, Suetonius in Caesare, & alii: notum etiam est, Sibyllas ē tripode, qui Apollini sacer est, uaticinari solitas fuisse, antiquos poetas inter alias fabulas commentos esse.



MARCIA quoque gens patricias habuit familias, & plebeias. Sed patriciorum nulla in antiquis denariis extat memoria, plebeiorum, PHILIPPOs tantum, CENSORINOS, & LIBONES, in iis qui circumferuntur, numismatibus,

bus notatos animaduertimus: quos ab Anco Marcio rege originem duxisse, L. PHILIPPVS is, qui huius tabellae primum denarium cusit, indicare uoluit cum Anci in eo imaginem, & alia eius regis monumenta expressit. Caesar in oratione, quam habuit in funere Iuliae amitae apud Suetonium. Ab Anco (inquit) Marcio sunt Marcii Reges. & Ouidius lib. v. i. Fastorum hanc de Marciae gentis auctore opinionem confirmat illo uersu,


Marcia sacrifico deductum nomen ab Anco.

Ancus enim Marcius, ut scribit Lilius lib. ii, religiones neglectas, aut praeuultas, ut erant à Numa institutae, Pontificem Maximum proponere in publico iussit: ob quā causam sacrificus appellatur ab Ouidio; & ponē caput eius in primo denario lituus signatus est. De aqua autem Marcia, quod ab Anco Marcio, qui eam deduxit, nomen acceperit, praeter ea, quae à Strabone lib. v. Cornelio Tacito lib. xiiii. & Frontino lib. i. traduntur, ita scribit Plinius lib. xxvii. cap. iii. Primus eam in Vrbem ducere auspicatus est Ancus Marcius unus ē regibus: postea Q. Marcus Rex in Praetura: rursusque restituit M. Agrippa. Statuam equestrem, quae aquae ductui superposita est, opinor designari eam, quam scribit Lilius lib. ix, Marcio Tremulo antē aedem Castorum positam à Senatu, populoque Romano fuisse, quod Samnites bis uicisset, & Anagnia capti populum stipendio liberasset. Alii ad statuam equestrem referunt, quam Philippus Augusto decreuit, cuius meminit Cicero in epistola ad Brutū: quod non placet. Secundus tabellae denarius ab eodem, ut uidetur, PHILIPPO signatus est: in eius autem altera parte idem honos equestris statuae Q. Marcio decretae; in altera L. MARCI imago expressa est, cui in Hispania concionanti ē capite flamma eluxit. Lilius lib. xxv, Valerius Maximus lib. i. cap. vi, & Plinius lib. ii. cap. c x. Liuii uerba sunt haec: Apud omnes magnum nomen, Marcii ducis est; & uerae gloriae eius etiam miracula addunt: flamman ei concionanti fusam ē capite sine ipsis sensu cum magno pauore circumstantium militum; monumentumque uictoriae eius de Poenes usque ad incensum Capitolium fuisse in templo clypeum Marcium appellatum cum imagine Asdrubalis. Tertius aereus hummus ad eundem pertinet L. PHILIPPVM, qui Augusti uitricus fuit, & Consul cum Cn. Lentulo Marcellino anno DCCXCVI: quamuis ad huius quoque patrem L. PHILIPPVM. Q. F. referri possit; qui Suliae primō Legatus, Sardiniam prouinciam Q. Antonio pulso & occiso, occupauit: Lilius lib. lxxxvi. Consul deinde cum Sex. Julio Caesare fuit anno DCXII: de eo meminit Cicero pro P. Quintio, & pro L. Murena, & in lib. xi. Philipp. L. Philippus (inquit) Proconsulibus se Pompeium mittere, non Pro consule &c. Quartus denarius ad Q. PHILIPPVM pertinere potest eum, qui bis Consul fuit, primum cum Sp. Postumio Albino anno DCCXVII; iterum cū Cn. Seruilio Caepione anno DCCXXIIII, & quinquennio post Censor cum L. Aemilio Paullo. Castor equo insidens in altera eius denarii parte impressus est, quod ut cecinit Horatius,

Castor gaudet equis,

erritique ab Homero appellatus in Iliadis lib. iii. & Odysseac. ii. Ab equorum autem

autem studio uidetur Philippus si dictus esse, qui primus ex hac familia huiusmodi cognomen inuenit, ad quod respexisse eum, qui denarium cusit, dubitandum non est. **PILIPPVS** autem pro **PHILIPPVS**, & **TRIVMPVS** pro **TRIVMPHVS** antiqua scribendi ratio fuit, de qua **Quintilianus lib. I. cap. x.** apud Ciceronem quoque in Oratore, Furius Pilus est, pro Philus. **Quintus** denarius, & sextus à **L. MARCIO CENSORINO**, ut opinor, cusi sunt eo, qui Consul fuit anno **DCCXIIII** cum **C. Caluſio Šabino**; quique Kal. Ian. eodem anno ex Macedonia triumphauit: in altera autem sexti denarii parte, Marciae gentis monumenta expressa sunt, **VICTORIA** columnae imposta, quae ignoratur ad quem pertineat Marciorum, ad Ancum ne regem, an ad alium eius gentis. **CONGIARIUM** populo ab Anco datum, de quo meminit Plinius lib. **XXXI. cap. viii**, cum inquit. Ancus Marcius rex salis modia sex millia congiario dedit populis &c. **ACROSTIRIUM** nauis, quod ad **L. CENSORINVM**, qui classi in bello nauali contra Carthaginenses praefuit, referendum est, de quo ita scribit Appianus in Libyco. ερατηγούς τε λιόντος οὐδέποτε αὐτίκα ἐξεπειστο, οὐδὲ μὲν τοῦ περιφέρειαν Μάρκου Μανίλιου, οὐδὲ τοῦ σόλου Λευκίου Μάρκιου Κενσορίου, οὗτος δὲ πάτορά τε λέγεται, μηδέποτε αὐτοῖς οὐδὲ πολέμωσι, πολέμωσι δὲ τοῖς Καρχηδόνια κατασκέψας. hoc est, Continuò ad id bellum administradum. Consules missi sunt **M. Manilius** cum exercitu, **L. Censorinus** cum classe: quibus secretò mandatum est, ne prius à bello desinerent, quam diruta Carthagine. Fuit is annus urbis, quo **M. Manilius** & **L. Censorinus** Consulatum gesserunt **DCCXIIII**, & belli Punici tertii primus.



MARCIA M gentem à duobus Romanorum regibus Numa & Anco originem traxisse, omnes ferè scriptores tradunt: Numam enim Marcium, qui Pontifex Maximus primus fuit, & sub Tullo Hostilio urbis praefectus, ex Popilia Numa regis filia Ancum Marcium regem procreasse ferunt, à quo dein.


ceps

ceps omnes Marcii genus duxerunt: Hoc autem ut indicaret is, qui huius tabulae nummos cusit, in duobus primis aereis, tertio argenteo, & sexto item aereo Numa & Anci regum imagines impressit. Sed in duobus primis, & sexto, praeter regum ipsorum capita, Ostiae quoque coloniae, quam anno **CXXVII** Ancus deduxit, monumentum expressit. Liuius lib. I. In ora, inquit, Tiberis Ostia Urbs condita. & Strabo lib. V. πόλεις δὲ ἡπταναετίαι μηδεὶς τῶν Δαστίνων, Ιοτέ τε ὄσια, πόλεις δὲ ἀπόδημοι διατίθενται τὸν Τίβερις παραπλανάζεις, πληρούμενοι πολλῶν πολεμών. παρακαλεῖνται μηδέν οὖν ὅριον, ζεῦται μετέπειτα εἰς τὴν σάλαφ τὴν ναυκαρία. Τὸν μὲν τοις λουσιταῖς νησί, & paulo post. οἷς τοις δέσιται τὰ ὄσια Αὔγουστος, Μαρκίου. hoc est: Extant autem maritimae Latinorum urbes, Ostia importuosa quidem propter limum, quem Tiberis multis refertus annibus aggregat. non paruo igitur discrimine agitata salo stant in ancoris nauigia: attamen uincit utilitas. paulo post: Ostiam, quae tale oppidum est, Ancus Marcius condidit &c. Victoria columnae imposta, uel ad eundem Ancum pertinet, uel ad alium gentis Marciae, qui praeclaram aliquam de uitatis populi Romani hostibus uictoriā reportauit. Tertio quoque & quarto denario Marcii alicuius de ludicris Circensibus equo singulari & bigis partas uictorias designari arbitror, quas C. Censorinus triumuir sub Augusto, ut progenitoris sui monumenta illustraret, in his nummis signauit. Fuit autem (quantum ex antiquis inscriptionibus quae Romae extra portam Flumentanam repertae sunt, intelligere possum) C. Marcius, L. Censorini eius, de quo suprà dictum est filius, & Consul cum C. Asinio Gallo anno **DCCXLV**,

C. MARCIUS. L. F. L. N.**CENSORINVS. ET. C. ASI.****NIVS. C. F. GALLVS. COS.****E. X. S. C.****FIN. POMER. TERMIN.****C. MARCIUS. L. F. L. N.****CENSORINVS.****C. ASINIVS. C. F. GALLVS.****COS****E. X. S. C. TERMIN.**


Eundem Augurem fuisse constat, cum ex quinti nummi titulo, tum ex hac ueteri inscriptione, quae Aquini extat.

C. MARCIO. L. F.**CENSORINO. COS****AVGVRI PATRONO. D. D.****Q. MAR.**




Q. MARCI LIBONIS, qui huius tabellae nummos Triumuir cum C. Fabio & L. Rubrio, sive L. Roſcio, (hōrum enim alterum notae L. R. sine dubio designant) percussit, nullam apud scriptores reperio mentionem. Neque uero in iis, praeter pileatos Castores, & uictoriae monumentum quadrigis à Q. Marcio reportatae de Circensi (ut uidetur) ludicro, memoratu dignum aliud impressum est. Libo autem, non tantum Marciae, sed Iuliae quoque familiae, aliarumque cognomen fuit.

MARIAM




MARIAM gentem plebeiam fuisse uel ex eo constat, quod C. Marius C. F. qui nullo est usus cognomine, & M. Marius Gratidianus, Tribuni plebis cum essent, alter de suffragiis, alter de re numimaria leges tulerunt. **C. MARIVS C. F. CAPITO**, qui in huius tabellae denariis descriptus est, Pro Triumuo (ut uidetur) sub Augusto fuit: & in duobus primis denariis uel aliquam earum, quas Augustus deduxit, coloniam impressit, uel Eporaediam à C. Mario Consule, cuius ipse pronepos esse potuit, deductam indicare uoluit. De ea meminit Plinius lib. IIII. cap. VI. & Velleius lib. I. cum inquit, Post tres & uiginti annos in Vagiennis Eporaedia Mario sexies, Valerioque Flacco Consulibus: Qui fuit annus Vrbis conditae DCLIIII. Inscriptio PRO. III. VIR in tribus huius tabellae denariis notata, litteris male interpunktis, depravata à quibusdam fuit, qui C. hunc MARIVM C. F. Pro Quaestore Triumuirum, interpretati sunt. Nos autem PRO. III. VIR, significari arbitramur eum, qui mortuo, aut absente Triumuo, eius officio functus sit. Sic Pro Quaestore, & Pro Praetore appellatos scimus eos, qui mortuo uel decadente Quaestore Praetoreue, eorum locum in prouincia obtinuerunt.

O MEMMIA



M E M M I A gens, ut ex ueteribus scriptoribus, & ex primo huius tabellae denario colligere possumus, inter plebeias numerata fuit: ex ea enim extitit M E M M I V S Aedilis plebeius, qui ludos Cereris, Cerialia dictos, quibus equorum cursus in Circo exhibebantur, primus fecit: itaque Dio lib. X L V I I memoriae prodidit, ante deuictum Brutum evenisse, ut Aediles plebeii gladiatorum certamina pro equorum cursibus exhibuerint. C. autem M E M M I V S qui primum & secundum tabellae denarios cusit, quia in eis C. F. describitur, opinor eum designari, qui Consul suffectus fuit ex Kal. Iul. anno D C C X I X, filius C. M E M M I I L. F. quem ex denariorum inscriptione Imperatorem appellatum fuisse intelligimus. Sed primum quis fuerit C. hic M E M M I V S. L. F. quaerendum est, deinde ex qua prouincia Imperator sit appellatus. Liuius lib. X L I I facit mentionem C. Memmii cuiusdam, qui C. Popilio Laenate, P. Aelio Ligure Cos. Praetor iterum Siciliam prouinciam obtinuit, cum quadriennio ante Praetor primū m., Sardiniam obtinisset. Huius, ut creditur, filii fuerunt C. & L. Memmii inter nobiles oratores à scriptoribus numerati, quorū Cicero in Bruto mēnīt, cū inquit; Tum etiam C. & L. Memmii fuerunt, oratores mediocres, accusatores acres, atque acerbi: itaque in iudicium capitū mūltos uocauerunt, pro reis non saepe dixerunt. Horum alterius, Lucii scilicet, filius fuit C. M E M M I V S Triumuiri pater: uir bonis artibus eruditus, ut inquit Cicero, & orator argutus: ad quem Lucretius opus suum misit de natura rerum. Hic Praetor cum L. Domitio factus, Bithyniam prouinciam obtinuit, ex qua, ut arbitror, Imperator fuit appellatus; quamuis ex ea reuersus, fuerit à Caesare repetundarū accusatus, ut ex oratione pro Bithynis coniicere possumus, cuius haec apud Agellium supersunt uerba. Vel pro hospitio regis Nicomedis, uel pro horum necessitate hoc munus Memmi refugere nō potui &c. Rediit deinde in gratiam cum


cum Caesare Memmius, & ab eo, licet in Gallia abesset, in petitione Consulatus adjutus est: sed lege Pompeia de ambitū accusatus, & frustra defendantē Cicerone condemnatus, in Graeciam exulatum abiit, Patrisque Achiae oppido, adoptato prius Lysonis Patrensis filio, quem heredem quoque instituit, diē obiit. Cicero in ep. ad Ser. Sulpiciū. Cum Lysone, inquit, Patrensi est mihi, quidem hospitium uetus. paulo pōst explorata uero eius incolumitate omnia à te studia summa cura peto, quae ne singula enumerem, totam tibi domum cōmendo: in his adolescentem filium eius, quem C. Memmius Gemellus cliens meus, cum in calamitate exiliū sui Patrensis ciuis factus esset, Patrensiū legibus adoptauit: ut eius ipsius hereditatis ius causamque tueare; Ex his autem Ciceronis uerbis intelligimus C. hunc M E M M I V M, qui tabellae priores duos denarios signauit, cum Lysonis Patrensis filius esset, adoptatum à C. Memmio, ex adoptionis iure C. Memmīum appellatū fuisse. De ludis Cerealibus à Memmio Aedile primū in factis, uidendus Gregorius Giraldus in libro de Diis gentium, & Politianus in Miscellaneis cap. L X X X V ; qui cum multa ad huius denarii intelligentiā scitu digna collegerit, in eo tamen errasse uidetur, quod Memmīum Aedilem eundem putauit cū C. Memmio Praetore. Ego uero C. Memmīum qui Cerealia primus fecit, C. Memmio, qui Imperator appellatus est, antiquiorem arbitror; sed Memmīum Triumuirum qui gentis monumenta celebrare uoluit, utriusque simul titulos in iisdem denariis signasse: in quorum primi altera parte Quirini simulacrum siue Romuli, in altera Cereris signū, quale ab antiquis fingebarū, matronali habitu, cum spicarū & papauerū manipulo expressit; quibus adiecit etiā colum, cum quo effigi Ceres consueuit, ut docet Porphyrius philosophus ex Orphei auctoritate in eo, quem antrum Nympharū inscripsit libello, οὐτα καὶ παρὰ τῷ ἡρῷ, inquit, οὐρη, ἡ περὶ παντὸς τοῦ σπειρόπολος, ισουργοῖσι παράδοται, τὸν παλαιὸν καὶ τὸν οὐρανὸν πέπλον εἴρηκτων. hoc est; Ita & ab Orpheo Proserpina, quae seminibus praeest, lanam faciens inducit, ueteribus caelum ipsum appellantibus peplum &c. Hunc quoque denarium à Traiano Imp. Optimo Principe, posterioribus temporibus restitutum fuisse ex alterius huic similis inscriptione I M P. C A E S. T R A I A N. A V G. G E R. D A C. P P. R E S. T. intelligimus. Reliqui denarii ad L. M E M M I V M, quem diximus oratorem fuisse, & C. Memmii patrem, possunt pertinere. Sed cum Gemellus apud Ciceronem C. Memmīum cognomen sit, in quinto uero & sexto denario L. Memmīum cognomen G A L, nota à G E M M I, diuersissima notetur, transpositionem litterarum apud Ciceronem factam esse suspicari quispiam possit, indeque errore fluxisse, ut pro G A L L V S, seu quid aliud, G E M E L L V S librarii scripserint. Sexti autem denarii inscriptione L. C. M E M M I S I, nisi ea duo fratres C. & L. Memmīi C. filii, de quibus supra diximus designentur, C. aliquis M E M M I S I ignotae gentis homo, in quo alterum cognomen L. abundat, fortasse notatus est.



ad Quindecemuirorum collegium cura ludorum Saeccularium spectauerit, praeter ea quae scribit Tacitus in lib. xi. ex his etiam Horatii uersibus intelligimus, qui sunt ex carmine Saecculari.

*Quaeque Auentinum tenet, Algidumque,
Quindecim Diana preces uirorum
Curet &c.*

„ Taciti uerba sunt hacc. Iisdem Consulibus ludi Saecculares octingentesimo post Romam conditā, quarto & sexagesimo quām Augustus ediderat, spectati sunt. „ Vtriusque principis rationes pratermitto, satis narratas libris, quibus res Imperatoris Domitiani composui. nam is quoque edidit ludos Saecculares: iisque „ affui sacerdotio Quindecemuirali praeditus, ne tum Praetor. quod non iactantia refero, sed quia collegio Quindecemuirū antiquitus ea cura: & magistratus potissimum exequabantur officia caerimoniarum.




M E T T I A M gentem è Lanuio municipio oriundam fuisse suspicari possumus ex eo, quod M. hic M E T T I V S qui huius tabellae denarios cusit, in eoru primo Iunonem Sospitam, quae Lanuui cum hasta, scutulo, calceolis repandis, & pelle caprina colebatur, signauit; in tertio impressit ea quae de Lanuui no serpente à Propertio narrantur, quaeque L. Roscius Fabatus in eius numero, ut se Lanuinum esse indicaret, expressit. nisi forte ad C. Caesarem, qui Lanuum coloniam deduxit, denarios huiusmodi referre malimus, sub quo Dictatore quartū in M E T T I V S hic (ut appetat) cūdendae monetae praefuit. Propertii uersus ex lib. IIII. in elegia, quae de Cynthia & Dracone inscribitur, sunt hi:

Lanuui

*Lanuui annos uetus est tutela Draconis,
Hic ubi tam rarae non perit hora morae.
Quā sacer abripitur caeco descensus biau,
Quā penetrat Virgo tale iter omne caue:
Jeuni serpentis bonos cum pabula poscit
Annua, & ex imo sibila torquet humo.
Talia demissae pallent ad sacra puellae,
Cum temere anguino creditur ore manus.
Ille sibi admotas à Virgine corripit escas,
Virginis in palmis ipsa canistra tremunt:*

M. METTII huius meminit Caesar duobus locis in lib. I. de bello Gallico; sed in utroq. mendose M. Titius in uulgatis libris librariorum errore scriptum est, pro M. Mettius. Ita uero reponendum apud Caesarem esse, ex duobus uetustissimis exemplaribus, uno bibliothecae Vaticanae, altero, quod apud me est, iam pridem admonui. De Mettio quodā meminit Cicero in ep. xxvi. lib. xv. Et M. Mettii Epaphroditi grammatici Graeci, quem puto libertum fuisse M. Mettii huius, qui in denariis notatus est, extat mentio in antiqua hac inscriptione,

M. METTIVS
EPAPHRODITVS
GRAMMATICVS. GRAECVS
M. METTIVS. GERMANVS. FEC



M I N A T I A E gentis facit mentionem Valerius Maximus lib. IIII. cap. iv, in quo nominat Minatum Rufum, qui M. Catonis, ut ipse inquit, in Cypriaca expeditione

expeditione fidissimus comes fuit. Scio etiam à Velleio Minatium Magium
„ nominari atatum suum Asculanensem, qui nepos fuit Decii Magii Campano-
rum, ut ipsius uerbis utar, principis celeberrimi: sed nihil is cum Minatia hac
gente commune habet, quae in tribu Sabatina censebatur, ut ex inscriptione,
quam nos Bisenti Etruriae oppido descripsimus, intelligere possumus;

VIRTUTI VISENT

SACR

M. MINATI M. L. SAB. GALLI

II. VIR. I. D. Q. VINQ.

MATERNVS. FRATRIS.

SVI. H. C. ET. OB. DEDICA


TIONEM. HONORARIAM

VICANIS. FLVIVM. ROPV

LO. CRVSTVLVM. ET

MVLSVM. DEDIT


Ex hac autem inscriptione illud quoque colligere possumus, Carolum Sigoniu-
m rectè Sabatinam tribum ex Liuii uerbis in lib. v. in Etruriae agro collo-
casse. M. MINATI huius, qui Cn. Pompeii, ut ego arbitror in Hispania Pro-
quaestore fuit, nullam apud ueteres scriptores reperio mentionem; eius autē
libertus fortasse fuit M. Minatius is, qui in ueteri inscriptione notatus est. in qua
FLVIVM pro FLVIVM antiquissima scribendi ratione, quae in aliis quoque
antiquitatis monumentis reperiuntur, incisum esse animaduertimus.



MINVCI gens patricia primū, postea plebeia fuit. Primus autem ex
ea ad plebem transiit L. Minucius Augurinus, qui Tribunus plebis undecimus
factus


factus est anno CCCXIII: in cuius, ut opinor, memoriam quòd praefectus
annonae fuisset anno CCCXIII, & CCCXIII; quòdque, ut scribit Liuius, frumentum
Melianum in modios aestimatū plebi diuisisset, priores duos huius ta-
bellae denarios, adiecto in eis annonae symbolo, duabus spicis, & Sp. Melii ty-
rannide captantis & à Minucio detecti imagine altero pede orbi innixa, C. &
T. M. M. V. C. I. A. V. G. V. R. I. N. I. signarunt. Quia uero in utroque denario Au-
guris signum cum lituo expressum est, existimari eo designari M. Minucium
Festum, qui primus è plebe Augur ex ea familia factus est anno CDLIII, ut
scribit Liuius lib. x. I. Quamuis fieri etiam potest, ut aliquis ex hac gente augu-
rali facerdotio summa cum laude functus, indeque Augurini cognomen ade-
ptus, litui signo huiusmodi designetur. Sic enim Marcium in honore Cen-
furae, Censorinum in Fastis appellatū fuisse scimus. De statua columnae superim-
posita, quae L. Minucius annonae praefecto decreta fuit, meminit Plinius in
lib. xvi. cap. iii. Minucius, inquit, Augurinus qui Sp. Melium coarguerat, far-
ris pretium ad assēm rededit, undecimus plebei Tribunus: qua de causa statua
ei extra portam Trigeminam à populo stipe collata, statuta est. & lib. xxxviii. ,
cap. v. Item Minucio praefecto annonae extra portam Trigeminam unciaria ,
stipe collata, nescio an primo honore à tali populo, antea enim à Senatu erat. ,
Liuius lib. iii. L. Minucius bouē aurato extra portam Trigeminam est dona-
tus, ne plebe quidem inuita: qui frumentum Melianum assibus in modios aesti-
matum plebi diuisit. Hunc Minucium apud quodam auctores transfisse à pa-
tribus ad plebem, undecimumque Tribunum plebis cooptatum, seditionem ,
motam ex Meliana caede sedasle inuenio. Ceterum uix credibile est numerū
Tribunorum patres augeri passos: idque potissimum exemplum à patricio ho-
mine introductum &c. T. M. I. N. V. C. I. V. S. qui primū tabellae denarium cusit,
quia in eo C. F. descriptus est, opinor filium esse C. A. V. G. V. R. I. qui secundum
argenteum nummum percussit & sextum aereum. Tertius denarius ad Q. M. I.
N. V. C. I. V. M. C. F. C. N. R. V. F. V. M. referri potest, qui Aedilis plebis fuit anno DLIII,
& Cōsul cū C. Cornelio Cethego anno DLVI, quique triumphum egit de Liguriis & Bois in monte Albano. Potest etiam pertinere ad Q. M. I. N. V. C. I. V. M. Q. F.
R. V. F. V. M. qui dux in Asia fuit cōtra Mithridatem anno DCLIII: eius meminit Ap-
pianus in Mithridatico. Quarto denario, incertum, quis è Minuciis, Lucii co-
gnomine affectus, designetur; nisi fortè L. M. I. N. V. C. I. V. S. T. H. E. R. M. Legatus A. Man-
lii Vulsonis, qui Consul fuit anno DLXXV cum M. Junio Bruto, in eo notatus fit.
Quintus sine dubio ad Q. M. I. N. V. C. I. V. M. T. H. E. R. M. filiū pertinet, sub quo in Asia
Praetore C. Iulius C. F. Caesar, qui postea Dictator fuit, prima stipendia fecit,
& ab eo in expugnatione Mytilenarum ciuica donatus est. Suetonius in Caesa-
re cap. ii.

M. V. C. I. A. M.



M V C I A M gentem plebeiam fuisse, inter scriptores constat. Eius autem duae reperiuntur familiae Cordorum scilicet, & eorum qui uocati sunt Scaeuo-lae. C O R D O R V M facit Dionysius mentionem lib. i i i, & Quintilianus li. i. cap. vii: quos ex casu nascentium cognomen inuenisse scribit; eumq. qui pri-mus ita cognominatus est, à quibusdam Cordum, ab Athenodoro autem Op-si-gonum, quod idem est, appellatum fuisse testatur. Cordos enim agnos, Cor-dum item frumentum & fenum dicebant antiqui, quod serò nascetur, aut ma-turescet. Vitruvius lib. v i. facit mentionem Mucii cuiusdam, ad quē for-tasse respexit C O R D V S hic, qui Triumuir cum esset, moneram cum Ho-noris signo & Virtutis, ad illustranda gentilis sui monumenta signauit. Vi-truui uerba sunt haec. C. Muciun, qui magna scientia confisus aedes Hon-oris ac Virtutis Marianae cellae columnarumque & epistyliorū symmetrias legitimis artis institutis perfecit &c. Cum autem Cordi cognomine aliqui ex Mucia gente usi sint, fieri potest, ut quae à Vtruuio de C. Mucio scripta sunt, ea ad Cordum hunc qui in denario notatus est, aliquo modo pertineant. de aede Honoris & Virtutis scripsimus in Fufia gente, cuius cognomen est KALENVS,

MVNA*



M V N A T I A E gentis, P L A N C O R V M tantum familia in antiquis denariis reperitur, cum Rufi etiam à Cicerone in lib. vi. in Ver. & Valer. Max. lib. i i i. cap. iii, aliisque à scriptoribus nominentur. Autem M V N A T I V S P L A N C V S, qui huius tabellae numinos signauit, is est, ad quem Ciceronis epistolae lib. x i. scriptae sunt: in quibus Imperator & Consul designatus appellatur: qui quidē titulus à Plinio quoque lib. x x v ei tributus est. Fuit autem Consul designa-tus cum D. Bruto in annum D C C X I. Vas in altera nummi parte opinor adie-ctum esse, quod v i i uir Epulonum Plancus fuerit: quamuis ad C. quoque Ca-e-farem, qui Pontifex Maximus fuit, referri urceolus possit. Cum autē in eodem nummo Vrbis praefectus P L A N C V S describatur, potest ea inscriptio per-tinere ad id, quod narrat Dio in lib. x l i i i. Caefarem scilicet Consulem & Di-ctatorem utrumque tertium, ad Hispaniense bellum profecturum, Lepido col-legae Vrbem cum octo praefectis commisisse: ex quibus unum fuisse Plancum credendum est. Ad secundi denarii intelligentiam faciunt Velleii uerba ex lib. i i, ex quibus Antonii partes secutum fuisse Plancum intelligimus. Plancus, in-quit, Antonianarum adiutor partium, spem magis ostendens auxili, quam „ opem ferens Antonio. Appianus etiā lib. i i i. bell. ciuil. eadē de Planco scribit. „ καὶ πλάγιος, inquit, σὺν προστέλεσθαι εἰς τὴν Αγράνιον. hoc est, Plancus cum tribus legionibus transiuit ad Antonium. paulo pōst, Διπτοδέκατη ἡ Ἐπιρρήσατελι, καὶ Λεπίδος πολλίαν δύο, καὶ πλάγιος εἰς ἡγεμόνη Κελτικῆ γραία, οὐδὲκουν αἱροῦσθαι τὸ Αγράνιον. hoc est, Lepidus quoque cum quattuor legionibus, quas habebat in Hispania, Asinius Pollio cum duabus, & Plancus cum tribus quas habebat in Gallia Comata, uide-bantur se cum Antonio coniuncturi. De Planco extat Caietae inscriptio huiusmodi,


L. MV-

L. MVNATIVS. L. F. L. PRON
PLANCVS. COS. IMP. ITER. VII. VIR
EPVLON. TRIVMPH. EX. RAETIS. AEDEM. SATVRNI
FECIT. DE. MANIBIIS. AGROS. DIVISIT. IN. ITALIA
BENEVENTI. IN. GALLIA. COLONIAS. DEDVXIT
LVGDVNVM. ET. RAVRICVM

De Lugduno colonia, à Plancio deducta, Galliae Comatae Praetore, meminerunt Eusebius, & Dio, cuius uerba adduximus in Antonia gente. Saturni autem aedem de manubiis Plancum fecisse, alterius quoque inscriptionis fragmentum, quod Romae propè ipsam Saturni aedem superioribus annis reperatum est, confirmat. eius exemplum subiecimus,

L. PLANCVS. L. F. COS

IMP. ITER. DE. MANIB



M V S S I D I A E gentis è Sabinis, ut opinor, oriundae facit mentionē Cicero ep. i. lib. iii. ad Q. Fratrem, in qua pro M V S S I D I V S librariorum errore scriptum est M E S S I D I V S : quamuis Messidius etiam ferri posuit, quòd id nomen à Messis ductum sit, ut à Mussia Mussia. In antiqua basi statuae Vespasiani, Imp. cuius alibi meminimus, D. quidam M V S S I D I V S IANVARIVS notatus est inter eos, qui ad eam ponendam Imp. statuam, pecuniam contulerunt. E Sabinis autem uenisse Mussiaeos conicere possumus ex iis, quae in secundo & tertio tabellae denario expressa sunt cum inscriptione CLOACIN: id enim Veneris

neris cognomen est in cloaca repertae, & à T. Tatio Sabino consecratae. Dedicataam autem Venerem à Tatio siue Cloacinam, ut habet denarius, siue ut mauult Plinius, Cluacinā in Comitio fuisse (quae pars erat Fori Romani concessionibus & comitiis populi destinata) satis constat cum ex Comitorum cäcellis, qui in denario signati sunt, tum ex togatorum imaginibus, qui suffragia in urnas coniiciunt. His accedit ueterum scriptorum auctoritas; Plinii primū, qui Cloacinae signū fuisse dicit eo in loco, in quo Romani & Sabini cum obratis uirgines dimicassent, depositis armis foedus icerunt; deinde Plutarchi, qui locū hunc, in quo Romani & Sabini pacē huiusmodi fecerūt, à coeundo Comitium appellatum fuisse scribit. Sed prius uerba Plinii ex lib. x v. cap. x x i x proferamus, deinde Plutarchi locum ex Romulo subiungamus. Fuit, inquit Plinius, ubi nunc Roma est, myrtus iam tum cum condetur: quippe ira traditur; myrtle uerba Romanos Sabinosque cū propter raptas uirgines dimicare uoluissent, depositis armis purgatos in eo loco, qui nunc signa Veneris, Cluacinae habet. cluere enim antiqui pugnare dicebant. Plutarchi uerba sunt; „
εἰλότε συνίθεται τὸν μὲν γυναικῶν θεούς βαρόσιας συνοικεῖται ἔχοντι, διπέρην ἐργάζεται πόλις λαρνάδες, „
πλαίσια λαρνάδες: ἀφειρέσθαι. ὅπερα δὲ κοινὴ ἡ πόλις οὐδεὶς καὶ Σαβίνος, καὶ καλεῖται μὲν τὸ ἄγονον ἕπει τὸ αμύλωφον πέλινον „
Κυρίας Α., ι. οὐδεὶς ἀπασθαντὸς ἐπὶ τῷ Τατίῳ πατρίδι. Θαυμαῖσιν δὲ κοινῇ, καὶ γραπτοῖν αμφοτέροις. ὅπει Λάρνατα συνέθεται „
το μέχρι τοῦ Κουτιών καλέται. hoc est. Ita pax fit, ut quae uellēt mulieres manerēt apud „
eos, à quibus tenebantur, ab omni opere, & obsequio praeterquam lanificio im- „
munes: cōmunem haberent Romani & Sabini vrbe: Roma vrbs à Romu- „
lo; Romani onines, Quirites à Tatii patria uocarentur: regnū ducibus domi, „
militiaeq. consociaretur. Foedus ubi iustum fuit, hodie quoq. à coeundo Comi- „
tium uocatur. Ad hanc autē Sabinorum & Romanorum indicandam fortasse
coitionem, Concordiae caput in altera huius denarii parte impressum à M V S- „
S I D I O fuit: de ea enim sic cecinit Ouidius lib. vi. Fastorum,

Venit Apollinea longas Concordia lauro

Nexa comas, placidi numen, opusque ducis.

Haec ubi narrauit Tatium fortemque Quirinum,

Binaque cum populis regna coiffe suis:

Et lare communi soceros generosque receptos,

His nomen iunctis, Iunius inquit, habet.

Quòd autem cancelli quidam in Comitio fuerint, ut in Campo Martio septa, quo introuocarentur tribus cum suffragium inibant, cum ipsum introuocandi uerbum argumento esse potest, tum quòd per pontes his etiā Comitiis suffragium ferebatur, quos in ingressu cancellorum quorundam institutos fuisse concipiamus necesse est. De huiusmodi pontibus, qui erant in Comitio, meminit Cicero ad Att. lib. i. Operae (inquit) Clodianae pontes occuparant, tabellae, ministrabantur ita, ut nulla daretur, uti rogas. Hic tibi rostra aduolat Cato: „
conuictum Pisoni Consulari mirificum facit; si id est conuictum, uox plena „
grauitatis, plena auctoritatis, plena deniq. salutis. Accedit eodem noster Hor- „
tensius, multi praeterea boni: insignis uero opera Fauonii fuit. Hoc concur- „
su optimatum comitia dimittuntur &c. De cancellis seu septis, quae in Cam-


P po

po Martio erant, facit mentionem Plutarchus in Mario. *M. A. inquit.* οὐαὶ τοῖς
 „πατέρες Καίσαρος Σαβίνοις δικέτης ὁ φίλος οὐαὶ τοῖς δρυφόδελφοις, ἀραιομηγούδησιοῖς φέρεταις Φίλος. εἰς τοῖς Σαβίνοις
 „ηἱ ἑταῖρος εἰς τοῖς μαλισταὶ Μαρία. hoc est, Suspicionem autem dedit potissimum Caiſſi Sa-
 baonis feruus intra cancellos conspectus inter eos, qui suffragium ferebant:
 „quippe erat in primis necessarius Sabaco Marii &c. De iis autem, quae in Comi-
 tio erant, meminit Cicero in oratione pro Sextio, cū inquit. Venit in templum
 „Castoris, obnūtiauit Consuli: cū subito manus illa Clodiana in caede ciuiū sae-
 „pe īa uictrix, exclamat, incitatur, inuadit. Inermem atq. imparatū Tribunū alii
 „gladiis adoriantur, alii fragmētis septorū & fustibus &c. Iude Comitiorū cācelli
 expressi sunt in P. NERVAE denario, in cuius explicatione multa de septis huius-
 modi, seu cācellis, & cistis, in quas tabellae suffragiorū coniicabantur, in Licinia
 gente scripsimus. Comitiū igitur quōd in Foro fuerit ac propè Rostra, ex eadē
 „Ciceronis oratione colligitur, in qua est; cū Forū, Comitiū, Curiamq. multa de
 „nocte armatis hominibus occupauissent &c. paulo pōst de Q. Fratre. Pulsus, in-
 „quit, ē Rostris in Comitio iacuit &c. Itaq. quod in Foro esset Comitiū, in ipsoq.
 „Comitio Cloacina, recte à Liuio dictū est in li. iii. Dicit filiam, ac nutricē pro-
 „pē Cloacinā ad Tabernas, quibus nunc Nouis est nomen. Fuisse enim Taber-
 nas in Foro, uel Varronis testimonio confirmare possumus, qui, Sub Neuis (in-
 „quit) dicta pars in Foro aedificiorum &c. Nec obstat quod in Fastis Ouidius
 Cloacinam propè Sacram Viam collocarit; quoniam ea pars Fori, in qua Co-
 mitium erat, in quo Cloacinae signum fuisse diximus, Sacrae Viae iungeba-
 tur, ut ex recta Romani Fori positione intelligi potest. Inde puto dixisse Plau-
 tum in Circulione,


*Qui per iurum hominem uult conuenire, mitto in Comitium:
 Qui mendacem, ē gloriosum, apud Cloacinae sacrum.*

Cloacam quoque Maximam, à qua deam à Tatio in ea repertā, dictam Cloa-
 cinam uolunt, in Foro fuisse, satis ex auctoribus constat: Ut nihil dubii relin-
 quatur, quin Cloacina in Comitio, quod erat in Foro, consecrata à Tatio fuerit, sitque Comitium ipsum in duobus MVS S ID I I denariis expressum. Deae
 autem Cloacinae duo fortasse signa in Comitio fuerunt, unum eius quae in
 Cloaca reperta, Cloacina dea uocata est: alterum Veneris eius, quae à cluendo
 dicta fuit Cluacina. Id ex uerbis, quae supra protulimus Plinii, coniicere aliquo modo possumus, ex quibus non unum, sed plura Veneris Cloacinae si-
 gna fuisse intelligimus. Cluacinae quidem Veneris ipse tantum Plinius me-
 minit: Cloacinae uero Deae, Varro lib. iiii. de lingua Latina, Cyprianus,
 & Augustinus de Ciuitate Dei. lib. iiii. cap. xxii. & lib. vi. cap. x, in quo
 est: Cloacinam T. Tatius dedicauit deam. Laetantius lib. i. Cloacinae, inquit,
 simulacrū in Cloaca Maxima repertū Tatius cōsecravit; & quia cuius esset effi-
 gies ignorabat, ex loco illi nomē imposuit. & Arnobius li. viii. Cloacinā Tatius
 & inuenit & coluit. Primus autem huius tabellae aureus nūmus, quia Cereris ima-
 go in eius una parte, in altera spica corona impressa est, ad frumentariā aliquā
 Mūssidiū procurementē potest pertinere: quāuis ad C. quoq. Caesare Dictatorē
 sub quo cuīdae monetae Mūssidiū praefuit, referri ea nota possit: de Caesare
 enim


enim ita Suetonius scribit cap. xxxvii. Populo præter frumenti denos modios „
 ac totidem olei libras, tricenos quoque nummos, quos pollicitus olim erat, ui- „
 ritim diuisit, & hoc amplius centenos pro mora & cet. Quarto denario, C. „
 Caesaris, qui postea Augustus dicitur est, & M. Antonii concordiam indicari
 opinor, de qua in Antonii nummo dictum est. Quintus ad C. Caesaris Dicta-
 toris uictorias spectat, quarum causa, spectacula in Circo ab eo edita fuisse tra-
 dit Suetonius cap. xxxix. Circensibus, inquit, spacio Circi ab utraque parte „
 producto, & in gyrum euripo addito, quadrigas, bigasque & equos desultorios „
 agitauerunt nobilissimi iuuenes, &c. ”




Ad eundem MVS SIDIVM huius quoque tabellae denarii pertinent, in quo-
 rum secundo, & tertio T. F. IIII V I R. A. P. F. hoc est, Quartumuir auro, siue
 argento publico feriundo, descriptus est. possunt tamen litterae illae A. P. F.
 interpretari aurum siue argentum primus flauit, ut in Iulia Caesarum familia
 diximus, in qua de Quartumuiris monetae eundae à Caesare primum insi-
 tatis abunde scriptum à nobis est.



N A E V I A M gentem plebeiam fuisse, uel ex hoc intelligere possumus, quod ex ea extitit M. Naeuius Tribunus Pl. qui P. Scipioni diem dixit, ut scribit Valerius Maximus li.iiii.cap.vii. Eius gentis in numinis familiae reperiuntur BAL-
B O R V M , & S V R D I N O R V M . L. Naeuii Balbi facit mentionem Liuius li. xlv.
,, cum inquit Dimissis Legatis , disceptatum inter Pisanos Lunensesque Legatos:
,, Pisanis querentibus agro se à colonis Romanis pelli , Lunensibus affirmantibus
,, eum, de quo agatur , à Triumuiris agrum sibi assignatum esse; Senatus qui de
,, finibus cognoscerent statuerentque, quinque uiros misit Q. Fabium Buteonem,
,, T. Sempronium Muscam , L. Naeuium Balbum, C. Appuleium Saturninum.
Poteſt autem L. is Balbus pater esse C. NAEVII huius, qui argenteum denarium
cuſit. L. NAEVII SVRDINI , qui sub Augusto numimum aereum signauit,
nulla, quod ſciam, extat mentio apud scriptores. In ueteri autem inscriptio-
ne, quae proximis annis in Foro Romano reperta, in Capitolium translata
fuir, in cuius altera parte equeſtris statua Curtii eius expreſſa eſt, à quo lacus
Curtius dictus fuit, mentio fit L. NAEVII L.F. SPVRINI PRAETORIS IN-
TER CIVIS ET PEREGRINOS.



NASIDIÆ gentis, incertum patriciae ne an plebeiae, scriptores multi iminerunt. Quae autem ad huius nimirum alteram partem, in qua Sex. Pompeii imago, cum NEPTVNÌ nomine, cuius se filium iactabat, expressa est, pertinere videbantur, quia in Pompeii ipsius denariis abunde scripta sunt, licebit inde unicuique petere. Q. verò NASIDIVM, opinor L. Nasidii filium fuisse, cuius facit mentionem Cicero in libro Philipp. vii. quique à Cn. Pompeio patre cum classe nauium sexdecim L. Domitio, Massiliensibusq. subsidio missus fuit, ut scribit Caesar lib. ii. bell. ciuil. atque in eius rei memoriam nummum à NASIDI O filio signatum esse. Nisi forte, quia ipse quoque Q. NASIDIUS, Sex. Pompeii classi aliquando praefuit, ad eum honorem declarandum, huiusmodi denarium cudi curauit; quod magis placet. Verba Dionis ex lib. i. quae hoc spectant, sunt haec: Αγρίππας δὲ τότε μή τινες Λακωνία καὶ Ιόνιον αὔριον περιπλανώμενος, εἴλαβε, καὶ πάρας ἔπει, Κύπρον Νασιδίουν ναυμαχίαν νικήσας. hoc est, Eo tempore Agrippa Léucadem, repente adiectus, insulam & naues quae in ea erant, cepit: ac Patras deinde, uiecto nauali pugna, Q. Nasidio. Malè autem in uulgatis libris Α'σιδίος, scriptū est, pro Νασιδίος. Meiniuit huius NASIDIUS Appianus lib. v. bell. ciuil. Κάροσος Α' (inquit) ὁ Παρθένος, καὶ Νασιδίος, καὶ Σελεύκιος, καὶ Θέρμος. Ηγετοί δὲ λαούσης δέξιοι οὐδέποτε. hoc est, Cassius autem Parmensis, & Nasidius, & Saturninus, & Thermus, & Antistius, quique exoptimatibus Pompeio aderant. NASIDIUS autem pro NASIDIUS, antiquos scribere solitos fuisse, in ALBINI nummo indicauimus.




NERIAE gentis facit mentionem Horatius in lib. II. Serm. Satyra 111. illo uersu,

Scribe decem à Nerio &c.

in quem uersum ita scribit Porphyrio. Nerium Catienum (ita enim est in ueruissimo libro) iuris studiosum fuisse, & ab Horatio ut auarum tangi. **NERII** autem huius, qui in argenteo denario Q. quaestor Vrbanus L. Lentulo C. Marcello Coss. descriptus est, meminit, ut opinor, Cicero in ep. 111. lib. II. ad Q., „ Fratrem, his uerbis. Sestius ab indice Cn. Nerio Pupinia de ambitu est postulatus, & eodem die à quodam M. Tullio de ui. Censebatur autem Neria gens, ut ex hoc loco colligitur, in tribu Pupinia, quae inter rusticas numerabatur, ab agro Pupino, ut scribit Festus, nuncupata.

NONIAM




NONIAM gentem plebeiam fuisse satis ex scriptoribus constat: ex ea enim ortus est Nonius Balbus Tr. Pl. qui edicto, quod Sosius in Antonii gratiam contra C. Caesarem fecerat, intercessit, ut scribit Dio lib. L. Sex. autem **NONIUS SUFENAS**, qui ut ex nummi inscriptione apparet, Praetor ludos Votiuos publicos fecit, fortasse is est, cuius meminit Catullus illo uersu ad Varum,

Sufenas iste Vare, quem probè nosti:

Ita enim legendum est, non ut in uulgatis libris, Suffenus: Cicero ep. xiiii. li. iii. ad Att. Nonis Quintilibus, inquit, Sufenias & Cato absoluti sunt. Qui erat annus Vrbis d. c. c. i. x. Valerius etiam Maximus li. vii. cap. viii. Sufenatis cuiusdam facit mentionem, ad quem pertinere hunc denarium, suspicari quispiam possit: ad cuius quidem intelligentiam, de ludis Votiuis video aliquid mihi dicendum esse. Ac primum, Ludorum huiusmodi quosdam publicos, quosdam uero priuatatos fuisse inuenio. Publici, ex s. c. à magistratibus uocabantur: & quidem ab eo, qui maiorem magistratum tunc in Vrbe gerebat. edebantur autem statu tempore ex pecunia publica ab eo quoque magistratu, cuius tunc in Rep. summum ius esset: is erat Dictator, Consul, Tribunus militum Consulari potestate, Praetor; Liuius lib. i v. v. & xx. Priuati, ab iis magistratibus edebantur, à quibus essent uoti, & ex ea pecunia, quam is, qui uoisset in Aerarium detulerat. Liuius lib. xxiiii. xxiiii. & xl. Vocabantur autem his de causis. Si Resp. in eodem statu per quinquennium mansisset. Liuius lib. x x v. & xlii. Suetonius in Augusto cap. xxiiii. Pestilentiae auertendae causa. Liuius lib. vii. & xxvi. Si populi Romani exercitus prosperè aduersus hostes pugnasset, uel urbem aliquam cepisset. Liuius lib. iiii. v. xxi. xxxvi. xxxix. & xl. & Dio lib. lib. xliii. Huiusmodi autem ludi dicebantur, ut opinor.


LVDI

L V D I VICTORIAE: ita enim est in mense I V L. antiqui Kalendarii Romani
 „ L V D I V I C T. C A E S. de quibus ita Suetonius in Augusto. Ludos uictoriae Caesari non audentibus facere, quibus obtigerat, id munus ipse edidit, (Victoriae autem intelligo Pharaficainam, ut est apud Plutarchum in Caesare) Idem in Vesp. „ cap. II. Praetor, inquit, factus ludos extraordinarios pro uictoria C. Caesaris Caesigulae depoposcit. Huiusmodi quandam uictoriā sive C. Caesaris, sive Augusti hoc denario indicari arbitror, pro qua ludos Votiuos fecerit S E X. N O N I V S. SVENAS PR. est enim in eo expressa Victoriae ipsius imago coronata. Vouebantur practerea ludi, seditionis sedandae causa: Liuius lib. I I I I. & XXXVIII. Paedianus in Ver. I I. Prodigiorum expiandorum causa: Liuius lib. X L I I. In dedicationibus templorum: Liuius in eodem libro, & Paedianus in commentario orationis in Pisonem, Pro reditu Principis: Dio lib. I I I I. Pro salute: Idem Dio, & Tacitus lib. I I I. Vouebantur in honorem etiam Deorum, ut Megalesia aliquando, uel Matris Magnae. Apollinares, qui deinde solemnies, statique ex s. c. facti sunt, cum antea uotiui & incerti fuissent, Liuius lib. X X X V. In honorem hominum: ex quibus aliquot solemnies facti sunt, ut ludi uictoriae Caesari, natalis Augusti &c. In honorem mortuorum: hi autem erant funebres ludi, quos priuati ciues Romani in parentum uel maiorum memoriam edebant, cuiusmodi fuerunt, quibus Terentii comediae recitatae sunt. S E X. N O N I V S Q V I N C T I L I A N V S, qui in aereo huius tabellae nummo notatus est, Consul fuit anno D C C L X cum M. Furio Camillo, Dio lib. L V.




NORBANA quoque gens inter plebeias numerata fuit, ex qua C. Norbanus Tribunus Plebis extitit anno D C X L V I I I, cuius rogatione Q. Seruilio Caeponi Procos. imperium abrogatum est. C. autem NORBANVM, qui priores huius tabellae denarios cusit, quantum ex iis, quae in altera parte denariorum expressa

expressa sunt, coniicere licet, opinor eum esse, qui Augusti in x. Consulatu collega fuit anno D C C X X I X. Pacis enim, Iustitiae, & Abundantiae symbola sunt, caduceus, spica, & fascis, quae Augusti temporibus maximè conueniunt. Tertius aureus nummus ad huius patrem C. Norbanum pertinere potest, quem Siciliae Praetorem fuisse scribit Cicero lib. v. in Verrem, & Antonii postea legatum Dio lib. X L V I I, & Appianus lib. I I I I. in Fastis autem Consul cum Ap. Claudio Pulchro anno D C C X V describitur: in quibus eiusdem quoque Proconsule ex Hispania triumphus notatus est anno D C C X I X. Potest autem aureus hic nummus ad huius etiam patrem C. Norbanum prioris Norbani auum referri, qui Consul fuit cū L. Scipione Asiatico anno D C L X X. De Africae imagine, & sella Praetorum, in gente Cestia dictum est.



NUMITORIA gentem, plebeiam fuisse, uel ex uno L. Numitorio constat, qui Trib. Pl. à Liuio describitur lib. I I. & Dionys. lib. X I I. C. autem NUMITORIVS, qui cusit nummum aereum huius tabellae, opinor, is est, qui testimonium dixit in C. Verrem, quique à Cicerone eques Romanus appellatur li. V I I. in Verr. Statui, inquit, egomet mihi tum modum orationi meae, &c. Numitorio equiti R. primario homini, testi meo &c. Idem in lib. II. de Inuentione, meminit Q. Numitorii cuiusdam, qui Pullus cognominatus fuit.




NUMONIAE gentis facit mentionem Velleius lib. II. in quo **N**UMONII
„**V**AA^{LA}AE huius, qui Legatus Quintilii Vari in Germania fuit, mentionem
„ his uerbis facit. At **V**ala Numonius, legatus Vari, cetera quietus & probus,
„ diri auctor exempli, spoliatum equite peditem relinquens, fuga cum aliis Rhe-
„ num petere ingressus est; quod factum eius Fortuna ulta est. non enim desertis
superfuit, sed desertor occidit. In hoc autem apud Velleium nomine ac co-
gnomine, mirum quām foedē peccatum sit non ab imperitis tantum librariis,
sed à doctis etiam uiris, qui dum restituere utrumque conantur, magis corru-
perunt, erat enim in manuscripto Velleii libro, Valnumonius. ex eo alii fece-
runt Valumnius: alii, quōd haec familia inter Romanas non inueniretur, scri-
pserunt Volūmnius; quo modo in ultima Aldi editione impressum est. Atqui
facile erat vnius omissae à librariis litterae erratum corrīgere, & pro Valumon-
nius, Vala Numonius reponere. est enim familiare Velleio cognomina praē-
ponere nomini gentilicio, ut Mancinus Hostilius, Carbo Papirius, Lepidus
Aemilius, & alia huiusmodi, quae animaduertit doctissimus iuuenis Claudius
Puteanus, cum pro Horoscio apud eundem scriptorem, Otho Roscius emen-
dauit: opinor autem hunc esse Numonium Valam, ad quem Horatius scri-
psit epistolam xv.lib. i.

Quae sit hiems Veliae, quod caelum Vala Salerni etc.

Ita enim in uetustissimis libris hanc epistolam inscriptam circumferri dudum
admonui Dionysium Lambinū Monstroliensem, qui denarii postea inscriptio-
nem in suis in Horatium commentariis, sed non satis emendatè edidit. In alte-
ra nummi parte expressus est (ut uidetur) uir quidam pugnans pro uallo, ex quo
coniicere possumus Numoniā gentem Vaalae cognomen accepisse ab eo, qui
uallō

uallo defenso id cognomen primus inuenit. **V**AA^{LA} uero antique scriptum
est pro **V**AA^{LA}, ut **F**EELIX in Fausti denario pro **F**ELIX; & **V**AA^{RV}S pro
VARVS in Alatrina hac inscriptione,

L. BETILIENVS. L. F. VAARVS
HAEC. Q. VAE. INFERA. SCRIPTA
SONT. DE. SENATV. SENTENTIA
FACIENDA. COIRAVIT. SEMITAS
IN. OPIDO. OMNIS. PORTICVM. Q. VA
ARCEM. EITVR. CAMPVM. VBEI
LVDVN. HOROLOGIVM. MACELVM
BASILICAM. CALE CANDAM. SEEDES
... CVM. BALINBARIVM. LACVM. AD
PORTAM. A. Q. VAM. IN. OPIDVM. AD OV
ARDVOM. PEDES. CCCXCIO. FORNICESQ.
FECIT. FISTVLAS. SOLEDAS. FECIT
OB. HASCE. RES. CENSOREM. FECERE. BIS
SENATV. FILIO. STIPENDIA. MERETA
ESE. IOVSIT. POPVL VSQ. VE. STATVAM
DONAVIT. CENSORINO



OGVLNIAE gentis plebeiae facit mentionem Livius li.x. & Valerius Ma-
ximus lib. I. cap. viii, in quo Ogulnii huius meminit, qui tabellae nummos si-
gnauit. Eū autē opinor esse, qui Consul in Fastis descriptus est anno CDLXXXIV
cū C. Fabio Buteone, & anno CDXCVI, Dictator cum M. Laetorio Planciano.

Magistro

Magistro Equitum Latinarum feriarum causa, anno autem C D L X I , legatum in Epidaurū missus fuerat ad Aesculapiū, ut scribit Valerius Max. lib. i . cap. viii . „ Romanū accersendum. Pauentibusque, inquit, inusitato spectaculo nautis, eō „ anguis conscedit, ubi Q. Ogulnii legati tabernaculum erat, inq. multipli- „ cem orbem, per suminam quietem est coniolutus &c. Eundem tradit in lib. iii . cap. ii , legatum ad Ptolemaeum regem missum anno C C C L X X X , munera, quae ab eo priuatim acceperat, in Aerarium, & quidem priusquam ad Senatum legationem referret, detulisse. Liuius lib. x . Q. & Cn. Ogulnios Tribunos plebis nominat, qui anno C D L I I I , legem Ogulniam de Sacerdotiis tulerunt, ut cum quattuor Augures, quattuor Pontifices ea tempestate essent, placeretque augeri sacerdotum numerum, quattuor Pontifices, quinque Augures de plebe omnes adlegerentur. Ogulniae gentis mentio quoq. extat in ueteri hac inscriptione,


N. OGULNIO. APOLLONIO. CONIVGI. CARISSIMO. ET

N. OGULNIO. AMPLIATO. FILIO. PIENTISSIMO

VIX. ANN. VI. MEN. X. DIEB. V


OGULNIA. CALE. B. M. FECIT

Quod autem O G U L N I V S , pro O G U L N I V S scriptum in nummis sit, intelligere inde possumus, antiquos C, littera, pro G, usos esse. Confirmat hoc antiquissima C. Duiliī rostratae columnae inscriptio, in qua est, MACISTRATOS, PVCNANDOD, CESSIT, CARTACINENSIS, PROMAGISTRATOS, PVGNANDOD, GESSIT, CARTAGINENSIS.



O P E I M I A , uel ut est in argenteis denariis, O P E I M I A gentis plebeiae frequens est mentio apud ueteres scriptores. L. autem O P E I M I V S , qui in primo, & tertio


& tertio huius tabellae numero descriptus est, opinor cum esse, qui anno D C X X X I I cum Q. Fabio Maximo Aemiliani filio Consul fuit. de eo meminit Cicero in Catilinam, his uerbis. Senatus, quod L. Opimius Cos. uestra fecit de Rep. de ea re ita censuit, uti L. Opimius Consul Remp. defenderet; igitur Q. Metellus, cuius quatuor filii Consulares, P. Lentulus, princeps Senatus cum L. Opimo Consule, aliiq. complures amici Gracchum in Auentinum persecuti sunt: quo in proelio Lentulus graue uulnus acceptus, imperfectus est Gracchus, & M. Fulvius Consularis, eiusque duo adolescentuli filii. Sallustius in Iugurt. Decretum, inquit, fit, uti decem legati regnum quod Micipsa optimuerat, inter Iugurtham & Adherbalem diuidenter. Cuius legationis princeps fuit L. Opimius homo clarus, & tum in Senatu potens, quia Consul C. Graccho, & M. Fulvio Flacco imperfectis, acerrime uitioriam nobilitatis in plebem exercuerat. Velleius lib. i . Hic est Opimius, à quo Consule celeberrimum Opimiani uini nomen; quod iam nullum esse, spatio annorum colligi potest. De Opimiano uino meminit Cicero in libro de claris Oratoribus, Plinius lib. x i i . cap. i v , & Plutarchus in C. Graccho. L. Opimii Consulis fratrem fuisse arbitror M. O P E I M I V M , qui in secundo denario notatus est: de quo nullam inuenire potui mentionem apud eos scriptores, quos ipse legerim.



O P P I A gentis plebeiae facit mentionem Liuius lib. x x x i i , in quo nominat C. Oppium Tr. Pl. qui legem Oppiam de matronarum habitu tulit, anno D X L . in lib. autem x x x v , L. Oppii Salinatoris meminuit, qui anno D L X Aedilis plebis fuit. Q. OPPRI, qui in aereo huius tabellae numero Praetor descriptus est, metio (ut opinor) extat apud Appianū in Mithridatico; οὐδὲν διεύρεται (inquit) ἀπόχους τοῖς τοῦ λύκον πόλεμον, οὐδὲν γαρ τοις σφαλγεῖς κίντες στότος, οὐδὲν ἔχει τοῦ μιθρόφρενος

Q. TIVAS

„ τινὲς, ἐτὸν πίλαντος μεταπέμπτην, κύρκυνθεν μεταπέμπτην, ἡτοῖ βασικεῖς Μι-
„ θριδάτης ὑπέχεται λαοδικεῖον ἀδηναρ, εἰ τὸν ὄπιστον αὐτῷ προσαγάγοιεν. οἱ δὲ ἐπὶ τῷ κυρίγματι, Ιοὺς μὲν μισθοφό-
„ ρευς ὄπιστον μεταπέμπτην ἀπέβαν. αὐτὸν δὲ γῆγον πρὸ Μιθριδάτη τὸν ὄπιστον ἡγεμόναν αἴπει τὸν βαρβάρον ἐπὶ γέ-
„ λωτο. καὶ αὐτὸν ὁ Μιθριδάτης φέδεν διαβάνει, ἐπίγειο παντοχοῦ λαομένον, ἐπιδεικνύμενος ἡμῖν Βαρβάρον αὐγά-
„ λατονερατηγόρεων οὐ πολὺ δὲ καὶ Μάνιον Αὐγίλλιον τὸν τῆς δὲ τῆς προσεβέλας, καὶ τοῦδε τοῦ πολέμου μελίσα αἵτιον.
„ hoc est, Laodicenses autem Lyci accolas adhucresistentes, ad quos Q. Oppius
„ Praetor cum equitibus & mercenario milite se receperat, per praecomen ad
„ moenia missum inuitauit his uerbis; Mithridatem regem promittere Laodicen-
„ sibus securitatem, si Oppium ei dederint, qui auditio praecone, mercenarios
„ dimiserunt incolumes, ipsum Oppium adduxerunt ad Mithridatem praece-
„ tibus lictoribus in ludibrium. eum Mithridates illaesum & solutum secum
„ circumducebat ostentans captiuum Praetorem Romanum. Nec multo post
„ M' Aquillium legationis huius & belli auctorem praecipuum & cet. Liuius
„ in epitoma lib. L X X V I I . Q. hunc Oppium Proconsulari non Prae-
„ toria potestate Asiam optimuisse scribit, his uerbis. Mithridates Asiam oc-
„ cupauit, Q. Oppium Proconsule, item Aquillium legatum in uincula conie-
„ cit: iussuque eius quidquid ciuium Romanorum in Asia fuit, uno die truci-
„ datum est.



PAPIAM gentem plebeiam fuisse satis inter scriptores constat. Eius extat-
mentio in antiqua hac inscriptione Casinati,

M.PAPIVS.M.F.L.MATRIVS.L.F

DVOVIRI.I.D

SIGNVM CONCORDIAE EX. S.C. RESTITVENDVM
COERAVERVNT EIDEM Q. DEDICAVERVNT

ET

ET.BASIM.GRADVM.ARAM.SVA.PECVNIA.

FACIVNDA.COER.EIDEMQ. PROBAVER.

A.D.III.EID.OCT.CN.DOMIT.C.ASINIO.COS.

Opinor autem L.PAPIVM CELSVVM, qui huius tabellae argenteos denarios
cuisit, filium fuisse C. Papii eius, qui Tribunus plebis anno D C L X X X V I I I , L.
Cotta, & L. Torquato Cos. legem tulit, ne quis peregrinus in Urbe esset; atq.
hanc Papiam legem indicari tabella, quae in altera quarti denarii parte impref-
fa est cum inscriptione P A P I A . de ea meminit Cicero lib.iii.de Off. Malè etiā,
inquit, qui peregrinos urbibus prohibent, eosque exterminant, ut Pennus „
apud patres nostros, Papius nuper. & in Oratione pro Archia, hanc de peregrini-“
nis legem, Papiam nominavit. L.igitur P A P I V S Triumvir, ut Papiam gentem “
Lanuuio oriundam indicaret, aquilae & lupae aenea monumenta, quae in foro
Lanuuinorum extabant, simulacrumque Sospitae Iunonis, quae Lanuuii cole-
batur(ut ipsa apud Ouid. inquit lib.vi. Fastorum,

Et populus Laurens, Laniuiumque meum)

in denariis expressit: ex quibus non male amicus meus putabat, apud Diony-
sium li. i. in quo de signis his Lanuuinis facit mentionem, pro *λανουιτῶν* scriben-
dum esse *λανουιτῶν*, uel *λανουιτῶν*, quod in eo nomine propter litterarū similitudinem, non semel erratum ab imperitis librariis fuisset. Sed nos Dionysii prius
uerba, quae ad denariorum intelligentiam faciunt, proferamus; deinde no-
stram de Lauinio & Lanuuio, siue Lanuio opinionem subiiciamus. λεγεται δὲ „
inquit Dionysius, κατὰ τὸν πολιούχον Ιοῦ Λαυνίου σημεῖα τοῖς ηγεμόνοις τοιδέ· πυρὸς αἴγαδος ταῦροφ-“
„ θύστος ἔκτης γένους, λύκος μὲν κομίζεται τῷ σέβαλῳ τῆς ἔκρης ὄλης, ὅπεράλλεν δὲ τὸ πῦρ. ζετοῦ δὲ προσπέλθοντος „
„ θυσέρεται εἰν τῇ κατόπι τῶν πλεύγων Ἰν φλέγει. Ιούτοις δὲ Ταναύλια μηχανώμενα ἀλάπεκα. Ινούραν διάβροχον ἐκ τοῦ „
„ πολακοῦ φέρουσας, ἐπιτρέψιν τὸ καίμανον πῦρ. καὶ τότε μὲν, Ιοὺς ἀναποντας διπεράλλεν. Ιοτε δέ. Ιν ἀποσβέσταις „
„ βιλορθίν. Πέλος δὲ γυνήσας τοὺς δύο, καὶ Ιν ἐπέραν οἰχεῖς μισθεντεῖς ποιεῖν δινευεύμενον. Ιδέντα δὲ τὸν Αἰνεῖν εἰπεῖντος „
„ διπεράνθης μὴ εἴσαι καὶ θαυμαστήν, καὶ γνάσσεις δὲ πλεῖστον ιέσσαν δὲ ποικιλούς δὲ Ιοῦ πέλας μεταφέρει λυπηρόν, „
„ κρατήσεις δὲ δύμας Ιοῦ διληφαρεῖταιν, κρείσσονα Ιοῦ Ιοῦ θεοῦ Ιοῦ Ιοῦ λαβεύσαν, Ιοῦ περ διθρόπον ἐναπλιωθεούμενον φέδο-“
„ νε. Ιοτε μὲν δὲ οὐ τοτεθεωρατο μηνιμέλαι λύγεια γενέσθαι τῶν συμβιωσαμένων δῆπλεις: καὶ διὸν αὖτις μηκεῖσαν εἴηται Λαυ-“
„ νιον δ' γοργά χαλκεα ἔδωλατον ζύων, ἐκ πολλοῦ πάνυ χρόνος διατηρούμενα. hoc est, Fertur, dum Lau-“
„ niuum conditur, oblata Troianis quaedam prodigia: in nemore orto sua spon-“
„ tē incendio, lupum ore aggeffisse fomitem aridum, aquilam uerò alarum „
„ uentilatione flamnam excitatissimam: vulpem contrà cauda in flumen intincta „
„ ignem conatam extinguere: & nunc accendentibus, nunc extinguentibus prae-“
„ ualentibus, tandem uicisse duos, illam uerò abiisse conatu irrito. Quo uiso „
„ Aeneam dixisse, illustrem quidem & mirandam futuram eam coloniam, sed „
„ suis incrementis, inuidiosam, & molestam exteris: fore tamen ut tandem „
„ uincat aduersarios humanae inuidiae praeualente fauore numinum. Tam „
„ insigne futurae urbis Fortunae praefigium tunc accidisse dicitur: extantque „
„ rei monumenta in foro Laueniensium effigies aereae horum animalium adser-“
„ uatae longissimo tempore & cet. In hisautem Dionysii uerbis *λύκον*, mendosè
scriptum uidetur pro *λύκαν*, non enim lupus, sed lupa in denariis arida ligna

Q ii ore

ore ferens expressa est. Dicendum nunc est de Lanuio, seu Laniuio, in quo quidem nomine persaepe librarios peccasse non est mirandum: cum enim pro Lanuio usitatus antiquis esset Laniuum scribere, ex litterarum similitudine facta est transpositio, ex qua error fluxit, ut pro Lanuio scriberetur Lauiniū, & saepissime utrumque nomen confunderetur. Fuisse autem Lanuio, non Lauini simulaea illa aenea, quae in duobus denariis expressa sunt, ex sexto tabellae denario facilè intelligitur, in quo Papius ad indicandum familiae genus è Lanuio ortum, notam Lanuini serpentis in eo fabulam impressit. Nec de Dionysio dubitandum est, quin ipse quoque nominum Lanuio, & Lauini similitudine deceptus, Launio tribuerit ea, quae Lanuio tribuenda erant. Illud autem hoc loco de Launio praetereundum non est, falli eos, qui antiquum hodie nomen retinere putant, fuisseque ubi nunc est, quae uulgo ciuitas Launi uocatur: in quo dupliciter peccarunt, primum quod ueros Lanuio & Launi inter se distantes situs cum ex scriptoribus discere licuisset, neglexerunt; deinde quod Lanuium, corrupto nomine Lauinium hodie dici, cum ex ipsa loci positione, & duabus inscriptionibus, quae ibi repertae sunt, coniicere potuissent, earum alteram, ut suum de Launio errorem defenderent, corruperunt, alteram aliunde translatam eò fuisse commenti sunt. Strabonis uerba de Lanuio sunt haec; μετὰ δὲ τὸ ἡλιαρὸν Αὐρηλία πόλις δὲ τῇδε οὐκέτι οὐδὲν πέπισται. κοῦλος δὲ τὸπος ἔχειδις ιρυμνή ἄκραν, ὑπέρκειται δὲ αὐτὸς, τῷ μὲν Λανιον, πόλις πομπαῖον διέξιται Αὐρηλία πόλις δέδου, δεφῆς εποποιοῦσα, καὶ τὸ Αὐτιον. hoc est: Post Albanum montem urbs est Aricia in Appia via stadia centum & sexaginta ab Urbe distans: curuus autem cum sit locus, habet tamen munitam summitatem, cui quidem superinsidet Lanuium Romanorum ciuitas in Appiae uiae dextera, à qua prospexitus est maris & Antii. In Graecis Strabonis uerbis ma'ē Λανιον, pro Λανιον, scriptum est. De Launio eiusdem scriptoris uerba sunt haec; Αὐρηλία πόλις λανιον, τῆς οὐσίας διαλαβόντες Αὐρηλία, διατάσσοντες τὸ Λανιον, εἰς χον καινὸν τὸν Λανιον τερψτον Αὐρηλία πόλις διηγερούνται δὲ αὐτον, τὸν διαλαβόντες Αὐρηλία. Εἴτε Λανιον. ὑπέρκειται δὲ τὸν τὸν Αὐρηλία, καλοκαίρι ποτούλων ἄνω, οἱ σαδίους διπλά τὸν διαλαβόντες. hoc est. In harum urbium (Ostiae scilicet & Antii) medio locatum est Laurium, Latino nomini commune Veneris templum habens. eius curam à maioribus acceptam Ardeates tueruntur. inde Laurentum, super haec extat Ardea Rutulorum colonia, stadia LXX à mare distans. Cum Strabonis uerbis de Lanuio conueniunt Paediani haec in Miloniana. Milo Lanuium, ex quo erat municipio, & ibi tum Dictator, profectus est ad Flaminem prodendum postero die: occurrit ei circa horam nonam Clodius paullò ultra Bouillas, rediens ab Aricia, propè eum locum in quo Bonae deae sacellū est, &c. inscriptionum exempla sunt haec,

M. AVREL. AVG. LIB
AGILIO. SEPTENTRIO
NI. PANTOMIMO. SVI
TEMPORIS. PRIMO. SACERDO
TI. SYNNODI. APOLLINIS. PA
RASITO. ALVMNO. FAVSTINAE

AVG.


AVG. PRODVCTO. AB. IMP. M.
AVRELIO. COMMODO. ANTONI
NO. PIO. FELICE. AVGUSTO
ORNAMENTIS. DECVRIONAT
DECRETO. ORDINIS. EXORNATO
ET. ALLECTO. INTER. IVVENES
S.P.Q. LANIVINVS.

es

... IANIF
... IANI
... ICI. NEP
... . . . NERVAE. PRONEP
... . . O. HADRIANO
... . . NINO. AVG. PIO
... . . MAXIMO. TRIBVN
... . . AT. II. COS. II. PP
... . . VS. POPVLVS QVE
... . . VINVS. VETERES


Posterioris inscriptionis fragmentum à quibusdam ita suppletum est, ut in posteriore uersu, in quo quattuor desiderari litteras, ex eo quod abruptum est spatiis, omnes uident, ad confirmandam suam de Launio opinionem, pro LANIVINVS, duabus tantum adiectis litteris, restituerint LANIVINVS. nos autem uectum lapidem ipsi uidimus, & ex eo exemplum huiusmodi, de nostro nihil addentes, descripsimus. De Triumphi simulacro, quod cum trophyo fingeatur, quodque TRIVMPVS sine aspiratione, ut PILIPPVS & PILVS, pro PHILIPPVS & PHILVS ab antiquis scriptum sit, ex denario inscriptione & Quintil.li. i. fatis constat. Mercurii uero signum in quinto denario expressum & Chelys eius dei inuentum, quod pertineat, in tanta antiquitatis ignoratione, ne suspicari quidem licet.

Q. iii PAPI




PAPIRIAM gentem duplēcē fuisse, ex Ciceronis epistola ad Paetum, cu-
„ius uerba subiecimus, intelligere possumus. Sed tamen, inquit, mi Paete, qui ti-
„bi uenit in mentem negare Papirium quenquam unquām nisi plebeium fuisse?
„fuerunt enim patricii minorum gentium; quorum princeps L. Papirius Mugil-
„ianus, qui Consul cum L. Sempronio Atratino fuit anno post Romanam condī-
„tam cccxi. Sed tum Papisi dicebamini: post haec xii fuerunt sella curuli
„ante L. Papirium Crassum, qui primus Papisius est uocari desitus. hunc sequu-
„tus est Cursor; deinde L. Mafo Aedilicius; inde multi Masones. deinde Carbo-
„nes, & Turdi sequuntur: hi plebeii fuerunt. Huius igitur gentis in nummis,
„quos ipsi uidimus, soli CARBONES reperiuntur. M. CARBO, qui in primo
denario describitur, opinor, is est, qui Praetor Siciliam obtinuit, & ex ea rediēs
repetundarum à P. Flacco accusatus est. Cicero in epistola ad Paetum. Secun-
dus denarius ad Cn. PAPIRIVM CARBONEM potest pertinere, qui ter Consul
fuit anno DCLXVII, DCLXIX, & DCLXXI: quique à Pompeio Lilybae-
anno DCLXXI in magistratu occisus est. Tertius aereus nummus tribuitur à
quibusdam C. Papirio Carboni, qui frater fuit Cn. Carbonis ter Consulis, quiq.
à Velleio lib. i r. Praetorius appellatur his uerbis. Ne quid unquām malis pu-
blicis deesset, in qua ciuitate semper uirtutibus certatum erat, certabatur scele-
ribus; optimusque sibi uidebatur, qui fuerat pessimus. quippe dum ad Sacri-
portum dimicatur, Damasippus Praetor Domitium, Scaeuelam etiam Ponti-
ficem Max. & diuini humanique juris auctorem celeberrimum, & C. Carbonē
Praetorium Consulis fratrem, & Antistitium Aedilicium, uelut fauentes Sullae
partibus in Curia Hostilia trucidauit. Eadem de C. Carbone narrantur à Cice-
rone in epistola ad Paetum, & in libro de Oratore, & Appiano Alexandrino in
bellis ciuilibus. Potest etiam nummus huiusmodi ad C. Carbonem spectare,
qui

qui Praetor fuit, & Consul anno DCXXXIII cum P. Manilio: quique accusa-
tus à L. Crasso cantharidas sumpsit, ne damnaretur. Cicero in epistola ad Paetum. Sed cum à Nicæensibus Corsicae populis, ut ex inscriptione NIKAIEN APPARET, cusus is nummus sit; magis placeret si ad C. Carbonem eum refer-
retur, qui Praetor anno DLXXXV Sardiniam prouinciam obtinuit. no-
tum autem est Praetorem, qui Sardiniam regeret, eundem & Corsicae si-
mul praefuisse. Itaque C. Cicereius Praetor qui anno DLXXXV Sardiniam
prouinciam fortitus fuerat, non tantum Sardos, sed etiam Corfos rebellantes
domuit, & sequenti anno ProPraetore ex Corsica in monte Albano triun-
phauit. Liuius lib. XLII.



PEDANIAE gentis, cuius cognomen est COSTA, mentionem facit Liuius
lib. xxv, & Valerius Max. lib. iii. cap. ii, Cornelius Tacitus lib. xiiii. & xvii,
in quo meminit Pedanii eius, qui cognominatus est Costa. Plutarchus etiam
in Cicerone P. Costae cuiusdam meminit, qui iuris consultus uideri uolebat,
cum leges ignoraret. Πότιλος δὲ Κόρσαν (inquit) γομικὸν ἄνεα βυλόδηνον, ὅπλα δὲ ἀμφοῖς γέρουν, ἀρότος
τινὰ δίκην ἐπέλαστο μάρτυρα. Τοῦ δὲ μαρτύρου εἰδήσας πάσχοις, τοιούς (ἔπη) δοκεῖ τετρά τοιούτων ἐπαπάξ. ,
Malè autem P. Cotta, pro P. Costa interpretes ueterunt. Pedanii Costae, quē
Bruti legatum fuisse ex denarii inscriptione intelligimus, nulla extat, quod sciā,
mentio apud ueteres scriptores.




PETILLIAE gentis plebeiae frequens est mentio apud scriptores. Liuius lib. vii. facit mentionem C. Petillii Balbi Tr. Pl. qui primus patribus auctori- bus de ambitu ad populum tulit. & lib. x x v i i i meminuit Q. Petillii Spurini Tr. Plebis, qui legem Petilliam tulit de peculatu anno D L X V I, M. Aemilio, C. Flaminio Cos. PETILLIUS autem CAPITOLINVS, ad quem spectant huius tabellae denarii, nominatur ab Horatio in lib. i. Sat. i i i i,

---- mentio siqua

*De Capitolini furtis iniecta Petilli
Te coram fuerit, defendas, ut tuus est mos?
Me Capitolinus coniuctore usus, amicoque
A puerō est, causaque mea permulta rogatus
Fecit, et in columnis laetor quod nivit in urbe:
Sed tamen admiror, quo pacto iudicium illud
Fugerit Es'c.*

Pomponius Porphyrio hos de Petillio uersus explicans, ita scribit. Petillius Ca-
pitolinius cum Capitolii curam ageret, coronae subreptae de Capitolio causam
dixit, absolutusque à Caesare est. Helenius Acro. Petillius, inquit, dum Ca-
pitolini curam gereret, coronae sublatae causam dixit, & absolutus est ab Augu-
sto. De templo Iouis Capitolini, quod Tarquinius Superbus rex uouit, & M.
Horatius Valerii Poplicolae in Consulatu collega dedicauit, mentionem fa-
cit Plutarchus in Poplicola, Dionyius lib. i i i. i i i. & v, Liuius lib. i i. Corne-
nilius Tacitus lib. x i x, Valerius Maximus lib. i, Suetonius in Vitellio cap. xv,
& in Vesp. cap. v i i, & in Domit. cap. v, Plinius lib. x x x i i i. cap. i, & alii. Exa-
stylos

stylos autem ea parte fuisse, qua frons meridiem spectabat (uel ut inquit Dio-
nysius, in οὐτοῦ κατὰ τρίποδον μέρους ἡρόεσσι μεταμορφή αντέποντος, τρίποδη σειλημβανόμενος εἰς χρυσάνθες εἰς „
Αἴος πλαγίαν διπλά) triplici columnarum ordine comprehensum, ab obliquis uero „
partibus simplici, ex ea templi forma, quae in hoc denario expressa est, collige-
re possumus. Templum uero huiusmodi & imaginem Iouis ipsius Capitolini,
eique dicatam aquilam, opinor à Petillio in his denariis non aliam ob causam
signatam esse, quam ut indicaret, à cura eius templi, uel quod sacerdos Iouis
Capitolini fuisset, id cognomen inuenisse: nisi cum Horatii interpretibus sta-
re malimus, & Capitolinae eum arci praefuisse, indeque Capitolinum appell-
atum fuisse credamus; templum autem Capitolini Iouis adiectum, quod falsò
de sublatis in eo coronis accusatus Petillius, fuisset ab Augusto absolutus. De
coronis quidem aureis quae in cella Iouis, hoc est, secreto templi parte à Le-
gatis exterarum nationum dedicatae, seruabantur, mentio extat apud rerum
Romanarum scriptores: de tintinnabulis uero, quae in templi fastigio expre-
sa sunt, ita scribit Suetonius in Augusto. cap. x c. i. Cum dedicatam in Capitolio „
aedem Tonanti Ioui assidue frequentaret, somniauit queri Capitolinum Io- „
uem cultores sibi abduci: seque respondisse Tonantem pro Ianitore ei apposi- „
tum: ideoque mox tintinnabulis fastigium aedis redimuit, quod ea fere ianuis „
dependebant.



PETRONIAM gentem plebeiam è Sabinis oriundam fuisse, coniicere pos-
sumus cum ex iis, quae in huius tabellae quinto denario, & duobus sequentis
expressa sunt, tum ex eius Petronii cognomine, qui Sabinus à Valerio Max.
appellatur lib. i. cap. i. Tarquinius (inquit) rex M. Tullium duuumirum, quod „
librum secreta ciuilium sacrorum continentem custodiae suae commissum, „
corruptus Petronio Sabino describendum dedisset, culeo insutum in mare „
abici

abiici iussit. Idem lib. **III**. cap. **VII**, L. Petronum humili loco natum P. Caelii beneficio ad equestrem ordinem & splendida militiae stipendia peruenisse scribit. Cetiam Petronius Consul anno **DCCCXIII**. P. huius Petronii, qui Triumvir sub Augusto fuit, filius Sabinus Turpilianus in Fastis descriptus est, & in inscriptione Anconitana L. Petronii Sabini mentio extat, cuius exemplum subiecimus,

PETRONIAE
SABINAE
FILIAE
L. PETRONI. SABINI
P. P. BIS
PROCURATOR. AVGG
STATIONIS HEREDITATVM
ITEM PROVINCIAE
NARBONENSIS
PATRON. COLONIAE
DECVRIONES


Trebulae etiam siue Mutuscae, quod Sabinorum oppidum fuit, fragmentum repertum est inscriptionis, in qua T. Petronius Sabinus nominatur,

T. PETRONIO
T. F. SERG. SABINO
TR. MIL. MAG. IVVENT

Quod igitur è Sabinis gens Petronia uenisset, Tarpeiae signum, coniectis in eam scutis à Sabinis necatae, in quinto denario Petronius expressit. de ea ita M. Varro. Mons Tarpeius à uirgine Vestali Tarpeia, quae ibi à Sabinis necata armis & sepulta, ius nominis monumentum relictum: quod etiam nunc eius rupes, Tarpeium appellatur saxum. Seruus in illum Virgilii uersum ex lib. **VIII**. Hinc ad Tarpeiam sedem &c. Tarpeia, inquit, sedes dicta est à Tarpeia uirgine: cum enim Romulus contra Sabinos bella tractaret, & Tarpeio cuidā dedisset arcem tuendam; eius Tarpeia filia aquatum profecta in hostes incidit, quam cum hortarentur ad proditionem, illa pro praemio poposcit ornatum manuum sinistrarum, id est armillas. Facta itaque arcis proditione, hostes in geniosa morte promissa soluerunt: nam scuta id est sinistrarum ornatum super illam iacentes, eam luce priuarunt; quae illic sepulta Tarpeiae sedi nomine imposuit. Titurius quoque Sabinus ad indicandam gentis suae originem, Tarpeiae imaginem huiusmodi in numinis signauit, ut in Tituriac familiae denariis infra dicetur. Huius autem tabellae primum denarium, in quo Parthenope Siren impressa est, pertinere arbitror ad Cumas coloniam ab Augusto deductam, in qua Parthenopae corpus conditum fuisset dicitur. quamuis ad ipsam quoque

quoque Neapolim, quae ab hac Sirene, ut omnes sciunt, Parthenope nomina ta est, quod eam Augustus, ut ex historiis intelligimus, instaurauerit, referri denarius possit. de Sirenis quidem multa ueteres scriptores tradunt: sed quae à Seruio Virgilii enarratore scripta de eis sunt, ad denarii intelligentiam maxime faciunt. Sirenes, inquit, secundum fabulam tres, in parte uirgines fuerunt, & in parte uolucres, Acheloi fluminis & Calliopes Musae filiae; harum una, uoce: altera, tibiis: alia lyra canebat &c. Secundus denarius, ut ex eius inscriptio ne intelligitur, ad Augusti spectat uictoriam de Armeniis, contra quos Caius ex Agrippa & Iulia Augusti nepos, missus fuerat. Velleius lib. **II**, Suetonius in Augusto, cap. **XI**. & **LXIV**, Florus lib. **I** v., & Dio lib. **L** v., τοῦ Διού (inquit) σενάριος εἰς τὸν ὄπος Αἴγαρος πόλεων &c. Haec autem Cai in Armeniā expeditio in argenteo quoque Augusti denario signata est: in cuius quidem altera parte Augusti effigies, in altera Cai ipsius & Lucii fratris imagines cum clypeis & hastis impressae sunt, & inscriptione C. L. CAESARES AVGUSTI. F. C. Q. S. D. E. S. I. G. PRINCIP. IVVENT. De clypeis quidem & hastis aureis, quibus Caius, & Lucius ab Equestri ordine donati fuerunt, meminit Dio lib. **I** v. his uerbis. τοῦ δέ ρυχίτε τοῦτε γαλε τὰ σφαρα διὰ τὴν χιλιάρχων καὶ διὰ τὸν ἐπάρχον πόλεων πρόστατον τὸν Πατρίου ἐκατονταῖς, μὲν, καὶ τεττά, τὸτε δέρατα, ἀπὸ τῶν ιππέων εἰς τοὺς ἐργάσιμοις λεγοῦσαι εἰλίθεσαι, εἰς τὸ Κουνδήνι πον ἀνελέθη. hoc est, Corpora portò Cai & Lucii à Tribunis militum, ac singularem ciuitatum proceribus Romanam apportata sunt, parmaeque & hastae, quas aureas ab equitibus cum uirilem togam sumerent, acceperant, in Curia suspenfae. meminit & Tacitus lib. **I**, & Zonaras, qui Caium & Lucium προσπίπτους τῆς νίστηλος, hoc est, PRINCIPES IVVENTVTIS appellatos fuisse scribit. Tertius denarius, quin ad Corinthum coloniam à Caesare Dictatore deductam, & ab Augusto instauratam referendus sit, nullo modo dubitari potest: nam in aereis quoque Corinthiorum nummis, Pegasi signo coloniam hanc notari animaduertimus. In sexto denario signa de Parthis recepta expressa sunt, de quibus meminit Velleius lib. **II**, Liuus in epitoma lib. **CXXXIX**, & Suetonius in Augusto cap. **XI**. cuius uerba sunt. Parthi quoque & Armeniam uendicanti facile cesserunt: & signa militaria, quae M. Crasso & M. Antonio ademerant, responsoni reddiderunt &c. itaque in aureo Augusti nummo inscriptum est, SIGNIS PARTHICIS RECEPTIS, & in argenteo uno CIVIB. ET. SIGNA. PARTHIS RESTITUTIS, in altero, CIVIB. ET. SIGN. MILIT. A. PART. RECVPTE. in utroque autem argenteo impressus est forrix, cui currus superimpositus est: triumphalis, cuiusmodi in argenteo alio numero trium fere denariorum ponderis. expressus est cum titulo IMP. CAES. . . IMP. IX. TR. POT. IV. S. P. R. SIGNIS RECEPTIS. de quo quidem fornice ob recuperata signa Parthica in Augusti honorem à Senatu populoque Romano erecto, meminit Dio lib. **L** **III**, his uerbis. Καὶ οὐταὶ ὁ Φραδίτης φοβηθεὶς μὴ καὶ θετράπλευρος οἱ ὅτι μηδέποτε λόγον συγκειμένου ἔπειτα. Τὸ τε σημεῖον αὐτῶν, καὶ τοὺς αὐχμαλότους. πλὴν ἐδίγαν, οἱ ὑπὸ αὐχμύνης σφές ἐφθειραν οἱ καὶ κατὰ χώραν, αὐθόλιξ ἐμενάντε παύσατε, οἱ αὐτοῖς ἐκέντος, οἱς καὶ πολέμα τοιν τὸν πάρθενον νενίκαστον εἶλαβε καὶ προτέμνει μέγα, λεγούσι ταῦτα παρότερον φοτε εἰλισ μαχεσ ἀπολόμην, ἀνομῆτε ἐκενόμησο. ἀμέλει καὶ θυσίας εἰπεῖν τοῖς εὐτοῖς, καὶ τούς, Αἴρεσι Τιμαροῦν τὰ Καττιταλία κατὰ τὸ τοῦ διος τοῦ Φερετεύ Σύλλημα προστίθην τὸν σημεῖον ἀναζειν, κατέψησθε, τοικελεύσει, καὶ ἐποίησι, καὶ προστίθην τοῖς πόλιν ισημεριτας, καὶ αὐτοῖς σημειοφόρα ἐπιμένει hoc

„ hoc est, Interim Phraates, quia nihil dum eorum, quae pactus fuerat, perfec-
„ cisset, ueritus ne bello ab Augusto impeteretur, signa ei militaria, & captiuos
„ omnes, paucis demptis, qui se ipsos pudore moti interemerant, aut in Parthia
„ occulte remaserant, misit; eaque Augustus quasi bello aliquo Parthum nescisset,
„ accepit: tum hanc rem magnae sibi laudi ducebat, quod proeliis prius amissas
„ res, citra ullum certamen recepisset. Itaque & sacrificia eius rei causa, & templū
„ Martis Vtoris in Capitolio ad imitationem Louis Fererii, quod signa ea mili-
„ taria suspenderentur, decerni iussit, ac deinde perfecit: equo etiam ouans in Vr-
„ beum uectus, ac fornice trophaeum gestante honoratus est &c. Martis autē VI.
„ toris templum hoc, de quo meminit Dio, in duobus Augusti argenteis denariis
„ expressum est, cum signis receptis & inscriptione M A R T. V L T. De eo mentio-
„ nem facit Suetonius in Augusto cap. xix, & Plinius lib. xxx. cap. viii. & xiii.
De curru uero triumphali, Augusto à Senatu populoq. Romano decreto, qui
in eius aliquot denariis signatus est, idem Dio meminit lib. l.



FERONIAE simulacrum in duobus huius tabellae denariis expressum, ad indicandam pertinet Petroniorum originem, quam à Sabinis ductam fuisse suprà diximus. Quod autem Feronia dea à Sabinis coleretur, testimonio nobis est Dionysius Halicarnass. qui de bello, quod contra Sabinos Tullus rex gessit, ita scribit lib. i. i. Metà δὲ τούτων ήταν πόλεμος, εἴ τερός αὖτιν Ρώμαιος ἐπ τοῦ Σαβίνου εἴθεν. οὐχὶ δὲ αὐτῶν τοῦ πόλεμου, ἀλλού τοῦ θεοῦ, οὐχὶ τηλεφύλακος οὐδὲ Σαβίνος οὐδὲ Λατίνος, μάλιστα τοῦ πάντων, οὐδὲ τοῦ πάντων, διά τε Φερονίας οὐδὲ πολιτείας εἰς τὸν ἔλασθα γαλῆνα, οὐδὲ αὐτοφόρος, οὐδὲ Ν. φιλοσόφας, οὐδὲ Θεοφόρος, οὐδὲ Κασσίπος, εἰς δέ τοι προτίθεται συγένεας τοῦ Λαγούντου, πόλεων καὶ τὰς αποδειγμάτικας οὐραῖς, πολλοῖς μὲν διχάς, αποδιδόντες, καὶ διεστάς, πολλοῖς μὲν γραμματικάδibus διάλιτης πανηγύρις μετορθοῦσα καὶ χειροτέχνης καὶ γιοργοῦς, αὐτοτάλις αὐτοῖς λαμπτεῖται τοῦ Λαγούντου πόλεως τοῦ Πατλίας ἀγροθάντης τούτοις. εἰς λαύτην δὲ τὴν πανηγύριν, εἰς δούλεις πολὺ Ρώμαιος ἄρδεις σύνεισις Σαβίνοις τελεῖ, ἀνδρασθουσαρπόδοντες εἰσιν. hoc est, Eo bello confecto

confecto aliud à Sabinis exortum est, cuius causa fertur haec. Fanum est quod „ Sabinis acquè ac Latinis summa religione colitur, sacrum deae Feroniae, quam „ Graeci in suam linguam modò ἀνθηρόν uertunt, modo φιλοσόφαν, modò Proser- „ pinam. Eò statis diebus conueniebat è circumuincinis urbibus, alii uotia deae „ reddituri sacrificia, alii negotiaturi propter celebritatem, mercatores, opificesq. „ & agricolae, quod forum ibi sit totius Italiae nobilissimum. Ad eam celebrita- „ tem profectos aliquando Romanos, honestos viros, Sabini quidam correptos „ & pecuniis spoliatos in vincula conicerunt &c. Fuisse autem Feroniae fanum „ sub Soracte monte testatur Strabo lib. v. ὅπερ δὲ περὶ Σαράκτην (inquit) οἱ Φερανία πάλις εἶναι „ μέντος ἀποχώρια Ινι δαιμόνια τημαράνη οφείλει πάπι τὸν θεούντανον. οἱ Πέρητες δέ τινες ἐν τῷ πόλει θεωμαστὴν ἵροποιαν „ ἔχον, γυμνοῖς γαρ τοις δεξιάτοις ἀνθρακίν τε ποταδίν μεγάλου οἱ πατεχόμοις ὑπόλιθοι δαιμονοί λαύτης ἀπαλεῖται. καὶ „ ουνέρχεται πλήθες αὐθράκων ἢνα τοῖς πανηγύρες χάριν, οὐ συνέλεγεται καταγένετος, καὶ τοῖς λεγέτοντος διατασ- „ hoc est. Sub monte autem Soracte urbs est Feronia: quo nomine & dea qua- „ dam nuncupatur, quam finitimi miro dignantur honore. Eodem in loco ipsius „ templum est, mirificum sacri genus habens; nam qui eius numine afflantur, „ nudis pedibus prunas, & copiosum inambulant sub hac daemone nulla laefio- „ ne cinerem. Eò ingens mortalium multitudo conuenit, & conuentus ipsius qui „ quotannis ibi agitur, gratia pariter & spectaculi huius, quod dixi &c. Confirmat „ autem Strabonis locū uetus haec inscriptio, quae sub Soracte monte nō mul- „ tis ab hinc annis reperta, in Nepesinam ciuitatem, ubi nunc est, translata fuit,

HERMEROΣ

T. CLAVDI. CAESARIS. AVG.

GERMANICI. SER

THEAMIDIANVS. AB. MARMORIB

MAGISTER

FERONIAE. ARAS. QVINQVE

D. S. D. D Decretu Sibi-Suis Documentum Datum

Ex hac igitur Feroniae, quae à Sabinis colebatur imagine, & ex iis, quae de Tar-
peia in superiore tabella notata sunt, satis constat P. PETRONIVM hunc à Sa-
binis genus suum traxisse: qui cum esset Turpilia natus familia, in Petroniam
iure adoptionis insertus, P. PETRONIVS TURPILIANVS dictus est.
De eo extat mentio in ueteri hac inscriptione, multis ab hinc annis, in via Sacra
reperta.

P. VALESIVS. VOLESI. P.

POPLICVLA


IOVL. IVNONI

SAC

P. PETRON. RESTITVIT

Dio lib. l. i. i. nominat C. quendam Petronium Aegypti praefectum, qui P. Pe-
tronii huius frater, uel consanguineus fuisse credi potest. Dionis uerba sunt,
πατέρας δὲ τοῦ Λαγούντου Γαῖον Περγάμου τοῦ Λαγούντου Αἰγανήν οὔρανον &c.

R. PINA-



PINARIAM gentem patriciam, à Pino Numa Pompilii filio duxisse originem, scribit Plutarchus in Numa; quamvis Liuius lib. II. & Dionysius lib. VIII, à Pinariis, qui Herculi anniversaria sacra faciebant, genus traxisse malunt: quibus assentitur Virgilius lib. VIII, illo uersu;

Et domus Herculei custos Pinaria sacri.

Huius autem gentis familiae cuni plures fuerint, duarum tantum, quibus cognomina NATTAE & SCARPI, in antiquis denariis extat memoria. In quo rurum primo & secundo indecūtropinot L. NATTAE M E U M , de quo meminit Cicero in oratione pro L. Murena, appellatque summo loco natum adolescentē: quique à Caesare Dictatore, ut creditur, cum Q. Pedio hērēs ex quadrante institutus est, ut scribit Suetonius cap. LXXXIIII, Appianus, & Dio. nec enim L. Nattam Mag. equitum L. Manlio Dict. anno CCCCXC, designari arbitror, quo tempore nondum populus Romanus argento signato uti coepérat: Horatius lib. I. Ser. Satyr. VI. Nattae cuiusdam meminit hominis sordidi, cum inquit,

--- vngor olio,

Non quo fraudatis immundus Natta lucernis.

Tacitus lib. IV. facit mentionem Pinarii Nattae sub Tiberio Imp. Seiani clientis. Tertius tabellae denarius ad PINARIUM SCARPV M pertinet, qui fuit Africæ praefectus, quiq. ut ex nummi inscriptione appetet, Antonii partes secutus est, de eo meminit Dio lib. L. I. his uerbis; Από τούτων δέ την Αιώνιην ἡ Πίνα-
, προς Σεκάρπον καὶ αὐτὸν σπάτει μετ' αὐτῷ θάνατον οὐγύνεις φυλακῆν ενταῦθα προσαυτελεγμόν. Εἰτε δὲ αὐτὸν προσδέσθαις αὐτὸν θάνατον, καὶ προσετιχεῖσθαις αὐτὸν θάνατον, Τοῦτο γεινανταῦθεν πρέχει αἰγαλε-

gavde

ενταῦθεν πρέχει αἰγαλείαν, εύταχι καὶ αὐτὸς οὐ τοῦ Αἰγαλείου προπεριειπούσον. hoc est; Ce-
terum Antonius in Asiam quoddam misit ad Pinarium Scarpum, & exercitum
quē is iam antē ibi conscriptum ad tuendam Aegyptū habebat: uerū cum ne-
que reciperetur ab eo, & missis quoque ad se is occidisset, nonnullosque mili-
ties id molestè ferentes necasset, infecta re Antonius ipse quoque Alexandriam
se contulit & cet. Opinor autem argenteum hunc denarium in Africa signa-
tum esse, ex qua prouincia Scarpus Imp. ut uidetur, appellatus fuerit: ob
eamque causam Iouem Ammonem, qui in Africa colebatur, in altera denarii
parte impressum esse. De quo Herodotus lib. XI. Hyginus in fabulis, Ouidius
Metam. lib. V. Lucanus lib. IX, & Seruius in librum ILLI. Aeneid. ita scri-
bit: Liber cum Indos peteret, & per Libyam exercitum duceret, fatiga-
tus siti, Iouis patris sui implorauit auxilium, & statim uiso ariete fons secu-
tus est: unde factum est Ioui Ammoni ab arenis dicto simulacrum cum capite
arietino. quod ideo singitur, quia satis eius sint inuoluta responsa. Quartus
denarius & quintus ab eodem Scarpo Augusti temporibus (ut ego suspicor
Africæ praefecto) cusi sunt. ut autem id suspicer, facit argenteus alias dena-
rius, in cuius una parte hoc idem Victoriae signum cum inscriptione IMP. CAES.
D. VI. F. P. O N T I F. in altera simulacrum Iouis Ammonis, quod in Africa
(ut diximus) colebatur, expressum est. Opinor autem manum in altera dena-
riorum parte signatam, ad SCARPI cognomen pertinere; quod id scilicet à
Graeca uoce ΚΑΡΠΟΥ, qua cauum manus siue uola significatur, Pinaria Scar-
porum familia duxerit: multa enim à corporis partibus cognomina in
ueteribus monumentis reperiuntur, ut CHILONES siue CILONES, CAPI-
TONES, FRONTONES, NASONES & cetera huiusmodi, quae symbolis qui-
busdam in earum gentium monumentis indicari solent. Itaque Furiam Crassi-
pedum familiam ad declarandam cognominis sui originem, pedem in denariis
impressisse, in gente Furia ostendimus. Neque uero alicui mirum uideri debet
quod à Graecis nominibus ΚΑΡΠΟΣ, & ΧΙΛΟΣ Pinaria & Flaminia, Romanae fami-
liae cognomina acceperint; quando nomina quoque ipsa gentium, à Graecis
uocibus nonnulla, ut AEMILIAE & ACILIAE, aliarumque ducta fuisse con-
stat. S. litteram, quae detrahendi uim habet, Graecae uoci ΚΑΡΠΟΣ adiectam op-
nor, quod qui primus Scarpi cognomine usus est, aliquam in ea manus parte,
quae ΚΑΡΠΟΣ dicitur, uel à natura, uel à fortuna labem acceperit; cum contrā, qui
nullum in ea incommode passi fuerint, Εὐχαρπος dicti sint. Vtriusque cogno-
minis exempla in ueteribus inscriptionibus reperiuntur, L. S. I. L. V. S. C. A. R. P. V. S.
M. F. A. B. I. V. S. C. A. R. P. V. S. L. C. O. R. N. E. L. I. V. S. C. A. R. P. V. S. &, C. A. R. P. V. S. A. V. G. L. I. B.
P. A. L. L. A. T. I. A. N. V. S. &

IMP. CAES. M. AVR. ANTONINO

AVG. PIO. FELICI. INVICTO. PAR

THIC. MAXIMO. BRITANNICO. MAX

TR. POT. VII. COS. III. P. P. PRO COS

FORTISSIMO. PRINCIP.

R. iij MAG.

FAMILIAE ROMANAЕ

MAG. QVIN. COLL. AVRIFICVM.

D. D

CVR. P. VALERIUS. P. F. BENEDI

TVS. BT. C. AVRELIUS. CARPV

QQ. II. S.


et

D.M.

CN. POMPEIO. EVCARPO. CN. POMPEIVS

ZMARAGDV. PATRONO. OPTIMO. B.M. FECIT

C. PLÆTORIA



PLÆTORIAM gentem siue LAETORIA M., (utroque enim modo, ut infra ostendam, apud scriptores reperitur) plebeiam fuisse satis constat. Fuerunt enim ex ea Tribuni & Aediles plebis, de quibus meminerunt Varro li.v. de Ling. Lat. Liuius lib. xxx. Censorinus de die natali cap. xix. in quo Plætoriae legis facit mentionem, quam tulit M. Plætorius Tr. Pl. de iure dicundo. E Sabinis ueste originem duxisse, possumus ex his inscriptionibus colligere, quarum exempla subiecimus,

IOVI. CONSERVATOR ET. IUNONI. SANTAE. SACRVM.

C. PLÆTORIUS. C. F. STEL. PHOE BV. VI. VIR. AVGUSTAL.

SODAL. TRAIANAL. ET. HADRIANAL. IIII. VIR. Q. VINQVEN.

PATR. IVVEN. TREBVL. MVTVESCV. VOT. SOL. LIB. MER.

Trebulam siue Mutuescam Sabinorum oppidum fuisse, praeter ea, quae de Trebulanis Mutuescanis scribit Plinius lib. iii. cap. xii. Virgilii quoque testimonio confirmare possumus, cuius ex libro vii. versus sunt hi,

Vna

EX ANTIQ. NUMISMATIB.

Una ingens Amiterna cohors, prisci que Quirites;
Ereti manus omnia, oliuiferaeque Mutuscae.

L. PLÆTORIO. L. F. CLAVDIA. SABINO

SACERD. AESCVLAPI. VIX. ANN. LXXV

M. PLÆTORIUS. NVMISIANVS. SABINV

F. C.

et

M. PLÆTORIUS. HERCVLANIVS

SACERDOS. M. D. M. I


FECIT. OLLAR. N. XXXIV

CVM. SARCOPHAGO. MARM.

Quod autem Plætoria familia, eadem cum Laetoria fuerit, uel ex eo coniicere possumus, quod M. Plætorius primipili centurio, cui populi suffragiis, ut scribit Valerius Maximus lib. ix. cap. ii. dedicatio aedis Mercurii data est, à Luiu lib. ii, M. Laetorius appellatur, his uerbis. Populus dedicationem aedis dat „ M. Laetorio primipili centurioni. M. etiam Plætorius Rustianus, qui Scipionem in Hispania secutus est, in manuscriptis Hirtii codicibus de bello Africo, modò Plætorius, modò Laetorius nominatur; in quibus ego, pro Rustianus libenter reponerem Cestianus, si me antiqui alicuius libri scriptura adiuuaret: quamuis Rustianus etiam ferri possit; ut sit Rustius à Plætorio adoptatus. sic enim, ut opinor, Plancius à Laetorio, & Cestius à Plætorio adoptati; alter Plætorius Cestianus, alter Laetorius Plancianus Mag. Eq. Q. Ogulni Gallo Dict. anno CDCCVII in Fastis dictus est. Leges quoque quae ab hac familia latae fuerunt, modò Plætoriae à scriptoribus, modò Laetoriae nominantur: ut nihil dubii reliquum sit, quod minus Plætoria gens eadem cum Laetoria fuerit. M. PLÆTORIUS, qui huius tabellae denarios cusit, nominatur à Cicerone in oratione pro A. Cluentio, & pro M. Fonteio; quem quidem Fonteium Plætorius accusauit anno DCCLXXXIII repetundarum subscriptore M. Fabio, defendantem Cicerone. Fuit autem M. Plætorius Praetor designatus cum Cicerone anno PCCLXXXVI. Cicero in eadem pro Cluentio, & Paedianus. Sortis autem, ut opinor, aedem, quae pro deo, ut inquit Plinius, ab antiquis culta fuit, è Plætoria familia aliquis ex s. c. uel dedicauit, uel refecit, cuius fortasse monumentum, eius deae imagine in uno, qualis Antiatris Fortunae in nummo Augusti reperitur, & templi forma in altero signata denario, celebrare M. Plætorius uoluit. ad cuius indicandam Aedilitatem, de qua meminit Cicero in oratione pro A. Cluentio, sella adiecta est Curulis, & spicae, quae sunt in tertio & quinto denario signatae, adscripto titulo AEP. CVR. Nuper (inquit Cicero) hominem tenuem, scribam „ Aedilicium D. Matrinium cum defendisse apud M. Iunium, Q. Poblicium „ Praetores, & M. Plætorium & C. Flaminium Aediles Curules, persuasi ut „ scribam iurati legerent eum, quem iidem isti Censores aerarium reliquisset &c. „ Aediles autem Curules annonam curasse, & in sella Curuli sedentes ex edi-


R. iii eto

et suo ius reddidisse, ex Ciceronis Verrinis, & lib. III. de legibus constat.
Caduceus in quarto & sexto denario impressus, sine dubio ad aedis Mercurii dedicationem respicit, quam M. Plaetorio, uel ut est apud Liuium, Laetorio à populo datam esse, suprà ex Valerjo Maximo docuimus.



L. PLAE T O R I V S, qui in huius tabellae tribus denariis descriptus est, frater fortasse fuit M. Plaetorii Aedilis Curulis, qui in superiore tabella descriptus est. Ex eo autem denario, qui cum M. Bruti nomine circumfertur, suspicari possumus, fuisse L. Plaetorium unum ex coniuratis, & Bruti Procos, qui coniurationis princeps fuit, Quaestorem: in eius enim una parte Monetae imago impressa est, quod Quaestores Provinciales, una cum Proconsulibus aut Propr. in provincias exituri, pecuniam sibi ex aerario à Senatu attributam, & à Tribunis Aerariis ad numeratam accipiebant, unde stipendia Legatis, Proquaestoribus, cohortique Praetoriae suppeditarent. Asconius in Verrinis. Prima, inquit, Senatoris administratio est, Quaestorem fieri, & in provincia curam gerere pecuniae publicae in usus diuersos eroganda &c. Itaque, in altera denarii parte miles quidam, ut opinor, signatus est, qui stipendum à Quaestore acceptū sacculo quodam seruat. L. PLAE T O R I I huius facit mentionem Cicero pro A. Cluentio, his uerbis. Opportunè adest homo summa fide & omni uirtute praeditus L. Plaetorius Senator &c. Quartus denarius ad M. Plaetorium Christianum pertinet, de quo dictum est. in superiore tabella. ex iis autem, quae in eo impressa sunt, xv uirum sacris, faciundis, aut Pontificem, aut aliquo alio sacerdotio praeditum fuisse, coniicere possumus.

PLAN-



P L A N C I A M gentem plebeiam fuisse, uel ex eo constat, quod C. N. P L A N C I V S is, qui huius tabellae denarium signauit, Tribunus Pl. fuit anno DCXCVI P. Lentulo, Q. Metello Cos. eiusque in primis opera ab exilio M. Cicero revocatus est. Cicero lib. II. ad Q. Fratrem, & lib. I. ad P. Lentulum, & Dio lib. XXXIX. Idem cum Macedoniae Quaestor esset, Thessalonicae sua liberalitate Ciceronem exulem per menses septem retinuit. Cicero pro Plancio, & ep. VIII. lib. III. ad Att. Anno DCIC L. Domitio Ahenobarbo, Ap. Claudio Pulchro Cos. Aedilitatem petiit, & à M. Iuuentio Laterense de ambitu accusatus, à Cicerone defensus est ea oratione, quae pro Cn. Plancio inscribitur. eius Aedilitatis memoria, ipsa denarii inscriptione celebratur, in cuius altera parte monumenta quoque Aedilitatis expressa sunt: Aediles enim ut scribit Cicero in lib. III. de legibus, curatores erant ludorum solemnum, in quibus præteralia, uenationes & gladiatorium munera exhibebantur.

PLAV-



PLAVTIAM gentem plebeiam fuisse, inter ueteres scriptores satis constat: nomen uero à Plauto cognomine duxisse, ut Planciam à Planco, Variam à Varo, & Iuliam à Iulo, in suis familiis annotauit uir doctissimus Antonius Augustinus. Cum autem Plauti, Ploti etiam dicti sint, (ut M. Attius Sarsinas, qui comoedias scripsit, initio Plotus, postea Plautus appellatus est) Plautiam quoque gentem non modo Plotiam (ut Claudiā, Clodiā) sed Plutiam in ueteribus monumentis nominatam esse animaduertimus. Primo huius tabellae denario L. PLAVTIUS PLANCVS notatus est, qui à Velleio lib. II. Plancus Plotius dicitur; indicariqué arbitror L. Munatii Planci fratrem à Triumuiris proscriptum, de quo idem Velleius meminit his uerbis. Nec Plancus gratia defuit ad impetrandum, ut frater eius Plotius proscripteretur. eōq. inter iocos militares, qui currunt Lepidi, Plancique secuti erant, inter execrationem ciuiū usurpabant hunc uersum:

De Germanis non de Gallis duo triumphant Consules.


Ab Appiano etiam in lib. IIII. hic idem Plancus, Plotius pro Plautius appellatur, πλαύτιος (inquit) οὐδεπότε πλάτιος. sed siue Plautius, siue Plotius nominandus sit, in denariis certè Lucii praenomine affectus est; cum tamen Caius à Valerio Maximo praenominetur, cuius uerba ex lib. VI. cap. V III. sunt haec. Adiunxit se iis cladibus C. Plotius Plancus Munatii Planci Consularis & Censorii frater, qui cum à Triumuiris proscriptus in regione Salernitana lateret, delicatore uitae genere, & odore unguenti occultam salutis custodiam detexit. Ab eodem in eiusdem libri capituli titulis Cn. Praenominatur: ut de mendo suspicari omnino liceat. Denarii titulo suffragatur Plinius, & qui eum secutus est Solinus. Plinii uerba ex lib. XI. cap. IIII. sunt haec. L. Plotium L. Planci bis Consul fulis

fulis Censoris fratem proscriptum à Triumuiris, in Salernitana latebra ungenti odore proditum constat. Quo dedecore tota absoluta proscriptio est. „ Solini ex cap. XLVII sunt haec. L. Plotium fratrem L. Planci bis Consul fulis proscriptum à Triumuiris in Salernitana latebra unguenti odor prodidit & cet. „ Secundus, tertius, & quartus tabellae denarii, ut ex eorum inscriptionibus colligitur, à PLAVTIO HYPSEO in memoriam C. Plautii Hupsaei, qui Decianus in Fastis cognominatus est, quíq. Priuerno capto de Priuernatibus triūphauit anno CCCCXIII, signati sunt. Secundi denarii titulus ita interpretatur, C. HYPSEO CONSULE PREIVERNVM CAPTV. sic enim antiqui sine in littera CAPTV pro CAPTV scriberant. Tertii uero, & quarti ita, C. YPSAEVS PREIVERNVM CEPIT. illud etiam in duobus his denariis notandum est, Hupsaei nomen Graeca littera, Y, sine aspiratione scriptum esse. P. HYPSEI, qui denarios cusit, meminit Asconius in Miloniana. T. Annus (inquit) Milo, & P. Plautius Hupsaeus, & Q. Metellus Scipio Consulatum petierunt, non solum largitione palam profusa, sed etiam factionibus armatorum succincti &c. petierunt autem anno DCCL atque ex tribus competitoribus de ambitu accusatis, solus Hupsaeus, ut scribit Dio lib. X. damnatus est. Fuit P. Hupsaeus Cn. Pompei Quaestor, & cum M. Scauro Aedilis Curulis, ut ex secundi denarii inscriptione intelligitur. De eo facit Cicero mentionem in lib. I. ad Lentulum, & alibi. A. PLAVTIVS; qui in quinto denario Aedilis Curulis describitur, is est, quem anno DCXCVI Tr. Pl. fuisse scribit Cicero lib. I. ad Lentulum, lib. II. ad Q. Fratrem, & Dio lib. XXXIX. Aedilem autem Curulem anno DCIC cum Cn. Plancio existimo fuisse, quod is esset annus legitimus Aedilitatis; atque ad ludos in eo munere exhibitos indicandos, camelum in altera denarii parte signasse. quamuis magis placeret, si camelus ad Arabiae regulum Bacchium Iudeum referretur, quem à Plautio Cn. Pompei, ut opinor, in Asia Legato, uel Proquaestore superatum fuisse credibile est eo bello, in quo Aretas quoque rex ab Aemilio Scauro, Pompei item Proquaestore uictus est. Ioseph. antiquit. Iud. lib. XI. cap. IIII. Bacchium autem Romanae familiae nomen non esse, uel unius Horatii testimonio confirmare possumus ex illo uersu Satyr. VII. lib. I.


--- ut non

Compositus melius cum Bitbo, Bacchius. &c.

C. PLVTIVS qui in sexto denario notatus est, potest is esse, qui in aereo numero sequentis tabellae C. PLOTIVS RVFVS nominatur.



PLOTIAM gentē eandē fuisse cum Plautia siue Plutiasuprà diximus. C. autē PLOTIVS RVEVS, qui Triumvir sub Augusto aereū huius tabellae nummū cūsīt, fortasse is est, qui in sexto superioris tabellae denario C. Plutius nominatur. de eo, quicunq. sit (nulla, quòd sciam) extat mentio apud ueteres scriptores.



POBLICIAM gentem, siue PUBLICIAM (utroque enim modō in ueteribus monumentis reperitur) & ab antiquis Poblīi antea dicti sunt qui postea Publīi,

Publīi; & Poblīi, qui dēinde publiciū) plebeiam fuisse ex Liuii li. x viii constat, in quo C. Poblīi meminit, qui Tr. Pl. fuit anno D X L V ; cui à Senatu, populoque Romano, ut ipse posteriū eius in Urbe sepelirentur, concessum est; ut ex hac inscriptione, quae sub Capitolo in monumento quadrato ex lapide Tiburtino incisa est, intelligimus,

C. POBLICIO. L. F. BIBVLO. AED. PL. HONORIS

VIRTUTIS Q. CAVSSA SENATVS


CONSVLTO. POPVLIQVE. IVSSV. LOCVS

MONVMNTO. QVO. IPSE. POSTERIQLVE

EIVS. INFERRENTVR. PVBLICE. DATVS. EST


Primi tres huius tabellae denarii pertinent, ut opinor, ad C. POBLICIVM MALLEOLVM, qui in sexto denario M. F. descriptus est, quique Cn. Dolobellae in Asia Quaestor fuit, ut ex Ciceronis lib. i i i. in Verrem, colligere possumus, in quo scribit Verrem C. Malleolo occiso, Cn. Dolobellae Proquaestore fuisse. Ciceronis uerba sunt haec. C. Malleolo Q. Quaestore Cn. Dolobellae occiso, duas sibi hereditates uenisse arbitratus est: unam Quaestoriae procura- tionis, (nam à Dolobella statim Proquaestore iussus est esse) alteram tutelae: nā cum pupilli Malleoli tutor esset, in bona eius impetum fecit. nam Malleolus in prouinciam sic copiosè profectus erat, ut domi prorsus nihil relinquere ret, patera pecunias occuparat apud populos & syngraphas fecerat: argenti optimi caelati grande pondus secum tulerat (nam ille quoque sodalis istius erat in hoc morbo & cupiditate) grande pondus argenti, familiam magnam, multos artifices, multos formosos homines reliquit &c. Opinor autem C. Malleolum in hoc ipso magistratu denarios huiusmodi cūsisse, in quibus alicuius gentilis sui monumenta terrestris & naualis uictoriae nobis, quia historiae non extant, ignotae, impressit. Ex mallei autem signo, quod in duobus denariis impressum est, coniicere possumus, Malleolos cognomen suum inde duxisse, quod aliquis ex ea familia primus malleum inuenierit. Ita enim Pilumnus dictus est is, qui pilum primus pistinis inuenit: & ut inquit Varro, pampinatio inuenta primo Stoloni cognomen dedit. C. POBLICIVS, qui in quarto denario Q. F. describitur, filius fortasse fuit Q. Poblīi, quem cum M. Junio Praetorem Urbanū fuisse scribit Cicero in oratione pro A. Cluentio. Nuper, inquit, hominem temnuem, scribam Aedilicium, D. Matrinium cum defendissim apud M. Junium, Q. Poblīum praetores &c. M. autem Poblīum, qui Cn. Pompei Magni Imperatoris Legatus Propraetore in quinto denario notatus est, existimabat amicus meus eum esse, cuius facit mentionem Florus lib. i i i. & Appianus in Mithridatico, sed male à Floro Plotinum, ab Appiano Plotium, librariorum errore nominari. Flori uerba sunt, Gellius Tusco mari impositus, Plotinus Siculo. οὐδὲντὸν ταῦτα (inquit Appianus) λούχιον τέλλων, καὶ Γράπτον ἀπίλας Σκελάς δὲ καὶ τὸν τρόπον τούτους αὐτὸν Πλάτων οὐδέποτε, καὶ Τερέντιος οὐδέποτε Μέγας Αὐτοποντίας. hoc est, Orā Italiae L. Gellio, Cn. Lentulo, à Siciliae litoribus ad Acarnaniam Ionium mare Plotio Varo, Terentioque Varroni seruandum ex eadem ordinatione ob- tigit

tigit & cet. Ego, ut de amici mei opinione quid sentiam, liberè dicam, apud Appianum quidem, ut Plotii sit cognomen, ferre non possum; opinor que aut uocem eam abundare, aut pro scribendum esse, quod Varus Plotiae familiae cognomen sit apud Tacitum in lib. v i i. Quae scriptura si retineatur, Plotius in Flori quoque codicibus reponendum erit. M. autem Poblicium Cn. Pompei Legatum Propraetore, in Hispania, non in bello Piratico fuisse, ex Hispaniae ipsis imaginis, quae in altera denarii parte signata est, facile constat.



POMEIÆ gentis plebeiae, tres in antiquis qui super sunt denariis, familiae reperiuntur, MAGNI scilicet, R VF I, & FOSTRI. Primus huius tabellæ aureus nummus à Sex. Pompeio Magni filio, quo tempore, ut ex inscriptione appareat, classis, & orae maritimae ex s. c. præfectus, Siciliae imperiū tenebat, cuius fuit Messanae, ut opinor, uel Panorini, quod in his tantum locis repertis, quotquot nobis huic similes uidere licuit. In eius autem altera parte praeter ipsam Pompeii patris effigiem, corona quaedam impressa est, quae licet è queru sit, eam tamen esse arbitramur, quam Pompeio Senatum concessisse, ut in solemnis festis gestaret, tradit Dio li. x x x v i i, cum inquit; *Αλέξανδρος ο πόπειος αὐτὸς καὶ τὰς δὲ τὰς πανυψηλές.* Cum autem Magno Alexander ita aspectu similem fuisse Pompeium scribat Plutarchus, ut Alexander fuerit à quibusdam appellatus, formaque etiam uenustate commendetur à Velleio, facile adducor ut credam hanc esse ueram Cn. Pompeii imaginem (non autem eam, quae uulgò creditur, quae cum Sexti sit, male Cn. patri tributa est) quod & ad Alexandri uultus similitudinem propius accedit, & in patris memoria à Sexto filio signata sit, adiectis in altera nummi parte, sua patrisque ex aduerso se respicientibus imaginibus. Secundus denarius ad Cn. Pompeii maritimam de Piratis uitiorum

storiam pertinet, de qua ita scribit Cicero pro lege Manilia. Ita tantum bellum, tam diuturnum, tam longe, lateque dispersum, quo bello omnes gentes, ac nationes premebantur, Cn. Pompeius extrema hieme apparauit, in eunte uere suscepit, media aestate confecit. Velleius lib. ii. Post biennium, inquit, A. Gabinius Trib. legem tulit, ut cum belli more non latrociniorum, orbem classibus iam, non furtiuis expeditionibus Piratae terrent, quasdamq. etiam Italiae urbes diripiissent, Cn. Pompeius ad eos opprimendos mitteretur, effetq. ei imperium aequum in omnibus prouinciis cum Proconsulibus usq. ad quinq. quagesimum milliarium à mari: quo s. c. penè totius terrarum orbis imperium uni uiro deferebatur &c. Dio lib. x x x v i. *Ιτις δὲ Ιταλίας ἀντί οὐδέ τι τοιούτην, εποιήσας αὐτῷ οὐ ποτε πάλιγγος πανεκάθισται. καὶ τὸν ναῦς ἄνδρας, λάτε γενήσαται, καὶ τὰ σπαθίατα, δοταταί τεντον, καὶ τοῖς οὐρανοῖς. hoc est;* Et in Italia ut in triennium esset Proconsule, decreuerunt ei etiam legatos quindecim, omnes item naues, & ut pecuniae quantum uellet, itemque quot uellet legiones acciperet. Plutarchus quoque & Appianus Cn. Pompeium Proconsulari praeditum potestate, ut ex denariorum titulis apparet, bellum Piraticum cum quindecim legatis intra x l. dies confecisse scribunt: ex quibus unum fuisse Cn. Calpurnium Pisonem, qui Cn. Pompei Proq. in denariis descriptus est, suprà in Calpurnia familia ex Appiani Mithridatico docuimus. Tertius denarius ad Piraticum idem bellum spectat, in quo gerendo Pompeitus maria omnia, insulas, oras maritimias, classes populi Romani, quotquot essent, in potestate habuit. Ad quod quidem indicandum maris imperium aquila, delphin, & sceptrum in altera denarii parte impressum est cum eodem titulo MAGN. PRO CO S. quod Proconsulari scilicet, ut dictum est, potestate, Piraticum bellum Pompeius conficeret. Qui MAGNI cognomen unde acceptum est, docet Plutarchus in eius uita. De M. Varrone, qui in bello contra Piratas uitus è xv. Pompeii legatis fuit, atque etiam Proq. ex Floro, Appiano, & Dionne in Terentia familia abunde scripsimus. Quartum tabellæ denarium à M. Poblicio, qui fuit Pompeii in Hispania legatus Propraetore, signatum fuisse coniuncte possumus ex eo, quod in eius denarii altera parte Hispaniae imposta est, clypeum & hastas demissis mucronibus gerens, quale in Galbae Imp. a genteis dehaciens cum inscriptione. HISPANIA notatam animaduertimus. Hispaniam uero prouinciam in quinquennium Pompeio decretam fuisse scribit Dio lib. x l. & alii: Imperator autem Pompeius appellatus est, ut Plutarchus testatur, ex Africa, in qua bellum contra Domitium gerens, multa cum caede fuisse hostibus (quippe de uiginti millibus tria tantum euaserat) à militibus Imperator salutatus est: cumque uallo hostium stante id nomen se accipere negaret, factò à militibus in castra impetu, atq. ipso prioris periculi metu sine galea pugnante, castraque capita, & occisus est Domitius. Quintum tabellæ denarium à M. Minatio Sabino, Pompeii etiam in Hispania Proq. cusum esse, ex eodem Hispaniae signo, quod in eo impressum est, intelligere possumus. Sextus à Sex. filio cum imagine sua & Cn. patris (non fratri, ut est in primo huius tabellæ aureo nummo) ex aere percussus, nihil habet praeter PI cognomen, de quo infra dicemus, notatu dignum.



OMNES Romanae antiquitatis studioſi effigiē, quae in primo huius tabellae denario & secūdo expressa est, Cn. Pompeii Magni uultū repreſentare arbitrii ſint, cū potius ex denariorū titulis, & iis quae in altera denariorū parte ſignata ſunt, Sexto illa filio tribuēda uideatur. Ac primū inſcriptio ipsa prioris denarii, MAG. PIVS. IMP. ITBR., quin ad Sextum referenda ſit, nullo modo dubitari potest. Cn. enim pater IMP. ſemel tantam, PIvs uero à ſcriptoribus nunquam eſt appellatus: at Sextus id cognominis nō in omnibus modo, quos eufit, nummis uifurauit, ſed ad illud ſymbolicē indicandū, Amphionomū & Anapiā Catanenſes frātres, quibus pietatem antiqui ſignificabant, quales in A T A N A I O N aereo nummo notati ſunt, in altera priimi denarii parte impressiſt. Strabo lib. v. 1. καὶ οἱ πλάνης τὸν Καταναῖον γενέτερον ταῦτα καταφέρονται, καὶ τὰ δὲ τοὺς εὐσεβεῖς εὐελπίους τὸν Αἰμινόν, καὶ τὸν Αἴγαριον, οἵ τοις γενέτεροι πολεμοῦνται κακοῦ, ἀταντῷ Ποσειδῶνι φέρονται. hoc eſt; Nā & riui in agrū Catanenſiū proxime deferūtur. quaeq. de filiorū in parētes pietate fama diſſeminiat Amphionomi & Anapiæ, hic geſta ſunt. qui ingruēte malo, quandoq. Neptuno uifum eſt, paretibus in humero ſublati, in columnas illos eduxerūt. Alterius quoq. partis inſcriptionē PR ALF. CLAS. ET. ORAE. MARIT. EX. S. C. ad eundē Sextū pertinere manifeſtū eſt: de hac enim praefetura, praeter ea quae tradūtur ab Appiano, & Dione, ita narrat Velleius li. ii. Statiuſ Murcuſ, qui classi & custodiae mariſ praefuerat, cū omni cōmiffa ſibi parte exercituū, nauiumq. Sex. Pompeiuſ Magni filiuſ, qui ex Hispania reuertēs, Siciliā armis occuſauerat, petit. ad quē & ē Brutianis caſtris & ex Italia, aliisq. terrarū partibus, quos praefenti periculo fortuna ſubduixerat, proſcripti cōfluebāt. Quippe nullum habentibus ſtatum, quilibet dux erat idoneus: cum fortuna non electio, nem daret, ſed perfugiū oſtenderet, exitialemq. tempeſtatē fugientibus ſtatio, pro portu foret. Hic adolescentis erat ſtudiis rudis, ſermone barbarus, impetuſtrenuſus, manu promptus, cogitatione celer, fide patri diſſimillimus, liberto-

rum


rum ſuorum libertus, ſpecioſis inuidens, ut pareret humillimis, quem Senatus penè totus adhuc ē Pompeianis conſtantis partibus, poſt Antonii à Mutina, fugam, eodem illo tempore, quo Bruto, Caſſioque transmarinas prouincias, decreuerat, reuocatum ex Hispania, ubi aduersus eum Poſſio Aſinius Praetorius clarissimum bellum gesserat, in paterna bona reſtituerat, & orae maritiae praefecerat &c. In Cn. autem Pompei denariis, quos eius legati Pifo & Varro cum monumēto Piraticae uictoriae percuſſerunt, titulus adſcriptus eſt Cn. MAGN. PROCO. ſ. quia Pompeius contra Piratas miſſus, cum quindecim legatis Proconsulari praeditus poſteſtate id bellum confeſcit. Reliquum eſt ut de litui, & urceoli ſignis, quorum altero Pontificatus, altero Auguratus ſignificatur, quae in eodem impreſſa denario ſunt, ad eundem Sextum reſerri poſſint nec ne, uideamus. Ac de Pontificatu quidem ita ſcribit Appiani lib. v. ιππατίου διδόντα δι' ὅπουχον τὸν φίλων, καὶ τὸ μεγάλον ἵππον εἰπόμενον. hoc eſt, Ut abſens, Consulatum per quemlibet amicorum gereret, & adſcriberetur in Pontificum collegium. Auguratum uero colligere poſſumus ex hiſ Ciceronis uerbis in lib. iii. Philipp. Atque illud ſepties milles, quod adolescenti P. C. ſi popondiſtis, ita deſcribите, ut uideatur à uobis Cn. Pompeii filius in patrioſio ſuo collocatus: haec Senatus, reliqua populus Romanus in ea familiā, quam uidit ampliſſimam perſequetur. In primis paternum Auguratus locum: in quem ego eum, ut, quod à patre accepi, filio reddam, mea nominatione cooptabo, &c. Cicero nam Augurem à toto collegio expetitum Cn. Pompeius, & Q. Hortenſius nominauerunt, ut ipſe ſcribit in lib. ii. Philipp. quāuis in Bruto dicat ſe ab Hortenſio cooptatum in collegium, & inaugurateum. In ſecundo huius tabellae denario eadem Sexti effigies cum NEPTVN in nomine à Q. Nasidio eius classis praefecto impreſſa eſt: ex cuius quidē denarii titulo, & ex iis, quae ad eius intelligentiā ex Appiani li. v. bell. ciuil. & Dionis ex lib. XLVIII uerba proferā, facile intelligi poterit, inſcriptionē & effigiē Sexto oīno tribuēdā eſſe, nec ullo modo ad Cneū patrē reſerri poſſe, de quo nihil tale à ſcripторibus memoriae proditūr. οὐδὲ ποιητοῖς (inquit Appiani) οὐδὲ τοῦδε εὐκαρποῦ Ιούοῦ διενεργεῖται ηὔξει, αλλ' ἐθνεῖνον Σαλαδηρικὸν Ποσειδῶνι, καὶ ἡδὲ αὐτὸν οὐδὲ τοῦδε ποιήματος οὐδὲ ἀνευθεῖ δίς οὐδὲ θέρους πλῆσαι τὸν πολεμούσαν. φασὶ δὲ αὐτὸν ὑπὸ τοῦ διεχωριζούμενον, καὶ τὴν συνήθη τοῦς αὐτοκράτορος χλαμύδα, ἐκ φονικῆς εἰς κυνηγὸν μεταλλαξεῖ, ισποιούμενον ἄρα περὶ ποσειδῶν. hoc eſt, Pompeius ne hac quidem tot naufragiorum occaſione uifus, tantum Neptuni ſacris operabatur, & Salaciae, quorum etiam filium appellari ſe ſuſtinuit, periuſus non ſine Deo biſ ita per aeftiuos menſes hostem afflictum aduersis tempeſtatibus. Fertur eum ſuſſiblē inflatum, mutaffe paludamentum quoque, caeruleumq. ſumpſiſſe pro puniceo, adoptatum ſcilicet à Neptuno. Dionis uerba ſunt haec. καὶ Σέξιος ἔπει χαλκᾶλον ἔρθη, καὶ ιοῦτερος εἰς τὸν κολπον πορεύεται. hoc eſt, Sextus autē magis tū elatus animo, uerē Neptuni filiuſ ſe credebat eſſe, uestemq. caeruleā induit &c. His addēda ſunt Porphyronis uerba in Horatii uerſuſ illos,

Ut nuper actus cum freto Neptunius

Dux fugit uifis nauibus.

Neptuni ducē (inquit) Sextum Pompeium noli ſimpliciter dictum accipere,


S iū ſuſtendit



„ quasi qui in mari dux fuisset, sed quòd eò stultitiae processisset inflammatus re-
rum marinorum felicitate, ut Neptuni filium se diceret, & cyanea ueste obdu-
ceretur. De Q. Nasidio Sex. Pompeii classis praefecto, in Nasidia gente di-
ctum est. In tertio tabellae denario, ad insulam Siciliam, cui Sextus praeerat
designandam, Scyllae simulacrum impressum est, quale à Virgilio in Bucoli-
cis describitur in illis uersibus,

--- aut quam fama secuta est,
Candida succinctam latrantibus inguina monstris
Dulichias uexasse rates, & gurgite in alto.
Ab timidos nautas nauibus lacerasse marinis:

Haec autem ab Homero accepisse Virgilium, qui primus ea de Scylla & eius in Sicilia habitatione commetus est, omnibus opinor notum esse. In huius denarii altera parte Neptuni signum rostro nauis innixum, atque alia maris imperiū indicantia symbola impressa sunt: in quarto praeter Neptuni cum tridente imaginem, trophya de maritimis Sexti uictoriis, de quibus Appianus scribit & Dio, signata sunt cum eadem illa inscriptione, quae omnibus Sexti denariis adscripta est, M A G . P I V S . I M P . I T E R . P R A E F . C L A S E T . O R A E . M A R I T . E X . S . C . In quinto & sexto, praeter Pietatis signum, quod Cn. Pompeii iunioris, ut Appianus scribit lib. II. symbolum fuit, nihil quod notatu magnopere dignum uideatur, impressum est: nec enim de Salute dea, quae fortasse nota illa S A L significatur, quicquam memini me legisse, quod ad Sextum aliquo modo pertineat.




PRIMVS huius tabellae denarius ad Q. POMPEIVM Q. FRVFVM pertinet, qui cum L. Cornelio Sulla Consul fuit anno DCLXV. in quo quidem magistratu, ut scribit

scribit Cicero in Bruto, & Asconius in Corneliana, & Appianus lib. bel. Ciuit. à militibus Cn. Pompeii Strabonis in sacrificio occisus est. Opinor autem nummū hunc, in quo uultus ipsius expressus est, à Q. Pompeio eius nepote cusum esse; quem Sullae θυατηρίδος appellat Dio lib. XL. natum scilicet ex Cornelio L. Sullae filia, quae nups erat Q. Pompeio Rufo, qui Rufi huius Consulis filius fuit, & ab emissariis P. Sulpicii Tribuni Plebis in ipso patris consulatu interfec-
tus. Velleius lib. II. Liuui in epitoma lib. LXVII. Plutarchus in Sulla, & Appianus lib. I. Secundus denarius ad eundem Pompeium Rufum spectat, cu-
ius Praetura indicatur sella Curuli, quae in altera parte eius denarii impressa
est. Fuit autem Q. Pompeius Rufus, Praetor Urbanus anno DCLXII, ut
testatur Cicero lib. I. de Oratore, & Valerius Maximus lib. III. cap. V. SEX.
P O M P E I I . F O S T L I, qui in tertio tabellae denario notatus est, nisi is sit, qui
anno DCCXVII, Consul cum L. Cornuficio sine cognomine in Fastis descri-
ptus est, nulla apud scriptores (quòd sciām) mentio reperitur. ex iis autem
quae in altera denarii parte notata sunt, intelligere possumus eum quicun-
que fuerit, à Faustulo pastore cognomen duxisse maiores suos, significare uo-
luisse: ex Faustulo enim Fostulus, ut ex Plauto Plotus, deinde F O S T L V S, fa-
ctum est, ut ex Proculo, Proclus. De Ruminali fico & Faustulo pastore ita no-
ta sunt, quae ab antiquitatis Romanae scriptoribus traduntur, ut pudeat me
in eis uel paululum immorari. de pico tantum aue, quae in eodem denario si-
gnata est, Ouidii uersus proferam ex lib. IIII. Fastorum,

Martia picus avis gemino pro stipite pugnat;
Et lupa &c.

Laete quis infantes nescit creuisse ferino,
Et picum expositis saepe tulisse cibum,



POMPONIAM gentem plebeiam à Pompone Numae Pomпili regis filio duxisse originem, & Plutarchus scribit in Numa, & is qui monetam cūsit L. POMPONIVS, indicare primo denario uoluit. Plutarchi uerba sunt haec;

"εἰδερεῖσθαι τὸν Πομπόνιον τοῦτον Πίπιλον, Πίνην, Καλπόν, Μαμέρκον. ἐγενάκειον διαδοχὴν
καὶ γένες τῆλε κατιλατεῖν. ἔνας γάρ, ἐπὸ μὲν Πίπιλον, Λούς Πομπωνίους, ἐπὸ
δὲ Καλπόν, Λούς Καλπονίους. ἐπὸ δὲ Μαμέρκου, Λούς Μαμέρκους. οἷς διὰ τούτοις καὶ Ρήγης γινέσθαι παρανόμους,
σπερ δὲ βασικτές. hoc est, Alii supra hunc quattuor alias habuisse filios edunt
Pomponem, Pinum, Calpum, & Mamercum, quortum unumquemq; profa-
piam, & clarae successionem gentis reliquisse. Pomponis enim esse Pompo-
nios sobolem, Pini, Pinarios, Calpi, Calpurnios, Mamerci Mamercios, qui-
bus etiam ex illo cognomen Regibus sit ortum &c. Cum autem Numa rex,
ut scribit Liuius, sacra, caeremonias, omnemq; Deorum cultum populum Ro-
manum docuerit: Pontifices, Augures, Flamines, Salios, Vestales, aliosq;
sacerdotes primus instituerit, non ab re L. Pomponius capram ad Iunonis
ἀγοράν aram, cui immolabatur stantem, & Augurem dextra manu lituum tenen-
tem, cui subscriptum est NVM. POMPI. L. in altera denarii parte signauit. Sed
L. is POMPONIVS MOL, qui, ut arbitror, in secundo denario CN. F. descri-
bitur, quis fuerit, quia nulla de eo apud scriptores mentio reperitur, mihi di-
uinare non licet; nec enim L. Pomponium Bononiensem Atellanarum scri-
ptorem designari existimo, cuius Cicero, Seneca, Macrobius, & alii memine-
runt. CN. certe Pomponii filius credi potest eius esse, qui inter claros oratores
numeratur à Cicerone in Bruto. Q. Pomponius Rufus qui reliquos huius
tabellae & sequentis denarios cum imaginibus Musarum signauit, auus esse po-
tuit Q. Pomponii Rufi de quo extat mentio in aenea tabula ita inscripta.

IMP.

IMP. CAESAR. DIVI. VESPASIANI. F

DOMITIANVS. AVGSTVS. GERMANICVS. PONTIF X. MAXIMVS
TRIBVNIC. POTEST. XII. IMP. XXII. COS. XVI. CENSOR. PERPETVVS. PP
PEDITIBVS. ET. EQVITIBVS. QVI. MILITANT. IN. CHORTE. III. ALPINORVM
ET. IN. VIII. VOLVNTARIOVM. CIVIVM. ROMANORVM. QVI. PEREGRINAE
CONDICONIS. PROBATI. ERANT. ET. SVNT. IN. DELMATIA
SVB. Q. POMPONIO. RVFO. QVI. QVINA. ET. VICENA. STIPENDIA
AVT. PLVRA. MERVERVNT. &c. in fine tabula est,
DESCRIPTVM. ET. RECOGNITVM. EX. TABVLA. AENEA. QVAE. FIXA. EST
ROM AE. IN. MVRO. POST. TEMPLVM. DIVI. AVGSTI. AD. MINERVAM

Ab hoc autem Q. Pomponio, qui in ueteri inscriptione nominatur, genus du-
xisse potest C. Pomponius Rufus, qui Consul describitur cum Cn. Pompeio
Feroce in antiquo lapide, qui Romae extat huiusmodi.

LIBRO. PATRI

SANCTO. SACR

SEX. CAELIVS

PRIMITIVVS. ET

PVBLICIA. ANTULLA

VOTO. SVSCPTO

D. D

in lateribus, caper erectus uitem rodit:
à tergo incisum est,

DEDICAVERVNT

IDIB. OCTOBR

CN. POMPEIO. FEROCE

LICINIANO. COS

C. POMPONIO. RVFO

Valerius Maximus lib. 1111. cap. 14. facit mentionem Pomponii Rufi uiri erudi-
ti, qui libros scripsit collectorum, ad quem fortasse tertius tabellae denarius
referri potest, & ii, qui cum Herculis, & Musarum simulacris circumferuntur.
quamuis credibile etiam est eundem hunc Pomponium Rufum, de quo memi-
nit Valerius, denarios huiusmodi cum Musarum imaginibus in eius Pomponii
memoriam signasse, cuius hoc epigramma in CASCAM adolescentem reci-
tat Varro lib. vi. de lingua latina,

*Ridiculum est cum te cascam tua dicit amica.**Casca, Philoptonis ipsa senex puerum:**Dic tu illam pusam, sic fiet mutua muli:**Nam uerè pusus tu, tua amica senex est:*

Ex quarto autem tabellae denario, in cuius una parte Apollinis caput cum titu-
lo, Q. POMPONIVS MUSA, in altera Herculis simulacrum impressum est cū
inscriptione HERCVLES MVSARVM, colligere quisplam posset, Pomponii huius
cognomen fuisse Musam, nisi alijs argenteus item denarius obstareret, in cuius al-
tera parte expressum est caput Iouis, cum titulo R VFVS. S. C. ut est in tertio hu-
ius tabellae denario, cui ad scriptum est Q. POMPONI. MUSA; ut inde facile in-
telligi possit, MUSA nomen ad indicandum Deae signum adiectum esse. Scio
Musam Antoniae familiae & aliarum etiam fuisse cognomen: nam & Suetonius in Augusto, cap. LIX. & LXXXI. facit mentionem Antonii Musae, qui fuit medi-

medicus Augusti, & Dio. lib. l. i. sed cognomen id Pomponio Rufo nullo modo accommodari potest, nisi quis alterum quidem cognomen, alterum uero agnomen Pomponii fuisse uelit. Ego, ut quid de hac re sentiam, liberè dicam, ad duas Pomponiae gentis familias pertinere hos denarios puto, unam, quae Musae cognomen habuerit, alteram, quae Rufi. opinorq. Q. Pomponium RUFUM, alium omnino esse ab eo, qui quartum denarium signauit, quiq. MVS A sine dubio cognominatus fuit; ad quod ipse cognomen fortasse respiciens, Musarum imagines in percussis ab eo denariis expressit. Quamuis fieri etiam potest, ut uterq. Pomponius gentilis alicuius sui in poetica facultate laudem celebrare uoluerit, & Musarum simulacra huiusmodi in denariis signauerit. Sed dicendum nunc aliquid est de Musis ipsis, ac primum de Hercule Musarum, cuius aedem construxit Romae L. Marcius Philippus, ut Suetonius scribit in Augusto; licet Eumenius, siue alias sit, qui orationem inscriptis de instaurandis scholis, Fuluio Nobiliori eius aedis dictionem tribuerit, cum inquit, Aedem Herculis Musarum in Circo Flaminio Fuluius ille Nobilior ex pecunia censoria fecit, non id modo secundus, quod ipse litteris & summa poetae amicitia duceretur; sed quod in Graecia cum esset Imperator, acceperat Herculem Musagatem esse, hoc est comitem, ducemq. Musarum. Idemq. primus nouem signa, id est omnium Camoenarum, quae ex Ambraciensi opido translata sunt, sub tutela fortissimi numinis consecravit, ut res, quae à mutuis operibus iuuari ornariq. debarent, Musarum quies defensione Herculis, & uirtus Herculis uoce Musarū &c. Herculem à Lino citharisticam didicisse, in Bucolicis tradit Theocritus. cur uero communem Herculi & Musis Romani aram statuerint, docet Plutarchus in Problemat. lib. x. Musarum autem simulacra, quae in argenteis denariis expressa sunt, uariant ab iis, quae in marmoribus scalpta multis locis Romae reperiuntur; utraq. etiam ab iis, quae sunt à ueteribus scriptoribus descripta: ut in tanta denariorum, marmorum, & scriptorum uarietate, difficile sit quid quaeq. inuenierit, quod nomine appellata fuerit, affirmare. Quinti igitur huius tabellae denarii Musa potest esse, quae à Graecis Καλλιόπη dicitur, quam, quod poesim inuenierit, uolumen quoddam manu tenentem antiqui finixerunt. De ea reperitur mentio in antiquo epigrammate, hoc uersu.

Καλλιόπη σοφὴν ἡμετὸν εἰρήνηδην. hoc est,

Calliope heroi monstrauit carminis artem.


Sexto denario designatur fortasse Musa, quae à Graeco poeta appellatur hoc uersu,

Κλείδω καλλιχρέος οὐδέποτε μολπήν. hoc est,

Clio dulcioriae citharae modulamina prompta:

Itaq. quod citharisticam inuenierit, cum cithara ueteres eam finixerunt;

De



DE MVS A, quae in primo huius tabellae denario impressa est, nullo modo dubitari potest, quin ea sit, quae οὐρανία à Graecis nominatur. de ea facit inentionem Cicero lib. i. de Diuinat. & Graecus poeta illo uersu,

οὐρανίη τὸ λόγον σὺν περ, καὶ οὐρανίων χρῆστες. hoc est,

Urania astrorumque chorū, caelique rotatus.

Secundi denarii Musam opinor esse, quae à Graeco poeta Εράτη nominatur hoc uersu,

Ἐρατης διαβάτην Εράτη πολυτερίας εἶπεν. hoc est,

Ast Erato diuum incundos reperit hymnos.

Eadem elegiam inuenit, & ab Ouidio describitur, qualis in hoc denario expressa est,

Flebilis indignos Elegeia solue capillos,

Ab nimis ex uero nunc tibi nomen erit.

Tertii denarii Musa, quine ea sit quae à Graecis dicitur Εὐτέρη dubitandum non est: Quod autem tragodiam inuenierit, personam manu tenens singitur. eius quoque mentio extat in Graeco epigrammate,

Εὐτέρην οὐρανίον χορῶποληχέα φωνή. hoc est,

Euterpe chori tragicī resonabile cārmen.

In quarto denario Musa signata est, quā Graeci Θάλη uocant, quae, quod coemoediā inuenierit, ipsa quoque personam altera manu gerit, altera Herculis clauam, quod huic deo comoedia dicata sit, ut ex Aristophanis comoedia intelligi-

telligitur, quae *Euterpe* inscripta est. Graecus poeta de Thalia ita canit.

*Καμικὴ εὖρε Θάλεια βίον της, καὶ θεα καθεύδει. hoc est,
Comica uita Thalia tibi est, moresque reperti.*

Quinti denarii Musa potest esse, quae *Melpomene* appellata est, quaeque à Graeco poeta ita describitur,

*Μελπομῆνη διητοῖσι μελέπορα βαρβίτονη. hoc est,
Melpomene dulci concentu barbita mouit.*


Horatius tamen in li. i. Carmin. ode. i. barbiton Polymniae tribuit hoc uersu,

--- si neque tibias
*Euterpe cohabet: nec Polyhymnia
Lesboum refugit tendere barbiton.*

Sextus denarius Musam refert à Graecis appellatam *Terpsichore*, quae à Graeco poeta ita descripta est,

*Τερψιχόρη πάρετεχνηνος αὐλοῦς. hoc est,
Grataque Therpsichore calamos inflare paravit.*

Horatius autem in eo, quod supra adduximus carmine, tibias Euterpeae tribuit.




NONA MUSA, quae *Polyhymnia* à Graecis appellatur, in primo huius tabellae denario notata est. De ea facit mentionem Graecus poeta hoc uersu,

*Τίβιας ὄρχηματος πολύμυτα πάνορφος εὗρε, hoc est,
Harmoniam numeris saltusque Polymnia iunxit;*

Barbi-

Barbiton quod Polyhymniae, ut diximus, Musae tribuit Horatius, cuiusmodi fuerit, ex eo, quod in denario impressum est, cognosci potest. Musa, quae in secundo denario impressa est, Euterpen sine dubio refert; quam, tragoidiam inuenisse supra scripsimus. in quo quidē denario peccatum fuisse ab eo, qui moneta cusit, suspicari aliquis meritò potuisset, quod alterae duorum denariorum partes simul coniunctae in eo videātur, nisi denarios huiusmodi à duobus cūsos Pōponiis fuisse, quorū alter Rufus, alter Musa cognominatus fuerit, supra monūsse mus. libet autē hic subiicere Latini poetae uersus quosdam, qui inter Virgilii poemata leguntur, quod ad Musas, quae sunt in his denariis expressae, maxime faciant; quamuis sint paullum à Graecis illis, quos supra adduximus, diuersi.

*Carmina Calliope libris heroica mandat:
Clio gesta canens transactis tempora reddit:
Dulciloquis calamos Euterpe flatibus urget:
Melpomene tragicō proclamat maesta boatu:
Terpsichore affectus ciubaris mouet, imperat, auget:
Plectra gerens Erato saltat pede, carmine, uultu:
Signat cuncta manu, loquitur Polyhymniagestu:
Vranie caeli motus scrutatur, & astra:
Comica laſciuo gaudet sermone Thalia:
Mentis Apollineae uis has mouet undiq. Musas:
In medio residens complectitur omnia Phoebus.*



PORCIAE gentis plebeiae M. Catonem, qui Censorius appellatus est, Tusculo municipio oriundum, auctorem extitisse, inter scriptores satis constat:


stat: de eo enim ita scribit Cicero in lib. ii. de legibus. Vt ille Cato cum esset
 „ Tusculi natus, in populi Romani ciuitatem suscepimus est: itaque cum ortu Tu-
 „ sculanus esset, ciuitate Romanus, habuit alteram loci patriam, alteram iuris. Ex-
 „ stat fragmentum uitae Catonis, quam scripsit Aemilius Probus, cuius initium
 „ est. Cato ortus municipio Tusculo, adolescentulus, priusquam honoribus ope-
 „ ram daret, uersatus est in Sabinis, quod ibi heredium a patre relictum habe-
 „ bat &c. cum his consentiunt illa Plutarchi in Catone. *Mέρη τοῦ Κατῶνος περὶ τοῦ Τυ-
 „ κουλοῦ γένους, διάτασσος τοῦ πολέμου σπαθίων, καὶ τῆς πολιτείας τοῦ πόλεως Σαβίνων.*
 „ hoc est, M. Catonem ferunt Tusculo oriūdum habitasse & uitam egisse, prius-
 „ quā stipendia ficeret, & Remp. capesseret, in praediis paternis in Sabinis. Vel-
 „ leius lib. ii. M. Catonem, inquit, nouum etiam urbis inquinilū &c. Catonis ex-
 „ stat Hermes, inscriptus M. P O R C I V S M F C A T O C E N S O R I V S, de quo in li-
 „ bro imaginum a nobis nuper edito abunde scripsimus. Porciae autem gentis
 „ reperiuntur L I C I N O R V M, L A E C A R V M, & C A T O N V M familiae L. P O R-
 „ C I V S L I C I N V S, qui in primo denario notatus est, Praetor fuit an. D C X. Liuius
 „ lib. xxxix. Consul cum P. Claudio Pulchro, an. D L X I X. idem Liuius lib. xxxix.
 „ Ab eo fortasse factum est nobile illud epigramma, quod Agellius profert in lib.
 „ xix sub nomine L. Porci Licini,

*Cubodes ouium, teneraeq; propaginis agnum,
 Quaeritis ignem? ite huic quaeritis? ignis homo est.
 Si dixi attigero, incendam sanguinem simul omnem:
 Omne pecus flamma est, omnia quae video.*

Sed cum in eodem hoc denario L. Licinii & Cn. Domitii, qui Censores fuerunt
 anno D C L X I, nomina adscripta sint, uidendum an denarius L. Porcio alicui
 tribuendus sit, qui fuerit superioris Licini nepos, aut consanguineus: nisi malim
 mus Licinium & Domitium Triumuiros sive Monetales cum L. Porcio eo,
 qui fuit Praetor, & Consul, iisdem affectos praenominibus, nominibusque, qui-
 bus usi sunt ii, quos diximus Censores sive anno D C L X I. Secundus denarius po-
 test ad C. P O R C I V S C A T O N E M pertinere, qui anno D C X X X I X Consul cū M.
 Acilio Balbo in Fastis describitur. potest etiam ad C. C A T O N E M referri, qui
 Tr. Pl. fuit anno D C X C V I I. Cicero lib. i. ad P. Lentulum. i. ad Q. Fratrem, &
 Dio lib. xxxix. in quo quidem Tribunatu (ut scribit Fenestella lib. xxii. annaliū
 apud Nonium) turbulentus nec imparatus ad dicendum, concionibus affiduis
 inuidiam & Ptolemaeo simul, cuius reductionē impeditiebat, & P. Lentulo Con-
 fusi, paranti iam iter, secundo populi rumore concitauit. Tertius tabellae de-
 narius & quartus ad M. C A T O N E M pertinent M. Catonis Censorii pronepotē,
 „ de quo ita scribit Velleius lib. ii. Hic genitus proano M. Catone, principe illo fa-
 „ miliae Porciae, homo uirtuti simillimus, & per omnia ingenio diis, quā homi-
 „ nibus propior, qui nunquam recte fecit, ut facere uideretur, sed quia aliter fa-
 cere non poterat. Agellius lib. xiii. cap. xviii. M. Cato (inquit) non cognomen-
 „ to Nepos, sed M. Catonis Censorii ex filio nepos: qui pater fuit M. Catonis
 „ Praetorii viri, qui bello civili Uticae necem sibi gladio manu sua consciuit, de-
 „ cuius uita liber est M. Ciceronis, qui inscribitur laus M. Catonis, quem in eo-
 „ dem


dem libro idem Cicero pronepotem sive dicit M. Catonis Censorii &c. Cum „
 „ a uitem in tertio denario M. hic Cato PROPR. descriptus sit, opinor designari an-
 num Vrbis D C X C V, quo P. Clodius Tr. Pl. legem promulgauit de Ptolemaeo
 rege Cypri, ut bona eius publicarentur, & regnum in prouinciae formam re-
 digeretur: idque negotium M. Catoni Propraetore mandatum est. Plutarchus
 in Catone, Appianus lib. ii. Dio lib. x x x v i i. Sed Velleii uerba, quae legun-
 tur in lib. ii. denarii inscriptionem maxime illustrant. P. Clodius, inquit, in
 Senatu sub honorificissimo titulo M. Catonem à Rep. relegauit. quippe le- „
 „ gem tulit, ut is Quaestor cum iure Praetorio, adiecto etiam Quaestore mitte- „
 „ retur in insulam Cyprum, ad spoliandum regno Ptolemaeum, omnibus morū „
 „ vitiis eam contumeliam meritum &c. Nihil enim aliud est Quaestor cum iure „
 „ Praetorio, quam Quaestor Propraetore. Potest etiam credi M. Cato in Africa „
 „ cum Iuba & Scipione Propraetore sive, quibus, ut scribit Hirtius initio mensis „
 „ Aprilis à Caesare superatis, paucis post diebus Uticae sibi mortem consciuit.
 De M. Catonis Practura meminit Paedianus in oratione pro M. Scauro; quem
 quidem Scaurum à C. Triario repetundarum postulatum, à Cicerone defensum
 sive scribit apud M. Catonē Praetorē. Victoriae simulacrum, quod in altera de- „
 „ nariorū parte expressum est, pertinet, ut arbitror, ad ea, quae de M. Catone fe- „
 „ niore tradit Liuius lib. xxxv. Isidē diebus, inquit, aediculam Victoriae virginis „
 „ prope aedem Victoriae M. Porcius Cato dedicauit, biennio postquam vout. & „
 „ P. Victor in viii. regione Fori Romani. Aedes, inquit, Victoriae cum alia aedi- „
 „ cula Victoriae virginis, dedicata à M. Porcio Catone fuit. Ex denarii autē in- „
 „ scriptione VICTRIX, suspicari quispiam possit, apud Liuium, & Victorem, Vi- „
 „ tricis pro Virginis reponendum esse. M. P O R C I V S L A E C A in quinto denario no- „
 „ tatus, is est quem cum Catilina coniurasse scribit Sallustius in coniuratione Ca- „
 „ tilinae, in cuiusque domum coniuratos conuenisse D. Silano L. Murena Coss.
 anno D C X C I, tradit Cicero pro P. Sulla. damnatus postea fuit lege Lutatia ex
 iudicio L. Vettii Iudicis cum P. Autonio, Ser. Sulla, L. Vargunteio, C. Corne- „
 „ lio. Cicero in eadem oratione, & Dio. De P. autem L A E C A, qui sextum dena- „
 „ rium cusit, nullam reperio apud scriptores mentionē. Quicunque tamen fie- „
 „ rit, ut familiae suae memoriam celebraret, legis Porciae, quae virgas à ciuium „
 „ Romanorum corpore amouit, in altera denarii parte monumentum, adiecta „
 „ inscriptione P R O V O C O, signauit. de ea meminit Cicero lib. v i i. in Verr. &
 „ pro C. Rabirio. Porcia lex, inquit, libertatem ciuium libertori eripuit. Liuius lib. „
 „ x. Eodem anno M. Valerius Cos. de prouocatione legem tulit diligentius san- „
 „ ctam. Tertiō ea tum post reges exactos lata est semper à familia eadem. cau- „
 „ fam renouandae saepius haud aliam fuisse reor, quam quod plus paucorum „
 „ opes, quam libertas plebis poterat. Porcia tamen lex sola pro tergo ciuium „
 „ lata videtur: quod graui poena, si quis verberasset, necasset ciuem Ro. San- „
 „ xit: Valeria lex, cum eum, qui prouocasset, virgis caedi, securique necari ue- „
 „ tuisset: si quis aduersus ea fecisset, nihil ultra quam improbè factum adie- „
 „ cit &c. Sallustius in Catilina. Sed per Deos immortales, quamobrem in sen- „
 „ tentia non addidisti, ut prius verberibus in eos animaduerteretur? an quia „
 „ lex Porcia vetat? In alio autem denario vir togatus, qui medius est inter „
 „ T. liste.

lictorem, & eum qui prouocat, in sella quadam sedens expressus est: ut facile inde intelligamus, magistratum cum designari, ad quem prouocatio huiusmodi fieret.



POSTVMIA gens patricia, Romae floruit post exactos reges, in plures diuisa familias, quarū nobilissima fuit, quae in denariis reperitur ALBINORVM. Illud autem in hac gente memoratu maximè dignū, quod ad interitū usq. Reip. nullus in ea plebeius fuerit, sed in patriciorū ordine cōstanter permāserit. A. ALBINVS, qui in huius tabellae denariis S.F. describitur, ut opinor, is est, qui frater fuit, & legatus Sp. Postumii, Sp. F. qui Consul anno DCXLIII cū Q. Minucio Rufo Numidiā Prouinciā obtinuit. Sallustius in Iugurthino . Albinus, inquit, Aulo fratre in castris Propraetore relicto Romā decessit. & paulo post. ea mora in spem adductus Aulus, quē Propr. in castris relictū supra diximus &c. In altera autem primi denarii parte nō est dubiū, quin Albinus hic, ut maiorū suorū monumēta celebraret, pugnā illam expresserit, in qua A. Postumius Dictator anno CCLVII ad lacū Regillū cū Latinis dimicās, Sex. Tarquiniū Superbi regis filiū interfecit. Dionysius lib. vi. & Liuius lib. i. quamvis Liuius à Gabinis occisum fuisse Sextum dicat: alios scilicet secutus annales, & quidem diuersos ab iis, quos natus est Dionysius, & is, qui denarios cusit, Albinus. Ad eundem autem A. Postumium pertinent ea, quae in secundi denarii altera parte signata sunt: cui quidē cōtra Latinos ad lacū Regillū, vt dictū est, pugnati, Castor cū Polluce fratre auxilio uenisse dicitur, & post pugnā ad lacū Iuturnae suū, equorumq. sudore abluisse, in quo eis loco aedes cōstructa fuit. Dionysius lib. vi. Valerius Max. li. i. cap. viii. Plutarchus in Coriolano. Plinius de viris illustribus, & Liuius lib. i. qui in his narrādis aliquantū ab aliis dissentit. Plinii verba, quod denariū maximè illustrat, cō libētiā adscribā. Tarquinius, inquit, cieetus, ad Mamiliū Tusculanū generū suum

sū confugit, qui cū Latio concitatō Romanos grauter urget, A. Postumius Dic̄tator dictus, apud Regillū lacū cū hostib⁹ conflīxit. vbi cū victoria riuta, Magister Equitū equis frenos detrahi iussit, vt irreocabili impetu ferretur, ubi & aciē Latinorū fuderunt, & castra ceperunt. sed inter eos duo iuuenes can didis equis insigni virtute apparuerunt, quos Dic̄tator quæsitos, vt dignis mūneribus honoraret, nō reperit. Castorem, & Pollucem ratus, cōmuni titulo dedit, cavit &c. A. autē hunc Postumiu, Regillensem ex ea victoria dictū fuisse, & de Latineis eodem anno primum triumphasse, iidem scriptores tradunt.



PRIMVS huius tabellaē denarius pertinet ad L. POSTVMIVM. ALBINVM Flaminem Martiale, de quo meminit Liuius li. xlvi, his verbis. Flamen Martialis in auguratus est eo anno L. Postumius Albinus &c. annus tūc Vrbis fuit DLXXXVI, & Cōsules Q. Allius, M. Junius. Ad hoc autē indicandū sacerdotiū, apicē Flaminii insigne, in altera denarii parte Postumius signauit. De A. Postumio Albino Flamine Martiale & Cōsule, quē Metellus Pont. Max. cū ad bellū gerendū profici sci vellet, in vrbe tenuit, facit mentionē Florus li. xxix. & Valerius Max. lib. i. cap. i. sed ad priorē Postumiū argēteus denarius spectat, qui Lucii praenomine affectus fuit. C. autē Postumivs, qui in secundo tabellae denario descriptus est, licet à nullo, quod sciam, veterum scriptorū hominetur, Diahae tamē caput, & ei dicatus canis, qui est in altera denarii parte, ad Saeculares ludos indicandos, de quo in tertio denario dicemus, signatus, facit vt suspicer, patrē eū fuisse, vel cōsanguineū Postumii, qui tertiu & quartū huius tabellae denarios cusit; in quibus cū duo Postumiae gētis præclara monumēta expressa sint, primū A. is Postumius quis fuerit quaerendū est, deinde denariorū historia explicāda. A. igitur Postumius, quod A. F. S. N. in duobus denariis descriptus sit, credi potest filius fuisse. A. Postumii eius, quē à Sp. Postumio fratre, cui Consuli Numidia obuenerat.

T. ii legatum

legatū Propraetore in prouincia ad bellū cōtra Iugurthā gerendū, relictū fuisse in superiorē tabella ex Sallustio docuimus: qui quidem Aulus Sp. Albini Magni filius fuit, Consulis anno DCV. Tertius denarius ab eodem (ut opinor) percussus est in memoriam A. Postumii Albini qui ut scribit Liuius lib. xlii. xuir sacris faciundis factus est anno DLXXXI. P. Aelio Ligure, C. Popilio Laenate Cos. quiq; ludis Saecularibus quartis Magister xuirorum, aut certe xuir interfuit, cū in eo collegio fuisse annos plus minus uiginti quinq; si Censorinū, & quos ipse fecutus est scriptores, qui tamen de anno inter se paululum dissident, nos quoq; sequi uelimus. xuiros autem & postea xvuiros ludis Saecularibus praefuisse, & Tacitus lib. ii. testatur, & inscriptio haec Capitolina confirmat,

LVDI SAECVL ARES. TERT
M. AEMILIO. M. F. MAG. XVIR
M. LIVIO. M. F. M. N. SALINATORE

Ad hos uero Saeculares ludos spectant ea quae in tertio denario impressa sunt, Diana scilicet imago, in cuius honorem ludi celebrabantur, & bos ad aram stans in monte erectā, quod id animal his ludis Apollini & Diana, cuius templū erat in Auentino monte, sacrificari consueuerat. Horatius in carmine Saeculari.


*Quiq; nos bobus ueneratur albis &c.
Quaeq; Auentinum tenet, Algidumq;
Quindecim Diana preces uirorum
Curet &c.*

Itaq; Magister ipse xv uirorum, siue x uirorum aera adstantis in eodem denario signatus est. De templi autem Auentinensis Diana dedicatione memoria extat in lapidis Tiburtini fragmento, quod in eius templi ruinis non multis ab hinc annis repertum est huiusmodi,

LAPIS. AVSP. S. Q. CAECILIO. METELLO
PONT. MAX. SOLLEMNI. CVM
PRAECACTIONE. PAL. POP. ROM. CONIECTVS
IN. FUNDAMENTA. PORTICVS. MINER . . .
AVENTINENS. AB. LATER. COLL . . .
VIC. ARMILVSTR. D
IN. NVNC. D. AVGVR. AVSPI
TEMPL. CONSECRATA
M. CASCELL. AED. CVR

Arae uero Diana, quae in Auentino monte fuit, mentio est in antiquis duabus inscriptionibus, quarum altera Narbone reperta est, altera Salone. uerba ex Narbonensi descriptissimus tantum haec; CETERAE. LEGES. HVIC. ARAE. TITVLISQ;. EAEDFM. SVNTQ;. VVAE. SVNT. ARAE. DIANAE. IN. AVENTINO &c. ex altera uero haec; CETERVM. LEGES. HVIC. ARAE. EAEDFM. SVNTQ;. VVAE. ARAE. DIANAE. SVNT. IN. AVENTINO. MONTE. DICTAE. Narbonensi autem inscriptioni Consules adscripti sunt, T. Statilius Taurus & L. Caſſius Lōginus x. Kal. Octob. in ea

in ea uera, quae Salone reperta fuit, L. Aelius Caesar ii. & P. Coelius Balbinus Vibullius Pius v i. id. Octobr. Quartus denarius ab eodem A. POSTVMIO cusus est, ad illustrandum, ut opinor, L. Postumii Albini Propr. de Vaccais & Lusitaneis ex Hispania ulteriore triumphum, actum anno DLXXV, cuius meminit Liuius lib. xli. Qui quidem Postumius is est, quem supra ex primo huius tabellae denario, & Liui lib. xlvi, Flaminem Quirinalem inauguratū fuisse diximus.




PROCILIAM gentem è Lanuio municipio oriundam fuisse, intelligere possumus ex eo, quod L. PROCILIVS, qui huius tabellae denarios cusit, Iunonis Sospitae simulacrum, quae Lanuuii colebatur, quale describit Cicero in oratione pro L. Murena, & li. i. de legibus, in eis signauit: cuius uerba, quod primi denarii notam maximè illustrent, eò libentius subiiciam. Tam Hercole (inquit) quam tibi illam nostram Sospitam, quam tu nunquam ne in somnis quidem uides, nisi cum pelle caprina, cum hasta, cum scutulo, cum calceolis repandis &c., Liuius lib. v i. Lanuiniis ciuitas data, sacraque sua redditum cum eo, ut aedes, lucusque Sospitae Iunonis communis Lanuiniis municipibus cum populo Romano esset. & lib. xix. In aede Iunonis Sospitae Lanuuii cum horrendo fratre strepitum editum &c. P. Victor in x. regione, hoc est, in Palatio aedem Matris deum collocat, cui fuisse dicit conterminum delubrum Sospitae Iunonis. Eius delubri Kal. Febr. dedicati meminit Ouidius lib. ri. Fastorum, apud quem mendosè pro Lanuio scriptum est Laninium. sed idem error irreperitur cum in alios scriptores, tum in Sili uersum ex lib. xiii.

*Lanuio generate, inquit, quem Sospita Iuno.
Dat nobis Milo &c.*

T iii Erat

Erat enim scribendum Laniuio. In aereo autem Antonini Pii Imp. numisimatae, hoc ipsum Iunonis Sospitae simulacrum, & Lanuuinus serpēs expressus est cum inscriptione SISPITA: de qua ita scribit Festus: Sispita Iunonem (sic enim uerba Festi corrigenda sunt) quam uulgō Sospitam appellant, antiqui usurpabant cū ea uox ex Graeco uideatur sumpta, quod est σοσπίτης &c. opinor autem Iunonem cum caprina pelle (ut inquit Cicero) ab antiquis fictam fuisse, quod ei caprae immolarentur, à quibus οἰνόποιοι appellata à Spartanis fuit, ut scribit Plinius lib. xxxv. cap. viii. PROCILIV s igitur, qui tabellae denarios percussit, cuius, ut arbitror, meminit Cicero in lib. ii. ad Q. Fratrem, ut se Lanuuinum esse, uel maiores suos inde ortos indicaret, Iunonis Sospitae signum cū Lauuino serpente, de quo infra dicemus in gente Roscia, in eis impressit.




QVINCTIAM gentem, Alba diruta, Romam à Tullo rege translatam fuisse, & inter Patricios cooptatam scribit Liuius li. i. cum inquit. Principes Al- banorum in patres, ut ea quoq. pars Reip. cresceret, legit Tullios, Seruilius, Quinctios, Geganios, Curiatiros, Cloelios. Eadem de his familiis narrat Dionyius li. i. apud quem pro *Kointrios*, ut est in uulgatis libris, corrigendū *Kontrios*. Eius uerba sunt haec: βουλὴ δὲ μετὰ καὶ ἀρχῆς λαρυβάρεν τοὺς τοῦ οἴκους, Τούλιους, Σερουλίους, Γεγανίους, Μαικιλίους, Κοιντρίους, Κλεολίους. hoc est, In Senatum uero & ad magistratus ge- rendos admitti familias has, Iulios, Seruilios, Geganios, Maecilius, Curiatiros, Quinctios, Cloelios &c. Alterius autem Quinctiae quae fuit plebeia, facit me- tionem Cicero in oratione pro A. Cluentio, & Liuius lib. xxiii, ex qua genus duxit L. Quinctius Tr. Pl. homo humili loco natus. T. CRISPINVS SVLPICIANVS, qui huius tabellae nummos signauit, is est, qui Consul fuit anno DCCXLIII cum Nerone Claudio Druso, cuius Consulatus mentio est in antiqua inscriptione, quam in Caesia gente protulimus. è Sulpicia uero familia in Quinctiam iure adoptio-

adoptionis insertus, T. QVINCTIVS CRISPINVS SVLPICIANVS appellatus est. Ad eū existimabat amicus meus scriptam esse Horatij oden xi. lib. i.

*Quid bellicosus Cantaber, & Scythes
Hirpine Quinti cogite &c.*

Malè enim inscriptam esse ad Q. Hirpinum, pro Quintium Crispinum: atq. in Horatii uersu, pro Hirpine Quinti, legendum esse, Crispine Quinti. Mihi amici mei coniectura ualde placeret, si eam unus saltem antiquus liber adiuuaret. cum autem omnia, quae uiderim, scripta exemplaria repugnant, nihil temerè mutandū censeo. De hoc, ut opinor, Crispino dixit Velleius lib. ii. Quintiusque Crispinus, singularem nequitiam supercilios truci protegens, & Ap. Claudio, & Sempronius Gracchus, ac Scipio, aliiq. minoris nominis, utriusque ordinis uiri, quasi cuiuslibet uxore uiolata, poenas pependere, cum Caesaris si- liam, & Neronis uiolasse coniugem &c.




RENIAB gentis nulla apud scriptores, quos ipse legerim, mentio reperitur. neque uero RENIAB ipse, qui denarium cusit, ab aliquo veterum historicorum nominatur, unde quis fuerit, quóue respiciens, hircos currum trahentes in denario signauerit, scire possimus. Alii, non hircos, sed renos esse, qui currum ducent, opinantur: affirmantque ex veteris scriptoris auctoritate, animal id esse hirco perquā simile, à quo fortasse Renius nomen familie suae deductum fuisse, indicare uoluerit: multa enim nomina, ut inquit Varro lib. i. de re rustica cap. i. ab utroq. pecore habemus, ut Porcios, Ouilios, Caprilios, Equitios, à porcis, ouibus, capris, equis. In antiqua quadam inscriptione nominatur M. RENIAB T. I. CAESARIS SERVVS, cuius exemplum est huiusmodi,

M. RENIAB

FAMILIAE ROMANAЕ

M.RHENIVS.LIBER.XYSTVS.TI.CAESARIS.SER
GERMANIC.APOOLLONIO.VICARIO.SVO.AMICO.XX
C.LVRIVS.IVCVNDVS.ESEDARIVS.V.A.XXV
FILIA.MATRI
HVIC MONIMENTO VSTRINVM APPICARI NON LICET.



Rosciam gentem plebeiam fuisse, uel ex eo constat, quod L. Roscius Otho, qui Tr. Pl. legem theatralem tulit, ex ea ortus fuit. E Lanuuiu uero municipio uenisse, colligere possumus ex iis, quae in huius tabellae denario ad indicandam gentis originem à L. R. O S C I O impressa sunt; Iunonis scilicet Sospitae simulacrum, de quo diximus in gente Proculia, & Lanuuius draco, de quo extat Propertii elegia in lib. IIII. inscripta de Cynthia & dracone,

Lanuui anno si uetus est tutela draconis,

Hic ubi tam rarae non perit hora morae.

Quà sacer abripitur caeco descensus hiatu,

Quà penetrat uirgo, tale iter omne caue.

Ieiuni serpentis bonos cum pabula poicit

Annuia, & ex invasibila torquet humo.

Talia demissae pallent ad sacra pueriae,

Cum temerè anguino creditur ore manus.

Ille sibi admotas à virgine corripit escas,


Virginis in palmis ipsa canistra tremunt.

His autem Propertii versibus altera denarii pars mirificè illustratur, L. ROSCI

FABA-

EX ANTIQ. NUMISMATIB.


FABATI, qui ut ex libris commentariorū intelligitur, Caesaris in Gallia legatus fuit, mentio est in epistola Asinii Pollionis ad Ciceronem XXXIII. lib. X. Quòd autem fuerit Lanuuius, satis indicant ea, quae apud Ciceronem in lib. I. de Diuinatione, de hoc ipso Roscio leguntur. Quid, inquit, amores, ac deliciae tuae Roscius? nūn aut ipse, aut pro eo Lanuuum totum mentiebatur? qui cū effet in cunabulis, educareturq. in Selonio (qui est campus agri Lanuuii) no, & is lumine apposito, expercta nutrix, animaduertit puerum dormientem cumplicatum serpentis amplexu, quo aspectu exterrita clamorem sustulit. Par autem Roscii ad Aruspices retulit, qui respōderunt, nihil illo puero clarus, nihil nobilius fore &c.



RUBRIAE gentis plebeiae facit mentionem Cicerō in libro de claris oratoribus, Appianus lib. I. bell. ciuil. & Plutarchus in Tr. & C. Gracchis, in quo quidem libro nominat Rubrium Tr. plebis, Gracchi in Tribunatu collegam, qui rogationem tulit de colonia Carthaginem à Delphione eversam deducendā. Caesar autem in lib. de bello ciuil. meminit L. Rubrii, qui Pompejanarum partium cum esset, Corfinii captus cū Domitio fuit, quem nos eum esse existimamus, qui huius tabellae denarios cusit. Caesaris herba, quia RUBRIVS hic, quis nam fuerit, aperte indicare uidetur, è libertus subiteiam. Caesar ubi illuxit, omnes Senatores, Senatorumque liberos, Tribunos militum, Equitesq., Romatos ad se produci iubet. erant Senatorii ordinis L. Domitius, & P. Lentulus Spinther, L. Vibullius Rufus, Sex. Quintilius Varus Q. Quæstor, L. Rubrius, praeterea filius Domitii, aliquæ complures adolescentes, & magnus numerus equitum Romanorum, & Decurionum, quos ex municipiis Domitius euocauerat. hos omnes productos à contumeliis militum, conuictisque prohibet: pauca apud eos loquitur, quod sibi aperte eorum gratia relata non sit, prō suis

suis in eos maximis beneficiis: dimittit omnes incolumes &c. Is est, ut opinor, L. Rubrius, cuius hereditatem M. Antonium inuasisse scribit Cicero lib. ii. Philipp. Idemque Macedoniae Praetor à Plutarcho describitur in Catone maiore: atque in Caesarem cum aliis coniurasse dicitur, ut tradit Appianus lib. ii. bell. ciuil. quamvis eius, qui Caesarem interfecit, cognomen fuerit Rex; huius autem, ut ex nummi titulo cognoscimus, Dossenus, siue ut est apud Horatium in epistola ad Augustum lib. ii. Dorsenus: (dossum enim antiqui dicebant, pro dorsum) Videtur autem Rubrius hic, quicunque fuerit, familiae suae monumentum aliquod celebrare uoluisse, cuin anguem aerae inuolutum, & attollentem caput, in primo argenteo nummo, & sexto aereo signauit. Aut enim Salutis aedem ipse restituit, aut maiorum suorum aliquis, unus fuit ex iis legatis, qui ad accersendum ex Epidauro Aesculapium, missi sunt. Liuius li. xi. & Valerius Max. lib. i. cap. viii. Serpentem autem dicatum esse non modo Aesculapio, sed eius etiam filiae Hygeiae, quam Romani Salutem uocarunt, neminem arbitror esse, qui nesciat. In primi denarii altera parte praeter ipsam Salutis aram, Victoriae quoque signum adiectum est, quo indicari opinor Rubriae gentis insignem aliquam de hostibus populi Romani victoriam. Thenfa vero, quae in secundi & tertii denarii altera parte impressa est, pertinet (quantum ego coniice possum) ad ipsius Rubrii sacerdotium aliquod uel maiorum suorum alicuius. Erant enim thenfae Pontificum, ut ex his Ciceronis uerbis in oratione de Aruspium responsis intelligere possumus. Te appello Lentule, cuius sacerdotii sunt thenfae, curricula, praecensio, ludi, libationes &c. erant & Aedilium, ut ex eiusdem lib. vii. in Verr. colligi potest. Omnes, inquit, Dii, qui uehicularis thenfarum solempnes coetus ludorum initis &c. His accedit Festi quoque aucto ritas, qui thensam (inquit) uocari Sinnius Capito ait, uehiculum quo exuiae deorum ludicris Circensibus in Circum ad puluinar uehuntur. Fuit & ex ebore ut apud Titinium in Barbato, & ex argento &c. Aut igitur Aedilitatem à se gestam, uel maiorum suorum aliquo, significare Rubrius uoluit, aut Pontificatum siue aliud sacerdotium, quod thensis uteretur: uel certè (quod magis placet) ad thensam. Caesari Dictatori decretam respexit, cuius meminit Suetonius cap. l. xxv. bis uerbis: Non enim modò honorēs nimios recepit &c. Sed ampliora etiam humano fastigio decerni sibi passus est: sedem auream in curia & pro tribunali, thensam, & ferculum Circensi pompa, templa, aras, simulacra iuxta Deos, puluinar, Flamincm, Lupercos, appellatiōnē mensis eius nō mine &c. Verisimile autem est Rubrium Corfinio capto incolumen à Caesare dimissum, ac illi postea amicum factum: thenfae honorēm huiusmodi à Senatu ei decretum, in cuius se denariis celebuisse, vel ut nouam à Caesare gratiam iniret, vel ut veteris accepti beneficii referret. Thenfas huiusmodi à diuinitate dictas Asconius putat, hoc est, et ratiōne eius uerba ex ut. Virgina sunt haec. Thenfae sunt sacra uehicularia: Pompa, ordinum, & hostiarum. Thenfas alii à diuinitate dici putant: alii quod ante ipsas lora tenduntur, quae gaudēt manutere & tangere, qui eas deducunt. Seruius in explicatione Virgiliani versu. Hic currus fuit &c. thensam significari scribit, qua Deorum simulacra portantur. De thenfis Linius lib. v. Quae Augustissima inquit vestis est thenfas ducentibus,

centibus, triumphantibus: ea vestiti medio aedium eburneis sellis federe. ex quibus Liuii verbis ita corrigendum arbitror Suetonii locū in Augusto. Quād forte ludis Circensibus duceret pompam &c. In quarto tabellae denario nihil est aliud, praeter Triumvirorum Monetalium nomina, notatu dignum, quae singulis litteris singula ita indicantur, vt L. R. possit etiam L. Roscius interpretari.



RUSTIA gentis mentio est in antiqua hac inscriptione, cuius exemplum Tiburi descriptimus,


C.RVSTIVS.C.F.FLAVOS.ITER
L.OCTAVIVS.L.F.VITVLVS
III.VIR.D.S.S
VIAM.INTEGENDAM
CVRAVER

et in tabula Sutrina, in qua PONTIFICES.A.COLONIA CONIVNC. IULIA SVTRIN. IN ORD.RELAT. inter eos enim Pontifices descriptus est L. RUSTIVS L.F. Plutarchus autem in Crasso & Appianus in Parthico mentionem faciunt Rustii, qui sub Crasso contra Parthos militauit, in cuius impedimentis Aristidis Milesiaca lasciuos libros repertos fuisse scribunt. Ήν δὲ γενολατρικούς Σελευκίους (inquit Plutarchus, & qui ex eo ad uerbum descriptis Appianus) ἀδριανούς Βιβλιάτων Αριστέων Μιλησιακῶν, οὗτοι τιθέσθαι λαζαρεούσιοις. Ιερόν γαρ ἐπί τοις Ρεστούσιοις φύροις. καὶ παρέχεται Σελευκίους πολλούς, καὶ λαζαρεούσιοις πομπαῖς, εἴη δὲ πολεμούντας ἀπέχεσθαι προμήτας καὶ γραμμάτας δύνανται Ιουσταντίου. hoc est, Surena Senatu coacto Seleucenium, intulit lasciuos libros, Aristidis Milesiaca inscriptos. neque fuit hoc commentarium.

„tium. fuerant enim in Rustici impedimentis reperti: praebueruntq. Surenae argumentum multis modis suggillandi & eludendi Romanos, quod nec in bello temperare his rebus & scriptis valerent &c. Haec autem Arisidis Milesiaca, ex Graeco translata L. Cornelius Sisenna, cuius librum XIII. ex Milesiis citat Flavius Sosipater Charisius. Rustici denarius nihil habet quod notatu magnopere dignum sit, praeter expressum in altera eius parte arietem, quo scilicet pecore antiquissimum aës signatum fuit, & à quo pecunia dicta est, ut scribit M. Varro in lib. II. de re rustica cap. I. Plin. lib. X VIII. cap. IIII. & Plutarchus in Poplicola. Secundus denarius à Q. RUSTICO cusus est, qui sub Augusto Triumvir curendae monetae fuit. in eo autem duo Fortunae simulacra Reducis scilicet & Antiatris, siue Antiatinae in Augusti gratiam impressa sunt. de Fortuna Reduce, quam Dio Eusebius appellat, scripsimus supra in gente Mescinia. De Antiate meminit Horatius ode XXXV. lib. I.


O' Dina gratum, quae regis Antium
Praesens uel imo tollere de gradu
Mortale corpus, uel superbos
Vertere funeribus triumphos.

„Acron interpres in hos versus ita scribit. Apud Antium, Fortunae templum est famosissimum, multorum etiam principum donis ornatum, unde ciuitas Fortunae ipsius tutela dicta est. Suetonius in Caio, cap. LVII. Monuerunt & fortis Antiatinae, ut à Cassio caueret &c. de Antiate Fortuna videndum etiam Macrobius lib. I. Saturnal.



RVTILIA gens duplex fuit, patricia scilicet, & plebeia. Eius autem cū plures à scriptoribus familiae nominentur. FLACCI tamen huius, qui tabellae denarium signa-


signauit, nullam in veteribus uel scriptorum uel lapidum monumētis intuēnire mentionem potui. Rutilii Crassi, meminit Liuius lib. III. Calui, lib. XLV. Rufi, Cicero in orat. pro Plancio. Lupi, Caesar de bello ciuili lib. I. & Quintilianus lib. I. cap. II. Censorini, Valerius Max. lib. III. cap. I. Flacci, ut dictum est, nullus quod sciam, facit mentionem.



SALVIA gentem Ferentino opido, atque ex principibus Etruriae, ut inquit Suetonius in Othono, oriundam, plebeia principio fuisse, uel ex eo intellegere possumus, quod ut tradit Appianus lib. III. bel. ciuil. ex ea natus est Saluius is, qui Tr. Pl. anno DCCX. Ciceronis sententiae de M. Antonio hoste iudicando intercessit. Cicero ep. x. lib. I x. ad Varonem. postea inter patricios à Claudio Imp. cooptatam fuisse scribit Suetonius in Othono cap. I. Q. autem SALVIVM, qui primum huius tabellae denarium cusit, opinor eum esse, qui à Velleio, Suetonio, & Diono Saluidienus Rufus appellatur: propterea quod Cōsul designatus & Imperator in denario describitur, qui quidem honos ab iisdem scriptoribus uterq; ei tributus est. Sed cur Saluius, pro Saluidienus in denariis nominatus sit, ut liberè dicā, fateor me nescire: nec enim placent ea, quae de eius adoptione à quibusdam, licet antiquitatis bene peritis, allata sunt: quia à Saluia gente Saluidiam, & à Saluidia Saluidienam, gentis item nomen, non autem adoptionis cognomen, quemadmodū à Nasidia, Cluilia, Titia, Clodia, Nasidiennā, Cluviennā, Titienā, Clodiennā ductū esse cū ex lapidū, tum ex scriptorū monumētis constat. Suetonius in Nerone cap. XXXVII. Sed ne de pluribus referā, Saluidieno „Orfito obiectū est, quod tabernas tres de domo sua circa Forū ciuitatibus ad sta „tionem locasset & cet. in Domitiano cap. x. Complures Senatores, in his ali „quot Consulares interemit: ex quibus Ciuitā Cerealem in ipso Afiae Procon „fulaū, Saluidienum Orfitū, Acilium, Glabriōne exilio quasi moltores rerum „nouarum


„ nouarum &c. Vopiscus in Saturnino. M. Saluidienus hanc ipsius orationem ve-
 „ rē fuisse dicit, & fuit reuera non parum litteratus &c. in libro veterū inscriptio-
 „ num Romae impresso, C. quidam SALVIDIENVS descriptus est, O.L. ANTULLVS.
 Sed Saluidienū gentis nomen fuisse, sexcentis cōfirmare exēplis possimus. De
 hoc autem Saluio, siue vt à scriptoribus nominatur, Saluidieno ita scribit Vel-
 leius li.ii. Per quae tēpora Rufi Saluideni scelestā cōsilia patefacta sunt: qui na-
 „ tus obscurissimis initis, parū habebat summā accepisse, & proximus à Cn. Pom.
 „ peio, ipsoq. Caesare ex Equestri ordine Consul esse, ni simul ascendisset, quō in-
 „ fra se Caesare videret & Rcmp. &c. Suetonius in Augusto cap. LXVI. Neq. enim
 „ temerē, inquit, ex omni numero in amicitia eius afflīti reperītur, praeter Sal-
 „ uidienum Rufum, quē ad Consulatū vsq. & Cornelium Gallum, quem ad Prae-
 „ fecturam Aegypti, ex infima utrūq. fortuna euixerat. Dio lib. XLVIII. I. p. 10.
 „ τὸν Σαλεύδιον ὃς καὶ οἰτινάστας απέβηται, καὶ εὐτῷ οἱ κεραῖοι πομαίνουσι φέ-
 „ γα ἀπόωκε, ἐπειδὴ τοῦτον δὲ ὑπὸ τοῦ Καισαρος προκήθη, ὃς εἰς οὐλὴν παταρού, μηδὲ βαλεντίαν ἀποδειχθῆναι, καὶ τὸν
 „ ἀδελφὸν αὐτοῦ προπολονόντα διὰ τοῦ Τιβέριδος γενύπας ἐπὶ αὐτῷ τοῦτο πανθεῶν ἐξερεχθῆναι. hoc est, Sal-
 „ uidienum Caesar, quod ab eo insidiis peteretur, necauit. ei Saluidieno, obscu-
 „ rissimo genere nato, pascenti gregem flāma ē capite emicuit. eumq. Caesar ad
 „ id dignitatis euixerat, vt Consul, cū Senator nunquām fuisse, designaretur, utq.
 „ frater eius, qui prior vita abierat, pōte in Tiberi factō super eum efferretur &c.
 Imperatorem appellatum Saluium hunc, siue Saluidienum suspicari possimus
 fuisse ex Sentinatium oppido à se captio, incensoque, cuius obsidionā à Caesare
 praepositus fuerat. Dio li. XLVIII. Cum autē scribat Liuius in epitoma li. CXXIII.
 Saluidienū Caesaris in Sicilia legatū fuisse, credi etiā potest, Imperatorem in eo
 honore à militibus appellatū, aut certē salutatū fuisse. Secundus tabellae aereus
 numimus, & tertius argenteus pertinent, ut opinor, ad M. Saluium Othonem,
 Othonis Imp. auum, de quo ita scribit Suetonius cap. I. Auus M. Saluius Otho,
 patre equite Romano, matre humili incertū an ingenua, per gratiā Liuiæ Au-
 gustae, in cuius domo creuerat, Senator est factus, nec Praeturae gradum exce-
 sit &c. Tacitus de Othonis origine eadem scribit. Origo, inquit, illi municipio
 Ferentino, pater Consularis, auus Praetorius, maternum genus impar, &c. M.
 Othonis huius filius fuit L. Saluius Otho Consul anno DCC LXXXV, ex Kal. Iul.
 suffectus, quē scribit Suetonius à Claudio Imp. inter patricios cooptatū fuisse, &
 M. Saluiū Othonē qui postea Roma imperavit, & L. Saluiū Othonē Titianum
 appellatū genuisse, cuius meminit Tacitus li. XVII. quīq. in antiquis inscriptio-
 nibus inter Fratres Aruales sub Nerone Imp. nominatus est.

SAN-




SANQVINIAE gentis vnum, quod sciam, Tacitus facit mentionem lib. V. in quo M. Sanquinii Maximi meminit, qui Consul ex Kal. Martiis suffectus fuit anno DCC LXXXI: quē nos existimamus filiū fuisse M. SANQVINII huius, qui in aereo nu-
 mismate Q. F. descriptus est, quīq. Triumuir crudenda monetae cum L. Mesci-
 nio Rufo fuit anno DCC XXXVI, quo Augustus Caesar ludos Saeculares fecit, ut ex inscriptione alterius partis primi denarii intelligi perspicuē potest. à cuius quidē Triumuiratu cū ad alterius Cōsulatum anni intersint XLV, malē in Fastis M. Sanquinii Q. F. notatus est, cū potius M. F. Q. N. describendus sit. Salii simu-
 lacrū cū apice, clypeo, & caduceo, cuiusmodi in Domitianī quoq. Imperatoris argenteo denario impressum est, in quo ludi Saeculares sexti ab eo facti notati sunt, mihi quidem obscurū, quō pertineat. Secundus tabellae denarius ab eodē cūsus Sanquinio, habet in altera parte imaginem quandam, cuius uertici stella adiecta est, quam nos Caesaris Dictatoris stellam esse existimamus, de qua his uerbis meminit Suetonius cap. LXXXVIII. Si quidem ludis quos primō consecra-
 tos ei heres Augustus edebat, stella crinita per septē dies continuos fulsit, exo-
 riens circa vndecimā horam. creditumq. est animam esse Caesaris in caelum re-
 cepti: & hac de causa simulacro eius in vertice additur stella &c. Dio lib. X L V. ,
 ἐπειδὴ τοῦ ἔσχρου τὸν παρὰ πάτερα τὸν δικυρας ἐκεῖνας, ἐπὶ τῆς ἔργης τρόπος ἀνεῳδὺν, καὶ αὐτὸς κομῆτη τέ τινος
 καλούσθων, καὶ προσηγένετο πᾶς ἄνθρωπος τοῦτο μηδέποτε, πᾶς δὲ διὰ Καισαρικῆς, ὃς καὶ ἀπα-
 θανατοφόρος, καὶ οὐ τὸν ἔσχρον ἀριθμὸν συγκατείλεγενδος &c. hoc est, Ceterū stella quae-
 dam quotidie inter Septentrionem & occasum apparuit, eamque cometen uo-
 cantes nonnulli, ea portendere dicebant, quae alias huiusmodi signum sequi cō-
 suevissent: creditum quidem hoc à plebe est, sed tamen Caesari eam, immorta-
 litatem nimirum iam adepto, inque fiderum numerum allecto, sacram esse di-
 xerunt &c. Imago tamen, quae in denario impressa est, iunioris cuiusdam uiri,
 non autem Caesaris. Dictatoris effigiem repraefentare uidetur.

V ii SATRIE




SATRIENAE gentis in uno tatum hoc denario, nec alibi, quod sciam, in veteribus monumentis mentio extat. Quemadmodum vero ab Allio Allienus, à Nasidio Nasidienus, & à Saluidio Saluidienus; ita à Satrio, Satrienus nomen deductum est. Lupa in altera parte denarii impressa, in tanta Satrienae gentis ignoratione, quod pertineat, mihi quidem obscurum est.



SAUFEIAE gentis, & L. Saufelii huius, qui tabellae numeros percussit, mentio est apud Ciceronem in ep. iii. li. i. & epi. i. lib. vii. ad Att. ite C. Saufelii, in orat. pro Rabirio.

birio. de M. autem Saufeio, quem accusatus defendit Cicero anno DCC, Paedianus meminit in Miloniana. Post Milonem, inquit, eadem lege Pompeia primus est, accusatus M. Saufeius M.F., qui dux fuerat in expugnada taberna Bouillis, & Clodio occidendo. accusauerunt eum L. Cassius, L. Fulcinus c. f. C. Valerius, fenderunt M. Cicero, M. Caelius: obtinueruntq. ut una sententia absoluetur. condemnauerunt Senatores x. absoluerunt viii. condemnauerunt Equites Romani ix. absoluerunt viii. Sed ex Tribunis Aerariis x absoluerunt, sex condemnauerunt: manifestumque odium Clodii saluti Saufeio fuit, cum eius vel peior causa fuisset, qui aperte dux fuerat expugnanda taberna repertus &c. Horum autem alter L. Saufelii huius, qui in tabellae nummis descriptus est, pater fuisse credi potest.



SCRIBONIAM gentem plebeiam fuisse, inter veteres scriptores satis constat. Eius duae tantum familiae CVRIONVM, ut arbitror, & LIBONVM in denariis reperiuntur: in quorum primo uel G. Scribonius Curio pater notatus est, qui Consul fuit cum Cn. Octavio anno DCLXXVII. uel C. Curio filius, qui cum Tribunus plebis esset anno DCCIII. cum M. Antonio, & Q. Cassio ad Caesarē profugit. Caesar lib. i. de bello civili. ad eum Cicero scripsit epistolam vii. lib. ii. in qua illi de Tribunatu plebis gratulatur, quem iv. Idus Decemb. inierat. sed de Curione, eiusq. interitu uidendus Dio li. XLIII. Secundus tabellae denarius & tertius pertinent ad L. Scribonium Libonem, qui Consul cum M. Antonio ii fuit anno DCCXIX. quemq. Sex. Pompeii sacerdos fuisset scribit Dio li. XLVIII. his uerbis, Καῖσαρ τὸν οὐ καὶ πιστότερον οὐ καὶ ἱχυρότερον τοῦ Αἰγαίου απολιμνώσας, ἦν τε μητέρα ἀντὶ Μυκηνῶν ἐπανεψήσα, καὶ τὴν τοῦ πανδεροῦ αὐτοῦ Δεκάτη Σαριβανία Διγανος ἀδελφήν ἔγνωσ, ἐπειδὴ τῆς εὐεργεσίας, καὶ ἐκ τῆς συγγενείας φίλον αὐτού ποιήσαστο. hoc est, Caesar Sextum & fidei & uiri, plusquam Antoniu habentē, ut sibi cōciliaret, matrē ei Muciā misit: sororemq. L. Scribonii (sacerdos is

V iii Sexti

„Sexti erat) ipse duxit, speras & beneficio & affinitate amicū sibi Pompeiū redditurū. vel hic igitur Libo in postremis duobus tabellae descriptus est, uel eius pater L. Scribonius Tribunus plebis, cuius Cicero in li. ii. de Oratore facit mentionem. Magis tamen, vt ad Libonē filiū referātur, placet: propterea quod in altera tertii denarii parte, Paullus Lepidus notatus sit, qui Liboni Consuli ex Kal. Iul. suffectus est. Dicendum nunc de Puteali, quod in duobus his denariis impressum est. Puteal in Foro Romano fuisse propè sicum Ruminalem ante Curiam, scribit Dionysius lib. i. quod autē propè habitaret Libo, uel quod eius impensa factum aut restitutum esset, Puteal Libonis appellabatur. Horatius ep. iii. lib. i.

--- Forum, Putealque Libonis
Mandabo siccis &c,

Propè Puteal eius Praetoris tribunal fuisse, qui de foenore ius diceret, ex Ouidii versu in lib. ii. de remedio amoris, colligi potest,


Qui Puteal, Ianumque timet, celeresq. Kalendas.

(ad Ianum enim sumnum, medium, & imum habitasse foeneratores constat)
Horatius Sat. vi. lib. ii.

--- ante secundam
Rofcius orabat sibi adfess ad Puteal cras. Persius Sat. iii.
Si Puteal multo cautus uibice flagellas:

Pomponius autem Porphyrio in Horatiani uersus explicatione, Puteal tribunal quoddam fuisse scribit; cum potius tribunal propè Puteal dicere debuisset: est enim Puteal tectum illud, quo puteus operitur, propè quod, ut dictum est, Praetoris de foenore ius dicentis tribunal fuit. De simulacro Boni Euentus uidendus Plinius lib. xx xiiii. cap. viii.

SEMPRO-




SEMPRONIA gens patricia primū fuit, postea ad plebem traducta, plebeia facta est. Eius, in nūmis, quos habemus familiae tres reperiuntur, ATRATINORVM, qui patricii fuerunt: GRACCHORVM, qui plebeii: & PITIONVM, quos plebeios item fuisse opinor. L. SEMPRONIVS PITIO, qui in primo tabellae denario descriptus est, mihi quidē incertum, quis fuerit: nec enim quicquam apud scriptores de eo me legisse memini. Ti. autem Sempronium Gracchum, qui in secundo, & tertio denario notatus est, eum indicari arbitror, de quo his uerbis Velleius meminit in lib. ii. Quinetiusque Crispinus singularem nequitia supercilie truci protegens, & Ap. Claudius, & Sempronius Gracchus, ac Scipio aliique minoris nominis, utriusque ordinis uiri, quasi cuiuslibet uxore uiolata, poenas pependere, cum Caesaris filiam, & Neronis uiolassent coniugem. Iulia relegata in insulam, patriaeque & parentum subducta oculis &c. Tacitus lib. i. Par causa saeuitiae in Sempronium Gracchum, qui familia nobili, solers ingenio, & prauè facundus eandē Iuliam in matrimonio M. Agripae temerauerat. nec is libidini finis, traditam Tiberio peruicax adulterum & odiis in maritum accendebat. litteraeque quas Iulia patri Augusto cum infectione Tiberii scripsit, à Graccho compositae credebantur &c. Fuit autem Gracchus hic unus è Quartumuiris argento publicè signando à Caesare Dictatore institutis, de quibus in Iulia Caesarum familia diximus; quo quidē munere, C. Caesaris primo Triumuratus quinquennio functus est; ut ex tertii denarii inscriptione apparet, quem cūstis cum Quaestor etiam esset designatus. Cum autem quae in altera denariorum parte impressa sunt, deductae coloniae symbola sint, atque ea ad Casilinum coloniam, in Caesaris denariis pertinere dixerimus, suspicari possumus, tertio quoque denario eandem coloniam designari: nec enim aliquā ex iis, quas Augustus deduxit, significari credendum

dendū est, cū ob alia, tum quòd huiusmodi denarius primo Triumuiratus quinquennio, ut dictum est, cūs fuit: quo quidem tempore, nondum Caesar coloniam aliquam, quantum ex historiis colligimus, deduxerat. itaque magis placet, ut ad eas colonias denarius referretur, quibus deducendis Ti. Sempronius Gracchus Tr. Pl. se, Caiumque fratrem creauit: quorum alterius Quartumuit iste nepos esse potuit, aut certè vtriusque consanguineus, nisi pernicioſum id factum Reip, fuisse constaret. Velleius lib. ii. de Ti. Graccho inquit,

„Triumuiros agris diuidendis, coloniisque deducendis creauit se, sacerumque suum Consularem Appium, & Gracchum fratrem admodum iuuenem. paulo post: in legibus Gracchi inter pernicioſissima numerauerim, quòd extra Italiam colonias posuit. Id maiores (cum uiderent tanto potentiorem Tyro Carthaginem, Massiliam Phocaeam, Syracusas Corintho, Cyzicum, ac Byzantium Mileto, genitali solo) diligenter uitauerant, ut ciues Romanos ad cēfendum ex provinciis in Italiam reuocauerint. Prima autem extra Italiam colonia Carthago condita est &c. De C. autem Graccho in eodem libro ita scribit: Dabat ciuitatem omnibus Italicis, extendebat eam paenè usque ad Alpes, diuidebat agros, ueatabat quenquam ciuem plus quingentis iugeribus habere: quod aliquando lege Licinia cautum erat: noua constituebat portoria: nouis coloniis replebat provincias, iudicia à Senatu transferebat ad Equites, frumentum plebi dare instituerat &c. De coloniis autem à C. Graccho Triumuiro in Italia deductis, scriptores adeo multi meminerunt, ut eorum loca de hac re putidum sit colligerere. vnius tantum Liuii uerba proferam ex epitoma lib. i. x. C. Gracchus (inquit) Ti. frater, pernicioſas aliquas leges tulit, inter quas, frumentariam, ut semper & triente frumentum plebi daretur: alteram legem agrariam, quam frater eius tulerat: tertiam, qua equestrem ordinem cum Senatu consentientem corruperat (trecenti Senatores erant; sexcenti equites) ut trecenti Senatoribus admiscerentur, idest, ut equeſter ordo bis tantum uirium in Senatu haberet. & continuato in alterum annum tribunatu, legibus agrariis latis effecit, ut complices coloniae in Italia deducerentur, & una in solo dirutae Carthaginis, quòd ipse Triumuir creatus coloniam deduxit &c. Illud autem in Gracchi denariorum inscriptionibus notandum est, cognomen sine adſpiratione in eis notatum esse, de quo ita scribit Quintilianus lib. i. cap. i x. Diu deinde obſeruatum, ne consonantibus aspiraretur, ut in Graccis & Triumpis. Quartus tabellae aereus numamus percussus est à L. SEMPRONIO. ATRATINO, qui anno DCCXVIII in M. Antonii iterum Consulis Kal. Ian. abdicantis locum factus est. Dio li. xl ix.


[¶] Αγράριος δὲ ἡ οἰτη φίλη μὲν ἀρχής αὐτοματικὴ εἶναι, οὐδέκινον Σεμπρόνιον Αγρατίνον Αγρατίνον οὔτε εἰσιν οἱ τοῦτοι, διὸ οὐκ εἰσιν οὐδὲ τὰ οὐπέτων ἀπαρέθυντον οὐαγάγοι. hoc est, Hoc tempore Antonius eadem die & iniit Consulatum & depositum, substituto in suum locum L. Sempronio Atratino: itaque hunc nonnulli, non Antonium in enumeratione Consulum recensent. ex his autem Dionis uerbis, & ex iis quae in nummo signata sunt, colligi potest, L. ATRATINUM Antonianarum partium fuisse, & nummum huiusmodi cusisse, cum esset Antonius in Aegypto.

SENTIA




SENTIA gens, incertum patricia ne, an plebeia fuerit. Neque verò rerum Romanarum scriptores aliquem ex hac gente nominant, qui Lucii praenomen habuerit. Velleius lib. ii. meminit C. Sentii Saturnini, qui à Triumuiris R. P. C. proscriptus, Augusti postea legatus in Germania fuit, & Consul cum Q. Lucretio Vespillone anno DCCXXXIV, cuius filius credi potest fuisse L. SENTIUS SATURNUS INVS hic, qui Triumuir argento publicè signando, huius tabellae denarios cusit, in quibus C. P. descriptus est. Velleii uerba sunt haec. In hoc pacis foedere placuit, Siciliā, Achaiamq. Pompeio concedere: in quo tamen animus inquies manere non potuit: id unū tantummodo salutare aduentu suo patriae attulit, quòd omnibus proscriptis, aliisq. qui ad eum ex diuersis causis fugerat, redditum, salutemque pactus est. Quae res & alias clarissimos uiros, & Neronem, Claudium, & M. Silanum, Sentiumque Saturninum, & Arruntium restituit, Reip. &c. Valerius Max. lib. vii. cap. iii. Aliquantum (inquit) speciosius Sentii Saturnini Vetullionis in eodem genere casus ultimae sortis auxilium. Qui cum à Triumuiris inter proscriptos nomen suum propositū audisset; continuò Praeturae insignia inuasit: praecedentibusque in modum lictorum, & apparitorum, publicorumque seruorum subornatis, uehicula comprehendit, hospitia occupauit, obuios summovit, ac tā audaci usurpatione imperii, in maxima luce densissimas hostilibus oculis tenebras offudit. Idem ut Puteolos uenit, perinde ac publicum ministerium agens, summa cum licentia correptis nauibus in Siciliā, certissimum tunc proscriptorum profugium penetrauit. De consulatu C. Sentii ita scribit Velleius lib. ii. Praeclarum excellentis uiri factum C. Sentii Saturnini Consulis ne fraudetur memoria. aberat in ordinandis Asiae Orientisque rebus Caesar; tum Sentius fortè & solus, & absente Caesare Consul, cum alia præsca feueritate, summaque constantia ueterum Consulum more, ac feueritate gessisset,

„ gesisset, protraxisset publicanorum fraudes, punisset avaritiam, regessisset in Aerarium pecunias publicas, tum in comitiis agendis praecipuum egit Consul: nam & Quaesturam petentes, quos indignos iudicauit, profiteri uetus: „ & cum id facturos se perseuerarent, Consularem si in campum descendissent, vindictam minatus est &c. paulo post: Cum omnem partem asperioris & periculosis belli Caesar vindicaret, in iis quae minoris erant discriminis, Sentiū Saturninum, qui tum legatus patris eius in Germania fuerat, praefecisset &c. Vel huius igitur C. Sentii filius fuit, L. SENTIVS qui c. F. in primo denario describitur, frater C. Sentii eius, qui Consul anno DCCLVI in Fastis notatur, uel ad Sentium eum, qui Praetor Macedonia prouinciam obtinuit, tres hi denarii referendi sunt, de quo, mentio extat apud Plutarchum in Sulla. *ivraida 144* (inquit) τῷ Μιθριδάτῳ βρέπεις διπίντηνος, ὑπερβαλλεῖς μὲν τὸν Σερτίου Ιοῦ σπαθῆνος θῆς Μακεδονίας, ἀντὶ δὲ τούτην καὶ επονίος διαφέρων. hoc est, Illic occurrit Mithridati Brutius Sura, Praetoris Macedoniae Sentii legatus, uirtute & consilio vir singularis &c. Surae autem legati nomen mendose scriptum apud Plutarchum opinor, nec sine ope ueteris alicuius libri emendari à quopiam posse; Brutiae namque familiae nomen, inter Romanas gentes numeratum, nusquam reperitur.



SEPVLLIAE gentis, nullus, quod sciām, ueterum scriptorum facit mentionem. Eius autem memoria, quamuis fuerit sub Caesare Dictatore, & Triumvirorum etiam temporibus non obscura, nulla paenē extaret, nisi antiqui aliquot denarii supereffent, quibus P. Sepullii nomen inscriptum est, eius, qui Caesare iam rerum potito, uel recens à coniuratis occiso, sub ipso Triumuiratus initio, cūdendae praefuit monetæ. His enim omnino tēporibus floruisse P. SEPVLIO MACRVM, colligere possumus ex iis, quae in huius tabellae, & Aemiliae Lepidorum familiae denariis, impressa ab eo sunt.

SERGIAE




SERGIAE gentis patriciae, uel unius Virgilii testimonio nobilis, SILORVM tantum extat in denariis familia, cum plures & quidem claræ, & illustres à scriptoribus nominentur. Virgilii uerlus est ex lib. v. Aeneidos,

Sergestusq. domus tenet à quo Sergia nomen.

Huius autem tabellæ denarius, siue à M. SERGIO SILO, qui Praetor in Fastis describitur anno DCLVI, & M³. praenominatur à Liuio lib. xxxii. siue ab huīus, ut opinor filio, M. SERGIO SILO, qui L. Aemilii Paulli Consulis anno DLXXXV legatus in bello Persico fuit, cuius idem Liuius meminit lib. XLIIII, cūsus sit, in M. Sergii Sili honorem sine dubio signatus est eius, qui egregia bellicae laudis monumenta reliquit, quae à Plinio referuntur lib. vii. cap. XXVII. & Solino cap. vi. quamuis inter ea non numeretur factum id, quod in altera huius denarii parte expressum est. Plinii uerba sunt haec. M. Sergio, ut quidem arbitror, nemo quenquam hominum iure praetulerit: licet pronepos Catilina gratiam nomini deroget. Secundo stipendio dexteram manum perdidit: stipendiis duobus ter & uicies uulneratus est: ob id neutra manu, neutro pede satis utilis: uno tantum seruo, plurimis postea stipendiis debilis miles. bis ab Annibale captus (neque enim cum quolibet hoste res fuit) bis uinculorū eius profugus: uiginti mensibus nullo non die in catenis aut compedibus non custoditus; sinistra manu sola quater pugnauit, duobus equis insidente eo suffossis. dexteram sibi ferream fecit, eaque religata proeliatus, Cremonam obſidione exemit, Placentiam tutatus est, duodena castra hostium in Gallia cepit, Quae omnia ex oratione eius apparent habita cum in Praetura sacris arceretur à collegis ut debilis. Quos hic coronarū aceruos constructurus hoste mutato? etenim plurimum refert in quae cuiusque uirtus tempora inciderit: quas Trebia, Ticinus, aut Thrasim-


„ Trasimenus, ciuicas dedere? quae Cannis corona merita? unde fugisse virtutis „ suminū opus fuit. Ceteri profecto uiuctores hominū fuere, Sergius uicit etiam „ Fortunam. Solini uerba sunt ex eadem Sergii oratione descripta. Post hunc, „ inquit, M. Sergius duobus stipendiis, primo, aduerso corpore ter & uicies uul- „ neratus: Secundo stipendio in proelio dexteram perdidit. qua de causa ferreā „ sibi manum fecit: & cum neutra paenē idonea ad procliandum ualeret, una die „ quater pugnauit, & uicit sinistra duobus equis eo insidente confossis. ab Anni- „ bale bis captus refugit, cum uiginti mensibus, quibus captiuitatis sortem perfe- „ rebat, nullo momento sine compedibus fuerit, & catenis. Omnibus asperrimis „ proeliis, quae tempestate illa Romani experti sunt, insignibus donis militari- „ bus à Trafimeno, Trebia, Ticinoque coronas ciuicas retulit; Cannenfi quoq. „ proelio, de quo fugisse eximium opus uirtutis fuit, solus accepit coronam. „ Beatus profecto tot suffragiis gloriarum, ni heres in posteritatis eius successio- „ ne Catilina tantas odio damnati nominis obumbrasset &c. M. autem Sergii ora- „ tio si extaret, non esset nobis ignotum, cuius nam Carthaginem ducis in „ proelio caput fuisse ab eo amputatum, quod in altera denarii parte Sergius ip- „ se equo insidens manu gestat. Valerius Max. lib. vi. cap. i. facit mentionem Cn. „ Sergii Sili, qui anno DCLXXXI in Romana Rep. floruit, à quo denarius hic „ in M. Sergii memoriam signatus esse credi etiam potest.



SERVILIAM gentem Albanam, à Tullo rege, Alba diruta, Romā translatam fuisse, inque patriciorum ordinem allectam, scribit Liuius lib. i. & Diony- „ sius lib. ii. eius autem in antiquis denariis familiae reperiuntur patriciae & ple- „ beiae: in utrasque enim diuisam hanc gentem fuisse satis inter scriptores cōstat. In primo tabellae denario signata est imago C. Seruilius Ahala, qui Mag. Eq. „ Sp. Melium regnum affectantem interfecit. Cicero in Catilinam. C. Seruilius, „ inquit,

inquit, Ahala Sp. Melium nouis rebus studentem manu sua occidit &c. & in „ Catone. Si quidem aranti L. Quinctio Cincinnato nuntiatum est, eum Dicta- „ torem esse dictum; cuius Dictatoris iussu Mag. Eq. C. Seruilius Ahala Sp. Me- „ lium, regnum appetente in, occupatum interemis &c. Opinor autem denarium „ huiusmodi cusum esse à P. & C. Seruiliis fratribus, qui in Caesarem cum aliis cō- „ spirarunt, ut indicarent se C. Seruilius gentilis sui exemplo, ad occidendum „ Caesarem, regnum item appetentem, incitatos esse. Cicero in lib. ii. Philipp. „ Etenim, inquit, si auctores ad liberandam patriam desiderarentur illis aucto- „ ribus, Brutos ego impellerem? quorum uterque L. Bruti imaginem quoti- „ die videret, alter etiam Ahala? &c. quamuis si à Bruto coniurationis princi- „ pe denarium signatum fuisse malimus, non labore: Brutus enim Seruilia ma- „ tre natus fuit, quae generis sui originem ad C. hunc Ahalam referebat, vt scri- „ bit Plutarchus in Bruto. Secundum denarium scio ab aliis referri ad M. Ser- „ uilium C. F. qui Mag. Eq. fuit. P. Sulpicio Dict. anno D.L. & Consul anno DLI.; „ eiusq. pugnam aliquam equestrem significari equitum signis in secundo dena- „ rio impressis, quam item indicare uoluerit, qui tertium denarium cusit C. Ser- „ uilius eius filius. Mihi autem magis placet si equites, qui sunt in quattuor „ denariis expressi, alter ad Sp. Melium Equestris ordinis virum, alter ad C. Ser- „ uilium Ahalam Mag. Eq. referretur, à quo diximus Sp. ipsum Melium re- „ gnum affectantem imperfectum fuisse: denariosque huiusmodi crediderim à M. „ & C. Seruiliis Ahalis in progenitoris memoriam signatos esse, cum & ipsi quo- „ que occisi Caesaris, liberataeque patriae laudem aliquam vindicarent. nec „ enim obstat quod scribit Plutarchus in Bruto, C. Seruilius Ahalam pugio- „ nem sub ala ferentem, & Sp. Melio propè adstantem, quasi haberet quod „ cum eo ageret, caput inclinantem, illum percussisse, quia ut alterius ex eque- „ stri ordine genus, alterius Magisterium equitum indicaretur, equitum utros- „ que forma in his denariis signatos esse, uerisimilius est. Ciceronis autem uer- „ ba in lib. ii. Philipp. satis declarant, praeter P. & C. Seruilius Casca frates, „ duos etiam Ahalas cum aliis coiuratis Caesarem interfecisse. ea sunt. Quid „ duos Seruilios? Casca dicam an Ahalas? & hos auctoritate mea censes exci- „ tatos potius, quam caritate Reip. ita enim legendum esse Ciceronis locum „ Plutarchi verba de duobus fratribus Cascis, quae in vita Caesaris leguntur, „ apertè demonstrant. πάτερ δὲ Κασκας, inquit, ξέπει πάτερ τὸν ἀνέρα, πληγὴ οὐ διαδί- „ φορ, εὐθὺς βαρύτερος, αὐτὸς οὐδὲ, ἐπερχόμενος μεγάλης ταραχῆσις. ὅπερ καὶ τὸν Κασκα πετασφέρτα τοῦ „ ὑγχειρίου λαβεῖται, καὶ καταρχέν. οὐαὶ δὲ πατέρεψίν σου, οὐδὲ πληγεῖς, Ρωμαϊκόν Κασκα. οὐδὲ τὴν „ ξέσ, ἐλληνικόν πρὸ τοῦ ἀδελφοῦ, ἀδελφὴ βούθει. hoc est, Primus Casca gladio uulnus secun- „ dum ceruicem infligit ei, neque letale, neque graue, nimis in magni facino- „ ris exordio attonitus. at Caesar conuersus pugionem corripuit, & tenuit: si- „ mulque clamorem sustulere: Caesar Latinè, scelerate Casca quid agis? Casca „ Graecè ad fratrem, frater ades &c. His accedunt Suetonii verba in Caesare cap. „ LXXXII. Alter Casca aduersum vulnerat, paulū infra iugulum &c. Sed qui nam „ Ahala hi fuerint, quos è Seruiliis praeter Cascas, conspirationi interfecisse à „ Cicerone dicuntur, quaerendum nunc est. Eoru certè vnum opinor M. Seruili- „ lium fuisse, qui Cassi legatus in primis duobus sequentis tabellae denariis „ descriptus

descriptus est, quique Tribunus plebis cum esset anno DCCX C. Pansa, A. Hir-
tio Cos. Ciceronem in concionem produxit. Cicero ep. vii. lib. xii. ad Cassium.
De altero, quis fuerit nondum quicquam ex antiquis scriptoribus elicere potui.
Sextus denarius pertinet ad P. Seruilium Rullum, qui Tr. Pl. anno DCX c le-
gem Agrariam promulgavit, ut Decemviri summo cum imperio crearentur,
qui in sua potestate Italiam totam, Suriā uniuersam, eaque omnia, quae vir-
tute Pompeii recens imperio Romano adiecta erant, haberent: uenderent quic-
quid publicum populi Romani esset, iudicarent de omnibus, de quibus ipsi uel-
lent, exules eiicerent, colonias deducerent, pecuniam ex Aerario caperent, mili-
ties quot opus haberent, conscriberent, & alerent. Plutarchus in Cicerone, cu-
ius extat oratio contra Rullum de hac ipsa lege Agraria. Dio lib. xlviii fa-
cit mentionem P. Seruillii Rulli, quem Caesar, qui postea Augustus appellata
tus est, in bello contra M. Antonium Brundisio prafecit. potest autem is esse
filius P. Rulli, quem diximus legem Agrariam tulisse. Dionis verba sunt,
απόδοτος δὲ αὐλοῦ ταῦτα: Καταρράκτη συνάμεσι (εἰς τὴν Ἱερὰς Γαλατας καὶ παρην) ἡ θροῖς, καὶ Πεύκλιον μὲν Σερ-
ουλλον τοὺς δὲ βοσκέσσον, Αγρίππαν δὲ δὴ Σερφοῦντα ἐπεισέρ &c.




PRIMVS huius tabellae denarius & secundus item, pertinent(ut opinor) ad M.
Seruilium Ahalam, quem designari supra diximus à Cicerone in Philipp. lib. II.
„ cum inquit, Quid duos Seruilius? Cascas dicam, an Ahalas &c. quemque cum
aliis coniuratis Caesaris neci interfuisse, ac postea Tr. Pl. factum, Ciceronē in
concionem produxisse, ex ep. vii. lib. xii. ad Cassium, demōstrauimus. Ex dena-
riorum autem titulis eum non modo C. Cassii, Caesaris percussoris legatum,
sed classis etiam, ex acrostirio, alijsq. rei naualis impressis symbolis, praefectum
fuisse intelligimus. Tertius denarius spectat ad P. Seruiliū Casca, qui inter con-
iurationis principes numeratur; de quo praeter Plutarchū, Appianum, Dionem
& alios,

& alios, me minit Suetonius in Caesare cap. L x x i i , his uerbis. Caesar Cascae
brachium abrepto graphio traiecit: conatusq. profilire, alio vulnere tardatus ,
est &c. Ita enim est in ueteribus libris, nō ut vulgo legitur: Caesar Cascae bra-
chium abreptum graphio traiecit. quam lectionem confirmant ea, quae supra ,
adduximus Plutarchi uerba; quamuis pro γραφεῖν, sit apud Plutarchum ἡγεμόνων.
nos autem ex iis, quae in coniuratorum denariis impressa sunt, colligimus M.
Brutum coniurationis caput in occidendo Caesare, ἡγεμόνῳ, hoc est, pugione
usum fuisse (quod à Cicerone in Philipp.lib.ii.confirmatur, cū inquit. Caesare
interfecto statim cruentū alte extollens M.Brutus pugionē &c.) eoq. fine dubio „
respiciunt duo pugiones: Marci, ut opinor vnum, alter Decimi, qui in Brutī dena-
riis signati sunt. P.uerò, & C. Cascas γραφέιν, hoc est stilo, Caesare uulnerasse indi-
cāt cū ea, quae modò protuli Suetonii uerba, tū stili duo, qui sub Victoriae pe-
dibus in tertio denario impressi sunt, quaeq. in quarto Seruiliorum fratrū ima-
gines signatae sunt, stilos huiusmodi erecta acie manibus gestātes, ad quos om-
nino respexisse eum qui denarium cusit, dubitandū non est; in cuius quidem al-
tera parte, aliud etiam Seruiliae gentis signatum est monumentum, atque eius,
ut ex inscriptione apparet, C. SERVILII C. F. qui FLORALIA PRIMVS
FECIT. quem nos C. Seruilium C. F. significari arbitramur eū, qui, ut Liuius scri-
bit lib. xxvii, Mag. Eq. anno DXLV. T. Manlio Torquato Dict. fuit: quo quidē
anno Aedilis Curulis cum idem esset, ludos Florales primum fecisse creden-
dum est: nec enim multū me Plinii mouet auctoritas, qui non eo, quo nos
coniicimus anno, sed quingentesimo sextodecimo ex Sibyllae oraculis, ut om-
nia bene deflorescent, ad iv Kal. Mai. Floralia instituta fuisse tradit. aut enim
alius secutus est annales Plinius, & quidem diuersos ab iis, quos habuit is, qui
denarium signauit, aut certè in annorum numero, ut plerunque fit, lapsus est
apud eum librarius, qui I & L litterarum deceptus similitudine, uniusque lit-
terae facta transpositione, pro D X L V scripsit D X V I . Sed de Floralibus ludis
dicendum nunc aliquid est. Eorum quidem procurementem Aedilium Curu-
lium fuisse, testatur Valerius Max. hb. ii. cap. x. M. Catone, inquit, ludos Flo-
rales, quos Messius Aedilis faciebat, spectante populus, ut mimae nudarentur,,
postulare erubuit. Porphyrio quoque Horatii interpres in Floralibus Aediles „
cicer & fabam populo spargere consueuisse scribit. Fuisse etiam Praetorum, ex
Suetonii uerbis in Galba colligere possumus. Praetor, inquit, commissione lu-
dorum Floralium, nouum spectaculi genus elephantos funambulos edidit. „
Florae autem deae ludos huiusmodi dicatos fuisse, omnes ferē scriptores tra-
dunt. Ouidius lib. iv. Fast.

*Mille uenit uarijs florum Dea nexa coronis,
Mater ades florum ludis celebrata iocofis.* & lib.v,


Sed de Flora variant inter se veteres scriptores; quorum diuersas de ea opinio-
nes diligenter collegit Gregorius Giraldus in libro de Diis Gentium, è quo qui
uolet, petat. De Seruili Auguratu, qui litui signo in altera denarii parte impres-
so indicatur, nihil à Liuio traditum est in eo libro, in quo de eius Aedilitate &
Magisterio Equitum factam esse ab eo mentionē diximus. Quintus tabellae

denarius ad quem pertineat Caepionum, mihi quidem obscurum est: illud certe ex iis, quae in eo impressa sunt, satis constat, Caepionem hunc, qui cunq. fuerit, Pisonis in Aedilitate collegam ad frumentū emundū ex s. c. fuisse: nisi forte malit aliquis Caepionis cognomen ad Fannium eum referre, qui Aedilis plebeius in Fanniae gentis denariis descriptus est: quod mihi non satis placet. reliqua, quae ad huius denarii intelligentiam faciunt, in Calpurnia Pisonum familia scripta sunt.




S E S T I A M gentem patriciā fuisse (nam Sextiae plebeiae nulla est in denariis mentio) satis ex Liuio constat: qui in li. iii. nominat P. Sestium Capitolinum patriciae, ut ipse inquit, gentis uirum, qui cum T. Menenio Lanato Consul fuit anno cccr, & cccr, xuiri Consulari potestate legum ferendarum caussa: à quo duxisse originem L. **SESTIUS** hic credi potest, qui huius tabellae denarios signavit, cum esset Q. Caepionis Brutii in Macedonia prouincia Proquaestore. De eo facit Appianus mentionem lib. iii. bel. ciuil. in quo tamen Brutii Q. quaestore, non Proquaestore fuisse Sestium dicit, nisi forte librarii erratū sit, qui *T. qui' av pro A' vritati' av scripserit*. Λεύκιος δὲ Σεστίος, inquit, (in uulgatis autē libris mendose est πον-
πλιος) ὁ Τραγίας Βρούτης, λόγῳ ἀμείβεται τὸν Αὐτούριον αὐτὸν πειθάντων προδότων Βρούτος, οὐκ ἀναγέμψετο, διὰ τὸν δια-
εράθεντον κατίχθιντον Καλαστριόν λόγον τοῦτο, καὶ δηπότει πολλῷ τοῦτον καταστριψούσκετε εἰκότες Βρούτης, καὶ ἐπινόθητος οὐδὲ τοῦτο
νπολλοῦ κατέρρεψε. hoc est, L. Sestius Brutii Quaestor ab Antonianis de proditione fru-
stra sollicitatus, proscriptusq. ob eam causam, tādem in patriā reuersus, in Cae-
sarī amicitiam receptus est: cui aliquando effigies Brutii domi suae spectandas
praebuit, id quoq. probāti. Dio lib. iii. L. Sestius Augusto in xi consulatu sus-
tū fuisse scribit anno p. c. c. x. καὶ στὶ λεύκιον (inquit) ἀνθεῖται Σεστίον ἀνθείτε,
ἀλλὰ τῷ Βρούτῃ συντονδεστά, καὶ εἰ πάσι τοις πολέμοις συσπεισθετά, καὶ εἴ τι καὶ τότε μημονεύοντα
μέτου, καὶ εἰκότες εὔχονται, καὶ επιτάχους ποιουμένον. hoc est, Laudatum est hoc eius factum,
idque

idque etiam, quod in suum locum subrogauit L. Sestium, qui uir semper Bruti rebus fauerat, omnibusque in bellis ei adfuerat, ac adhuc eius memoriam colebat, imagines eius habebat, eumque laudare solebat. amicitiae uero obseruantiam, fidemque Sestii non modo non odio, sed honore etiam habebat, Augustus. In Colotiana quoque Fastorum tabella L. hic Sestius P. F. Consul, Augusto suffectus describitur. sit ne autem is, quem Appianus lib. ii. Sestium Nasonem appellat, & inter coniuratos numerat, qui Caesarem occiderunt, haud facile dixerim.




S I C I N I A E gentis plebeiae frequens est mentio apud scriptores. Q. uero Sicinius huius, qui Triumuir monetae cudenda argenteos tabellae denarios cusit, nullus, quod sciam, facit mentionem. potest autem filius esse Cn. Sicinius eius, qui anno D C L X X V I I I Tribunus plebis fuit Cn. Octavio, C. Scribonio Curione Cos. quos in concessionem produxisse Sicinius dicitur, cum id egit, ut Tribunicia potesta populo redderetur. Cicero in Bruto, & Paedianus in Divinatione. Sed siue huius filius fuerit Q. **SICINIUS**, siue consanguineus, illud certum est, L. Sicinius gentilis sui fortitudinem celebrare his denariis uoluisse. Fuit autem Sicinius is cognomento Dentatus, Trib. Pleb. anno CCXCIX, & CCCIII. xiiii. rotū fraude occisus, de cuius fortitudine scribunt Dionysius lib. x. Plinius lib. vii. cap. xxvii. Solinus cap. vi. Valerius Max. li. iii. cap. vi. Agellius li. ii. cap. xi. cuius uerba sunt haec: L. Sicinius Dentatus, qui Trib. plebis fuit Sp. Tarpeio, A. Atreo Cos. scriptū est in libris Annaliū, plusquam credi debeat, strenuū bellatorē fuisse: nomenq. ei factū ob ingentē fortitudinē, appellatumq. esse Achillé Romanū. Is pugnasse in hostē dicitur centū & uiginti proeliis. cicatricē auersā nullam, aduersas quinq. & quadraginta tulisse. coronis esse donatum aureis octo, obsidionali una, muralibus tribus, ciuicis quattuordecim, torquibus tribus &

„ octoginta, armillis plus centum sexaginta, hastis duodecimgenti, phaleris item „ donatus est quinques uiciesque; populi militaria dona habuit multiuaga: in his „ prouocatoria pleraque, triumphauit cum Imperatoribus suis triumphis nouem &c. In altera primi denarii parte, Fortitudinis imago sine titulo, in secundo denario cum inscriptione F O R T. P. R. impressa est, hoc est, Fortitudo populi Romani. Haec autem, & quae in secundi denarii altera parte signata sunt, ad ea pertinent, quae de Sicini Fortitudine narrantur ab iis scriptoribus, quos modo nominaui. Palmam uero Agellius tradit ex Plutarchi lib. vii. Symposiacorum, in certaminibus signum esse uictoriae, quoniam ingenium eius arboris eiusmodi est, ut urgentibus opprimentibusq. non cedat.




SILIAM gentem plebeiam fuisse constat ex Liuii uerbis, quae sunt in lib. iv.
„ Non alias, inquit, aegrius plebs tulit Tribunica sibi comitia non commissa, eum „ dolorem Quaestoriis comitiis simul ostendit, & ulta est, tunc primum plebeiis „ Quaestoribus creatis, ita ut in quattuor creādis, uni patricio C. Fabio Ambusto „ relinquatur locus: tres plebeii Q. Silius, P. Aelius, P. Pipius clarissimarum familiarum iuuenibus praefuerunt &c. SILIVS autem qui huius tabellae nummos signauit, ut opinor, is est, qui Consul anno DCCCLXV cum L. Munatio Planco in Fastis descriptus est; filius P. Silii eius, qui A. Licinium Neruā ex adoptione Silianum dictum adoptauit, cuius Velleius meminit in lib. ii.

SPURRI




SPURILIA gentis plebeiae facit mentionem Liui lib. iiiii. in quo Spurilium Tribunum plebis nominat, cum inquit; Plebs Tribunos plebis absentes Sex. Tempanium, Agellium, & Antifium, & Spurilium fecit: quos & pro „ Centurionibus sibi praefecerunt Tempanio auctore Equites. Appianus lib. ii: „ inter Caesaris interfectores numerat M. quendam, librariorum, ut ego opinor, errore, Spurium, cum scribi debuerit, Spurilium. Quidam A. SPVR. interpretantur A. Spurinam.

STATIAB




STATIA gentis plebeiae Cicero meminit in ep. II. ad Q. fratrem lib. I. Luius lib. II. & Dionysius lib. IX. ex ea MVRCVS ortus est, qui huius tabellae denarium cusit, quique à scriptoribus appellatur L. Statius Murcus. malè enim apud Ciceronem in ep. I. lib. XII. ad Att. in uulgatis libris legitur. Hic rumor est T. Murcum periisse naufragio: cum Murci praenomen fuerit Lucius, & in ueteribus Ciceronis codicibus scriptum sit, hic rumor tamen Murcum periisse naufragio. Cassii autem uerba ex ep. XI. lib. XII. ad Ciceronem, multum faciunt ad huius denarii inscriptionem. In Suriam (inquit) me profectum esse scito ad L. Murcum, & Q. Crispum Imperatores. Sed ex qua prouincia fuerit Murcus Imperator appellatus, non constat, nisi forte ex eadem Suria: nam Dio lib. XLVII. L. Statium Murcum, cum M. Crispus Praetor Bithyniam obtineret, in Suriam missum fuisse cum potestate quadam testatur. *καὶ οὐδὲ* (de Caecilio Basso inquit) *δυνατές ιναρχίους, ἐπειτα ὑπὸ τοῦ Μύρκου Κρίσπου, καὶ Στατίου Μόνρκου πατέρων* paulo post. *μετὰ τοῦτο* ίνα μόνον καὶ τοῦ Κρίσπου, *τοὺς δὲ ἄλλους οὐκέτειναστες οἱ αυτορεῖσθαις, ἀπέτημεν δάμνους.* της Ν. δηλ Στατίου τοῦ, τε ἀξιώματος, μετ' οὗ ἀριστος εἰπήρετο, καὶ προσέστη καὶ τὸ ταῦτα καὶ ἔπειτεν. hoc est, Bassus uero cum aliquandiū praeualuisset, postea à M. Crispō, & L. Statio Murco iterum est in obsidione habitus. paulo post. Secundum haec Bassum & Crispum, reliquosque qui sub se militare nollent, nulla iniuria affectos dimisit: Statio autem, & eam dignitatem, cum qua ad se uenerat integrum reliquit, & classem praeterea commisit &c. Cuiusmodi uero fuerit *ἀξιώματα* id, cum quo Dio dicit Statium in Suriam uenisse, facile possumus ex Appiano intelligere, qui in lib. III. & IV. scribit Statium Murcum à C. Caesare, qui postea Augustus dictus est, missum in Suriam fuisse cum tribus legionibus contra legionarios milites, qui imperfecto Sex. Iulio Caesare Suriae Quaestore, ad Caecilium Bassum defuerant. Murco autem magna uia ab eis repulso, Minucium Crispum qui Bithy-

Bithyniae praecerat, cū aliis tribus legionibus auxilio uenisse, à quibus cū legioni illi milites acriter obfiderentur, superuenisse Cassiū, atq. obfessos in fidem recepisse, simulq. legiones sex, quae Bassum obfidebant in amicitia partesq. suas pellexisse. Appiani uerba sunt ex li. III. ὁ πολέμος δὲ ἦνελο, Στάτιον Μόνρκον μετὰ τριῶν θελῶν ὅπερ-
πιμφάντα σφιντού ὑπὸ τοῦ Καλοφόρου, ἐγκρατῶς ἐπεμψάχοντο, ἐν τῷ Μόνρκον ἐπεκαλεῖτο Μίνούκιον Κρίσπον προσόντον
Ειρυντας, καὶ ἀφ' οὗτοῦ αὐτῷ βοηθῶν Κρίσπον τοῖς θελοῖς θειστοῖς. οἷς δὲ ὑπὸ τοῦτον ἐποιορκοῦντο, Κάλαστος σὺν ἑπτέ-
ζην καταλαβάνη. Ταῦτα τοῦ Βασιλέως δύο θελοῖ παρελθυμένεν αὐτοῖς καὶ τοῦτον τὸν πολιορκοῦνταν, αὐτῆντος φιλάσθε παραδίδειν.
& ex li. IV. Καὶ Στάτιον Μόνρκον ὑπὸ Καλοφόρου αὐτοῖς σὺν τρισιθελοῖς θειστοῖς θεντατοῖς. Μόνρ-
κος δὲ οὐκέτι οὐκέτι Μίνούκιος Κρίσπος ἐν Βιθυνίᾳ μετὰ τριῶν θελῶν ἄλλων. Καὶ τὸν Βασιλέον ἐποιόρκουν ἕμοι πάθεται
ἔξθετον οὕτως Κάλαστος σὺν τοῦ πολιορκούνταν τοῦτον καταλαβάνην, τὸν τετοῦ Βασιλέον αὐτοῖς παρελθυμένεν ἐνθάδε, καὶ
τοῦτον τοῦ Μόνρκου τέλη, καὶ Μίνούκιον, καὶ τὴ φιλίαν αὐτῷ παραδίδεινταν, καὶ κατατοῦντο δόγμα τοῦ βασιλέος πάντα,
ἐπικυρώντας. Credēdū autē est Murcū & Crispū ob aliquod in legionarioī & Bassi
obsidione egregiū factū, Imperatores appellatos fuisse. Fuit Murcus Caesaris
legatus bello ciuili cōtra Pōpeū, ut Caesar scribit li. III. his uerbis. Sed cū essent
in quibus demostrauit angustiis, ac se Libo cū Bibulo coniunxit, loquūtur am-
bo ex nauibus cū M'. Acilio, & Statio Murco legatis, quorum alter opidi muris,
alter praefidiis terrestribus praecerat &c. postea inter Caesaris interfectorēs, ut
scribit Appianus li. II. numerari uoluit, cū tamē eius caedi nō interfuisset. de Mur-
ci morte eadē tradūt Velleius li. II. & Dio li. XLVIII. Velleii uerba sunt haec. Statiū
autē Murcū, qui aduētu suo, classisq. celeberrimae uires eius duplicauerat, insi-
mulatū falsis criminationibus, quia talē uirū collegā officii Mēna & Menecra-
tes fastidierant, Pōpeius in Sicilia interfecrat. ex Appiani quoque lib. II. Mur-
cum in Sicilia Sex. Pompeio se coniunxit intelligimus, in quo scriptum est,
τοῦ δὲ μόνρκου ἀχθόμενος, οὐδὲ Συρρεκόμενος ἀπεχθέντος.



STATILIA gentis aliquot à scriptoribus familiae nominantur. ex eis au-
tem TAVRO RVM nouam fuisse, ex Velleii uerbis intelligere possumus, quae
legun-

„ legitur in li.ii. Rarò, inquit, eminētes viri nō magnis adiutoribus ad gubernan-
„ dam Fortunam suam usi sunt: vt duo Scipiones duobus Laeliis, quos per omnia
„ aequarent sibi: ut Diuus Augustus M. Agrippa, & maximè ab eo, Statilio Tau-
„ ro, quibus nouitas familiae haud obstitit, quominus ad multiplices Consula-
„ tus, triumphosque & complura eucherentur sacerdotia. Statilius Tauri meminit
„ Appianus li. v. bel. ciuil. Τάρπειαν τοῦ πεντάρατος εἰς Τάρπειαν ιππαληθόμενος &c. Taurus
„ enim praefuit classi in bello nauali C. Caesaris & Se. Pompeii. καὶ τὸν νεανικὸν, pau-
„ lo post, οὐτὸν ταύρου &c. Dio lib. x l i x. Τότε δὲ Ιούνιος Σεπτέμβριος, καὶ τὴν Διβύνην ἐκατε-
„ παν ἀμαχήσαντο Στατίλιον ταύρων. T. autem Statilius Taurus Procos, triumphauit ex
Asia pridie Kal. Iul. anno DCCXIX. Sed ad hunc ne pertineat aereus nummus,
an ad eius filium, qui Consul fuit anno DCCCLXXXI cum M. Aemilio Lepido,
incertum est. vtter autem eorum, Triumvir A. A. A. F. F. Augusti argenteos
denarios signauerit, ad Tauri cognomen certè respexit, cum in eorum altero
id animal impressit.



SULPICIAM gentem Camerio oppido oriundam fuisse, coniicere possumus ex Ser. Sulpicii cognomine, qui primus ex ea gente Romā uenisse creditur, & è patriae nomine Camerinus dictus esse. Ita enim Claudia quoq. ḡns è Sabini profecta, Sabini cognomen adepta fuit. Nullus autem in gente Sulpicia antiquior reperitur eo, qui Consul anno CCLXXXI cum M. Tullio Longo fuit, quique, vt diximus, primus Camerini cognomine vsus est. quamuis Ser. Galba Imp. ex hac gente natus, eius originem ad Iouem retulerit, vt Suetonius scribit in lib. vii. cap. ii. Gens autem Sulpicia fuit duplex, sive vt quibusdam placet, triplex, patriciorum scilicet, plebeiorum, & equestrium; Patriciorum G ALB AE in antiquis denariis: Equestrium, Rufi reperiuntur. P. G A L B A M, qui in primo, & secundo tabellae denario notatus est, opinor eum esse, quem Cicero habuit in petitione Consulatus competitorem: Asconius in oratione in toga candida, &


da, & Q. Cicero in petitione Consulatus. de eo scribit Cicero ad Att. ep. i. lib. i. Prensat unus P. Galba, paulo post, Cōpetitores qui certi esse videantur, Gal- „ ba, & Antonius, & Q. Cornuficius. Eundem Aedilem Curulem fuisse ex secun- „ di denarii inscriptione intelligimus, in cuius altera parte instrumenta quoque, quibus in facris utebantur, secespita, simpulum, & securis impressa sunt, ut Gal- „ bae scilicet Pontificatus, uel aliud simile sacerdotiū indicaretur. In tertio de- „ nario effigiem opinor expressam esse Ser. Sulpicii Rufi, qui iurisconsultus fuit, quique Consul in Fastis cum M. Marcello, anno DCCCI descriptus est. De eo meminit Cicero in oratione pro L. Murena, cum inquit. Tua nobilitas Ser. Sul- „ pici hominibus litteratis & historicis notior, pater enim fuit equestri loco, auus „ nulla illustri laude celebratus. Itaque non ex sermone hominum recenti, sed ex „ Annalium uetusitate eruenda est memoria nobilitatis tuae &c. Caesar cum ad „ bellum Africanum proficeret, Ser. Sulpicium Graeciae praefecit. Cicero ep. vi. lib. vi. quo quidem tempore ad illum scripsit epistolas, quae in lib. xiii. le- „ guntur. Ad M. Antonium bello Mutinensi ex S.C. legatus de pace cum L. Piso- „ ne, & L. Philippo missus, in legatione mortem obiit. de quo ornando cum in Senatu ageretur, Cicero suasit, ut Sulpicio statua pedestris aenea in Rostris po- „ neretur, quam sua aetate pro Rostris Augusti extitisse Pomponius de origine Iuris testatur. Senatusconsultum in Ciceronis sententiam factum de honoribus Ser. Sulpicio Q. F. Lemonia Rufo tribuendis extat in lib. Philipp. ix. Illud au- „ tem in huius denarii inscriptione maximè dignum est, ut notetur, Sulpiciā Ru- „ forum familiam duobus simul praenominibus usam fuisse, cuius quidem rei ignoratio causa fuit, cur quidam docti uiri, Cornelii Nepotis locum depraua- „ rint; apud quem in Attici uita, altero è Sulpicii fratris praenominibus dele- „ ro, altero retento; corrige arbitrati, historici uerba, quae uocabāt mendo, ma- „ cularunt. Itaque ut suae nobilissimus scriptor restituatur integrati, eius uerba ita erunt corrigenda, vt in manuscriptis omnibus libris legi animaduertimus. Nanque Anicia Pomponii consobrina nupserat M. Seruio fratri Sulpicii &c. „ Liuius lib. iii. ad annum v. c. cccxci x. P. Sulpicium nominat unum ex tribus legatis missis in Graeciam ad describendas leges, quique post xuir fuit; quem antea in Consulatu anno ccxc Ser. nominavit: nam eundem esse ex Dionysio Halicarnasseo constat, qui hos legatos, uiros fuisse consulares scribit. itaque ille ipse Sulpicius inter tres legatos consulares missos à Senatu ad plebem in secun- „ da eius secessione ab eodem Liuio ad annum v. c. cccii. & ab Asconio in Cor- „ neliana P. nominatur, à Graecis verò scriptoribus Ser. Sed ad hanc nostram de duobus Ruforum familiae praenominibus confirmandam obseruationem, il- „ lud etiam addi potest, Ser. Sulpicium Rufum, quem diximus Consulem fuisse anno DCCCI à Iulio. Obsequēte in libro de prodigiis. P. Seruio Sulpicium Ru- „ fum nominari, quod puto animaduertisse doctissimum virum Bernardinū Ru- „ tilium, qui in eo libro, quem de uitis Iurisconsultorum edidit, in P. Seruio Sulpi- „ cio, ita scribit. Itaq. redeo ad Ser. Sulpicium, cui quidam praenomen P. addunt, „ Cicero etiam Rufi, & Lemoniae cognomina. Alterum quidem vidit Rutilius, „ P. scilicet Seruiū praenominari Sulpiciū. Laemoniam verò, Tribus, in qua cen- „ sebatur, nomen esse, non uidit. Vt autem eorū, quae ad denarii explicationem faciunt

252 FAMILIAE ROMANAЕ

faciunt, nihil omittamus', dicendū aliquid est de Seruii praenomine: id enim cū
tribus tantum litteris SER. notari in veteribus monumentis soleat, quāerendū
est, cur in hoc denario integrum praenomen SER V I V scriptum sit. Praeno-
mina apud Romanos vñica tantum littera, vel duabus, vel ad summum tribus
notari solita fuisse vel mediocriter Romanae antiquitatis peritis notū esse opi-
nor. Eorum verò quaedam aliquibus familiis ita peculiaria fuerunt, vt pro no-
minibus posita saepissimè inueniātur. Exempla occurrūt haec. Claudia gens nō
aliis frequentius praenominibus vsa est, quām A p. & T i. cū igitur Ap. Claudius
vel T i. Claudius à scriptoribus nominantur, solo praenomine, atq. eo tunc nō
diminuto, notari solent, Appius scilicet, & Tiberius. hinc Cicero ad Appium
„ ep. i.lib.i. Quām quidem, inquit, ego si forte de tuis sumperero, non solun Pal-
„ lada, sed etiam Appiada nominabo &c. dixisset enim Claudiada, nisi tunc Ap-
„ pius ex praenomine notior, quām ex nomine fuisse. Sulpiciae autem genti, Ser-
„ ui praenomen ita familiarē fuit, vt Sulpicii, qui eo vñi sunt, solo praenomine fe-
„ rē semper significantur. Cicero ep. vi. lib. iv. ad Ser. Sulpiciū. Seruius tamen
„ tuus, inquit, omnibus officiis, quae illi tempori tribui potuerunt, declarauit &c.
„ & ep. iii. Seruius quidem tuus in omnibus ingenios artibus, in primisq. in hac,
„ in qua ego me scripsi ac quietcere, ita versatur, vt excellat. Tacitus lib. x v i i i:
„ Satis sibi nominis, satis posteris suis nobilitatis quaeſitum: post Iulios, Clau-
„ dios, Seruios, se primum in familiam nouā imperium intulisse &c. ita enim est
in manuscriptis omnibus libris: Sergios autem pro Seruios video repositum
fuisse ab iiis, qui inter Iulios & Claudios gentium nomina, male Seruios, quod
praenomen esset, positum existimarent. Si quis verò denarii inscriptione Sul-
piciū eum, quem diximus iurisconsultum fuisse, indicari non putat (quod is
P. Seruius dictus fit, hic autem L. Seruius) sed alium eiusdem gentis insignem
virum, cuius etiam imago in denario depicta sit, designari mauult, non multum
laboro, dummodo illud constanter retineatur, duobus, quicunque is sit, praē-
nominibus notatum esse. magis tamen, vt dixi, placaret referri denariū ad Ru-
fum iurisconsultum, cuius in primo praenomine facile à librariis errari potuit:
nisi forte imago quidem iurisconsulti sit, inscriptio verò ad L. Seruiū Rufum
eius filium pertineat, qui denarium in patris honorem signauerit. Ab eodem
autem quartum quoque tabellae aurum numnum cusum fuisse crediderim, ad
illustrandum aliud familiae suae monumentum, ex qua extiterit Ser. Sulpicius
is, qui Tusculum obsidione exemerit. huius rei extat apud Liuum historia in
„ lib. vi. Veliterni, inquit, coloni gestientes otio, quod nullus exercitus Romanus
„ esset, & agrum Romanum aliquoties incursuere, & Tusculum oppugnare ad-
„ orti sunt, eaq. res Tusculanis veteribus sociis, nouis ciuibus opem orantibus ve-
„ recundia maximè non patres modò, sed etiam plebem mouit. remittentibus
„ Tribunis plebis comitia per Interregem sunt habita. creati Tribuni militum
„ L. Furius, A. Manlius, Ser. Sulpicius, Ser. Cornelius, A. & C. Valerii, haud qua-
„ quam tam obedientem in delectu, quām in comitiis plebem habuere: ingen-
„ tiq. contentione exercitu scripto profecti, non ab Tusculo modò submouere
„ hostem, sed intra suamet moenia compulere, obsidebanturq. haud paulo vi
„ maiore Velitrae, quām Tusculum obfessum fuerat. Quintus denarius, vt ex
„ leto loco no oblio, loco q. agora extimata de andaluzia. Sino tan bien io de otra inscriptio-
„ gon como se ve en marcial siguiendo la emendacion del Doctissimo Drmo. y Dr. mo-
„ del legulin obispo Dignissimo de Zarzosa en el Dialogo Tercero de sus medallas pag.
„ en la medalla tercera de espña donde dice q. aquello q. ejus, no ade decir sino Aegut.
„ me parece q. el deuar esta ciudad en lo antiguo q. moderno en el Nuevo denar moneda
en cuauillo q. no solo se ade entender alo general de espña sino alo particular del lugar
cuas Funeral y Prado de su Rio Xalon fortísimo se pueden muy bien oír cuauillos

inscriptione intelligitur, à Ser. Sulpicio cufus est: sed à quo Sulpicio, mihi quidem incertum est, cum multi in hac gente eo praenominis usi reperiantur. ex iis uero, quae in altera denarii parte impressa sunt, captiui scilicet signo, & & naualibus instrumentis, satis constat, in P. Sulpicii memoriam signatum esse, qui Consul cum C. Aurelio fuit anno D L I I I . Nauis enim uelum, ancora, temo, & acrostirium, ad naualem Sulpicii in Macedoniam traiectum pertinent, de quo Liuius his uerbis meminit lib. x x x I I . Tum P. Sulpicius secundum uota in Capitolio nuncupata, paludatus cum lictoribus profectus ab Urbe Brundisium uenit, & ueteribus militibus uoluntariis ex Africano exercitu in legiones descriptis, nauibusque ex classe Consulis Cornelii lectis, altera die quam à Brundisio soluit, in Macedoniam traiecit &c. Idem Sulpicius Dassaretiorum postea in Macedonia fines populatus est, & cum Philippo congressus, regis copias fudit, fugauitque: ad quod factum celebrandum, captiui signum in denario impressum esse opinor. Liuius paulo post. Sulpicius in ipsa Macedonia congressus, fudit, fugauitque regem, partem opulentissimam regni eius de- ^{populatus.} Sextus denarius nisi ad Ser. Galbam, qui Romae imperauit, referatur, dubium non est, quin Ser. Sulpicio tribuendus sit ei, à quo Galba Imp. genus duxisse dicitur. De eo Suetonius meminit lib. v I I . cap. I I I . his uerbis. Familiam illustrauit Ser. Galba Consularis temporum suorum eloquentissimus: quem tradunt Hispaniam ex Praetura obtinétem x x x Lusitanorum milibus perfidia trucidatis Viriatini belli causam extitisse. Eius nepos ob repulsa Consulatus, infensus Iulio Caesari, cuius legatus in Gallia fuerat, conspi- rauit cum Cassio & Bruto. propter quod Pedias lege damnatus est. ab hoc sunt Imp. Galbae avus & pater. Hispaniae imagini ob prouinciae fertilitatem, & in re militari praestantiam, spicas, clypeum, & hastas appendi in numismati- bus solere supra diximus. Statua uero equestris, quae est in altera denarii parte signata, potest ad Galbae equestrem aliquam statuam pertinere, quae ab Hispa- nis ei decreta fuerit.


que aun era comun atodas o. las mas medallas estatidales en epauna como se veen en las de Huercia de Aza
y en las de calatacud y segun opinion de mi abuelo el Ultimo Don Martin de Aragon Duque de
Villahermosa y conde de Rivasgorrota la qual se allado en otros quadernos manuscritos y en un
camarin de Pedrola Guarda el Ultimo Don Fra. lo de Aragon su hijo Duque de Villahermosa y con
de de Juna nascido al Paterno como materno y con su licencia lo copiado y tratando de
un Reverso de la Huercia donde esta en sionbre encima de un caballo con una lanza y dice y a
no solo se ponia en las Monedas Validas y los Romanos en Espana sino en las Partidas de leyes
no conocidas y conjectura qdo fuere querer dar a entender mostrau q las victorias a conse
guian p de buena y diestra gente de acavalllo q si seguian aqora de huires de ponerse pare
ce renta al Reves q lo poco q nos ayuntavies en la milicia se preuan de seguir la en la cavalleria
y en particular gente noble al contrario de lo q se donde tiene en mejor la cavalleria en
esta probonda q no en la guerra siendo en los antiguos al Reves. q aun conforme avaron mucho maya
lo q q los caballeros en la guerra bazon acavalllo q q dize esto mas con el nombre dello. q en latin como
cabellano, pnes de equus llamaron equites. q de caballo cavallero exaltito Regalad esto q entonc
solo aellos era permitido el pñar a caballo q duro esto hasta los Posp de Nros Restauradores pues
se saco q el conde Don Ramon Berenguer el Ultimo de Saragossa q su sionbre llamado Princ. de Aragon q
q q caro con Dona Petronila eredera dese Rey. q dio fidel X PRIMVS
tad q los q no fueran caballeros pudieren comutar en acavalllo q estan teniendo mudan q ademas
q lo q tenia era premio particular q agora se desvalime otras q es muy conforme a razones
los caballeros defendian alos q nacieron dentro aun en la Guerra q en ella q no nacello segun se
datica nunca el Peon tocorre ade caballo. Bien q q el Leon esta con reciedad fide el rey
de la cavalleria. Dejando esto aparte q no saliv demas de largo q el discurso que lo dice q
lo dice q q tan bien servia esto q la abundancia q ventaja q los caballeros dese Principe
hacen a los demas q aun q esto digo yo q los españoles en las ocasiones se bauian ade servir
de lo q acaso el dia con esta Razón semegante a la dese q yo q en aquello q los



PRIMVS

huius tabellae denarius tribuitur à quibusdam C. Sulpicio, C. F. Galo, qui Consul anno DLXXXVII cū M. Claudio Marcello fuit, propterea quod in denario C. F. ut etiam in Fastis descriptus sit. ad quem referendos etiam putant nummos aereos, qui cum MES S A L L A E, S I S E N N A E, E T A P R O N I in omnibus circumferuntur, quicq. sunt à nobis APRONIO GALO tributi, cum ob alia, tū quod moneta illa à IIIuiris (ut ex eius inscriptione apparet) cusa, nō a IIIuiris fuit, tot enim Monetales in eo numerarētur, si GALVS Apronii cognomē nō esset. Mihi uero magis placeret, si denarius huiusmodi ad C. Sulpicium Platorinum referretur, à quo sunt sequentes denarii signati. quicq. apud Lauinium ut uidetur ortus, porcam, & Penates deos, qui Lauini colebantur, vt patriam indicaret suam, in primo denario fortasse impressit. Sed primum mihi de Penatis, & porca, Lauini ne eorum simulacra fuerint, dicendum est: deinde, ex gente Sulpicia quaerendū an aliquis natus apud Lauinium fuerit. De Penatis quidem diis Varro lib. iv. de lingua Latina ita scribit. Opidum, quod primum conditum in Latio stirpis Romanae Lauinium, nam ibi dī Penates nostri. Paedius in oratione pro M. Scauro. Crimini, inquit, dabat sacra publica populi Romani deūm Penatum, quae Lauini fierent, opera eius minus recte, facteq. facta esse. Valerius Max. lib. i. cap. viii scribit Aeneam Penates deos Troia aduetos Lauinii collocasse. cum eo consentiunt Dionysius lib. i. & Macrobius lib. iii. Saturnal. addit praeterea Dionysius, duos tantum esse Penates deos, pilaq. in manibus habere. qua forma in altera denarii parte expressi sunt. De porca, Varronis tantu uerba ex lib. ii. cap. iv. de re rustica, sat erit proferre, quae sunt haec. In quo illud antiquissimū fuisse scribitur, quod sus Aeneae Lauini triginta porcos peperit albos. itaq. quod portenderit, factum; triginta annis vt Lauinenses conderent opidum Albam. Huius suis ac porcorum etiam nunc vestigia apparent:

rent: iam ne simulacra eorum aenea etiam nunc in publico posita, & corpus matris ab sacerdotibus quod in salsa fuerit, demonstratur &c. De Sulpicia familia, quae Lauini domicilium habuit, possem Taciti locum ex lib. ii. afferre, si Lauinium ab aliquo scriptorum municipiū appellari alicubi obseruassem. eius tamen uerba, si quid ad rem faciunt, adducam. Sub idem tēpus, inquit, ut mors, Sulpicii Quirini publicis exequiis frequētaretur, petiuit à Senatu. nihil ad veterem & Sulpiciami patriciorum familiam Quirinus pertinuit, ortus apud municipium Laniuum, sed impiger militiae, & acribus ministeriis Cōsulatum sub Diuo Augusto, mox expugnatis per Ciliciam Homonadenis castellis insignia triumphi adeptus &c. Passim autem à librariis in eo erratur, vt pro Launio, scribant Laniuum, & pro Laniuo Lauinium. In secundi denarii altera parte Rostra quaedam, & duo in eis sedentes uiri, quantum ego coniicio, Augustus, & Agrippa, signari sunt: ac Rostra quidem opinor esse ea, quae Iulia siue Noua appellata sunt, de quibus meminit Dio lib. lvi. Ἀπολεόντιον δὲ (inquit) οἵ τε καίνε τὸν Τούδην μηχαρικοῦ βούλας, εἰπόντες ὡς δρόσος τοῦ ἀνέγερα, εἶπον δὲ τὰς ἑτέρας, ιεζόλαν τὸν Γαλάνον, ὁ Τίβερος δημόσιος δὲ στίλα κατὰ δύομα λέγονται αὐτὴν τοιούτην καλο. hoc est, Feretro positio ad Rostra, pro illis Drusus quandam orationem de scripto recitauit: Ceterum pro Rostris Iuliis Tiberius ex S. C. ad populum in haec propemodum verba perorauit. Suetonius tamē Augustum bifariam laudatum scribit, pro aede Diui Iulii à Tiberio, & pro Rostris Veteribus à Druso Tiberii filio. Earundem verò nauium fortasse rostris suggestum huiusmodi ornatum fuit, quibus Iulii quoque sacrarium siue heroum ab Augusto exornatum fuisse idem Dio scribit lib. l. i. his uerbis, Λατεῖκριν παντίπατον οὐ τοῦ Κλεοπάτρας, καὶ οὐδὲ πεπονισθόπορος ἔντονε τοῦ βραχτοῦ, καὶ ἐπερπατεῖ τὸ βραχίονα, αὐγορῆτες διδυκαν. Τοῦ τε κρητικά τοῦ Πατρίου τοῦ Τούδην αἰχμαλωτού διενεργεῖται ημέραις πορνοδίαις, χατανγυρούσι τοιούτας, Μετριδας ἄγαδας, εἴτε τοῦ γενεθλίου αὐτοῦ, καὶ in Τούδην ἀγγελεῖται τοῦ τούτου ημέρα. hoc est, Nam ei & de Cleopatra triumphus concessus est, & fornix trophacum gerens Brundisi, aliasque in Foro Romano, utque sacrarii Iulii basis, captiuarum nauium rostris ornaretur: iudique in honorem eius quinquennales haberentur: feriae essent, natali eius die, ac ea die, qua uitoriae nuncius allatus fuit &c. Iisdem verò rostris columnam etiam in Foro Romano exornatam fuisse scribit Appianus lib. v., cui Augusti statua aurea superimposita fuit, quae in argenteo quadam Augusti denario expressa est. Appiani uerba sunt haec, Καὶ δὴ οὐρανὸς in ἀριστῇ χρήστος λεῖψας, μετὰ χρυσαρτοῦ οὐ τερεῖχεν οὐδὲ λατεῖκριν τῷ Κλεοπάτρῳ ημέραις. καὶ τοῦ μηδὲ εἰκὼν θεραπεῖχεν, ἐπιτίμητος εἰσαγόμενος τοιοῦτον οὐρανὸν κατὰ Τούδην, καὶ θάλασσαν. Sed in Appiani uulgatis codicibus mendose leguntur cum alia, tuin uox δινήσιος, pro δινήσιοι, quae nos auxilio ueteris denarii suae integrati restituimus.



TARQVITIA gentis patriciae mentio frequens est cum in Fastis Capitoliniis, in quibus L. Tarquitius Flaccus L. Quintio Cincinnato Dictatore Mag. Eq. anno coxcv describitur, tum in antiquis inscriptionibus, quarum exempla sunt haec.

L. TARQVITIO.

L. F. POM

ETRVS CO

SVLPICIANO

SCRIBA R QVAESTORI

EX TESTAMENTO

DE HS. XX

L. TARQVITIO. MARCIANO

FILIO. DVL CISSIMO. QVI

VIXIT. ANNIS. VIII. MBNS. VI.

DIEBVS. XVIII. HORIS. XI.

L. TARQVITIVS. TROPHIMVS

ET. TARQVITIA. EVTYCHIA


PARENTES. FILIO. DVL CISSIMO

FECERVNT. CVIVS. CORPV S. CAVSA

PONDERIS. ANTE ARA. POSITV. EST

Cornelius Tacitus lib. x v. facit Tarquitii Crescentis mentionem. C. autem TARQVITIVS, qui in huius tabellae denario notatus est, Sertorii in Hispania partes, contra quem, ut scribit Plutarchus in Sertorio C. Annius Salliae legatus missus est, secutum fuisse, colligi potest ex Sallustii historiarum fragmento, quod est apud Seruum Grammaticum in lib. i. Aeneid. in quo scriptum est: Igitur discubuere, Sretorius inferior in medio, super eum L. Fabius Hispaniensis Senator ex proscriptis, in summo Antonius, & infra scriba Sertorii Verius; alter scriba Maecenas in imo; medius inter Tarquitium & dominum Perpernam &c.


TERENTIA



TERENTIA gens inter plebeias ab antiquis scriptoribus numeratur. ex ea enim extitit C. Terentius Tr. pl. qui anno ccxc i legem tulit, vt Quinqueviri crearentur, legibus de imperio Consulari scribendis, ne ipsi libidinem ac licentiam suam pro lege haberent. Liuius lib. ii. Dionysius lib. x. C. TERENTIUS LV CANVS, qui in primo tabellae denario notatus est, nominatur à Plinio lib. xxxv. cap. vii. Pingi autem, inquit, gladiatoria munera, atque in publico exponi coepit à C. Terentio Lucano. is quo suo, à quo adoptatus fuerat, triginta paria in foro per triduum dedit, fabulamque pictam in nemore Diana posuit. Eiusdē, vt opinor, Donatus Grammaticus in uita Terētii facit his verbis mentionē: P. Terentius Afer, Carthagine natus, seruuit Romae Terentio Lucano, Senator: à quo ob ingeniū, & formā nō institutus modò liberaliter, sed & matrē manumissus. Ab eodē autē C. Terentio, vt ex inscriptione appetet, secundus aereus nummus cusus fuit: cuius cognomen tribus notatum litteris Lvc, scio ab aliis Lucrio interpretari; sed quam rectè, ipsi uiderint. Tertium tabellae denarium, in quo Louis Terminalis caput impressum est, à M. TERENTIO VARONE signatum esse, quo tempore Cn. Pompeii in Hispania legatus erat, vel ex ipsa quarti denarii inscriptione, quaē ab imperito Latinē homine, (& ut videtur, Hispano) primum descripta, deinde impressa in denario fuit, intelligere possumus. Cusit autē Varro monetā huiusmodi, vt ex eius titulo colligitur, cū in Hispania praeter legati munus, Proquaestorio etiā officio fungeretur; cuius argenti publicē signandi in prouinciis cura in primis fuit. Pompeium verò Hispaniam prouinciam Proconsulari potestate administrandam obtinuisse, & supra in eius denariis scripsimus, & ad huius monetae intelligentiam Velleii uerba, & Suetonii proferemus. Quippe, inquit Velleius, Pompeius in secundo Consulatu Hispanias sibi decerni uoluerat, easque per triennium absens ipse, ac

Y iii se, ac

se, ac praesidens Virbi per Afranum & Petreium Consularem, ac Praetorium legatos suos administrabat &c. Suetonii verba sunt haec ex li.i.cap. x.xiv. Appellatisque de Rep. patribus, ualidissimas Pompeii copias, quae sub tribus legatis M. Petreio, & L.Afranio, & Varrone in Hispania erant, inuasit. Ad hoc autem Pompeii indicadum imperium, sceptru & aquila in altera denarii parte, vt opinor, impressa est, nam delphin ad maris imperium pertinet, quod Cn. Pompeio ex s. c. bello Piratico demandatum est; cuiquidem gerendo vnum ex eius legatis M. hic Varro praefuit, quoq. confecto, rostrata corona donatus a Pompeio fuit. Plinius lib.iiii.cap. xi. Post eum, inquit, M. Varro cum classibus Pompeii Piratico bello praecepsset. & lib.vii.cap.xxx. Quam cū eidem Magnus Pompeius Piratico ex bello naualem dedit. & li.xvi.cap.iv. Cedunt & rostratae, quāuis in duobus maximè ad hoc aequi celebres: M. Varrone è Piraticis bellis, dante Magno Pompeio: itemq. M. Agrippa, tribuente Caesare è Siculis: quae & ipsa Piratica fuere. Sed M. Varrone in bello cōtra Piratas Pompeii classi praecepsset, Florus etiam lib.iii. Appianus in Mithridatico, & Dio lib. xli. scripserunt.



THORIAM gentem plebeiam fuisse inter omnes ferè scriptores conflat. L. THORIVS BALBV, qui huius tabellae denarium cusit, is opinore est, cuius Cicero in lib.ii. de finibus meminit, his verbis. L. Thorius Balbus fuit Lanuinus: quem meminisse tu non potes. is ita viuebat, ut nulla tam exquisita posset inueniri voluptas, qua non abundaret. erat & cupidus voluptatum, & cuius uis generis eius intelligens, & copiosus; ita non superstiosus, vt illa plurima in sua patria sacrificia & fana contemneret: ita non timidus ad mortem, vt in acie sit ob Remp. interfactus &c. Quod autem Lanuio municipio Thorius natus fuisse, Junonis Sospitae simulacrum, quae Lanuui, colebatur, in altera denarii parte signauit, inscriptionemque adiccit. i.s.m.r. hoc est, IUNO SOSPITA MAGNA


MAGNA, seu MAXIMA REGINA: utrumque enim Iunoni cognomen tributum fuisse, Virgiliani uersus demonstrant,

--- tibi enim, tibi Maxima Iuno
Matat sacra ferens &c. &
Iunonis Magnae primum prece numen adora.

Ouidius quoque in Fastis Iunonem Magnam appellauit his versibus,


Monte sub Exquilio multis incedens annis,
Iunonis Magnae nomine lucus erat.

In altera denarii parte Thorius impressit taurum, vel familiae nomen indicans ab eo animale deductum, (nam multa nomina, inquit Varro de re rustica li.ii.cap.i. habemus ab utroque pecore, vt Porcius, Ovilius, Caprilius, Equitius) vel certè ad legem respiciens, quam tulit Sp. Thorius. Tribunus plebis in eos, quorum à pecore agri publici depasti essent. Cicero lib. ii. de Oratore. Qui cum ageretur in Senatu de agris publicis, & lēge Thoria, & praemeretur Lucilius ab iis, qui à pecore eius depasci agros publicos dicerent &c. Alteram quoque legem Thorius tulit, qua agrum publicum vectigali leuauit, cuius Cicero meminit in Bruto, his verbis. Sp. Thorius satis valuit in populari genere dicendi, is qui agrum publicum uitiosa, & inutili lege, vectigali leuauit. Appianus autem lib. i. bel. ciuil. à Sp. Thorio Tr. pl. legem latam esse scribit, ne agri amplius diuiderentur, sed possessoribus in iis relicitis, vectigalia pro iis penderentur, eaque pecunia populo diuideretur. Eius verba sunt. Μέχρι αὐτούς οὖν
Σημαρχῶν σύστημα νόμον, τὸν οὐδὲ μικρότερον διάβασαν, καὶ οὐρανὸν ἐπειράτης τὸν δίκαιον
καταλίθισε, καὶ τὸ δι τὸ χρήματα χωρέοντος διανομέα, ὅπερ μηδὲ τοι πόνοις παρηγόρα δια τὸν δικαιόμενον,
ἀργαλος δι τὸν δι πολευτανόν.



TITINIA gens familias habuit patricias & plebeias. Patriciae meminit
Liuus lib. v. cū inquit, Non tamen ultra processum est, quām ut unus ex plebe
vsurpandi iuris causa P. Licinius Caluus. Tr. militum Consulari potestate crea
retrur: ceteri patricii creati, P. Maenius, L. Titinius, P. Melius, Sp. Furius Medul
linus, L. Publilius Vulsus &c. Plebeiae idem Liuus lib. iii. facit mentionem, in
quo M. Titinum nominat Tribunum plebis creatum anno ccciiii. quo tem
pore plebs in Aventinū ob facinus Ap. Claudii Crassini xiri secesserat. C. autē
Titinius, qui in huius tabellae denario notatus est, vt ex numero xvi in eius al
tera parte adiecto colligitur, denariorum flandorum curator fuit, anno Vrbis
DXXXV, quo vt Plinii verbis utrū ex lib. XXXII. cap. iii. Q. Fabio Maximo
Dictatore, Annibale urgente, asses unciales facti sunt, placuitq. denarium sex
decim assibus permutari, quinarius octonis, sextertium quaternis. Hinc autē
factum esse opinor, ut cum in aliis denariis x nota apponi soleat, quōd denos
asses ualarent, in hoc xvi apposita sit, qua scilicet significaretur, denarium non
ut ante deceim asses, sed sexdecim ualere. Verisimile etiam est populum Roma
num aere alieno pressum in sequentibus quoq. annis monetae pondus minuisse,
denariumque huiusmodi à C. Titinio eo, qui tunc temporis monetae cuden
dae praefuerit, signatum fuisse. Multi enim à scriptoribus ex Titinia gente no
minantur, quibus denarius tribui possit. Valerius Max. lib. iii. cap. ii. meminit
C. Titinii Minturnensis, qui uxori à C. Mario dotem reddere coactus fuit, quōd
eam impudicam de industria duxerat, ut dote spoliaret. Plutarchus in Mario.
Appianus li. iv. bell. civil. & Plutarchus in Bruto faciunt mentionem Titinii
eius, qui bello Philippi à Cassio de Bruti uictoria sciscitatum missus, quōd
tardius reuersus Cassio mortis causa fuisset, seipsum interfecit. Idem Appianus
lib. v. Titinii facit mentionem, qui in bello nauali contra Sex. Pompeium Cae
sarianae

sarianae classi praeceps. Sed longum esset Titinios omnes colligere, qui ab anti
quis scriptoribus nominantur: quibus proferendis eō libenter supersedeo,
quōd ad denarii huius intelligentiam nihil, uel parum faciunt.



TITIA gentem plebeiam fuisse, uel ex hoc maxime constat, quōd multi
ex ea Tribuni plebis extiterūt, à quibus latae sunt leges, quae de uectigali agro
rum, de lusu, de Triumuiratu Quinquennali, de donis & muniberis inscriptae,
sub Titiae gentis nomine circumferuntur. Q. autem Titius, qui est in huius ta
bellae denariis notatus, nō satis ex scriptoribus constat, quis fuerit, quoue tem
pore uixerit: nec enim Q. Titium indicari arbitror, qui (ut apud Plutarchum
Sulla in x. commentario scribit) non obscurus inter Romanos ciues fuit, qui
tunc in Graecia negotiabantur, is enim Marcus praenominatur in antiqua
hac inscriptione, cuius exemplum subieci, si modo idem sit cum eo, quem Plu
tarclius nominat,


CIVES ROMANI QVI
MYTILENIS NEGOTI
ANTVR
M. TITIO L. F. PROCO S
PRAEF. CLASSIS. COS
DESIGNATO. PATRONO
HONORIS CAVSA

Pegasus autem, qui est in altera denariorum parte impressus, adduxit quosdam,
vt ad Titium poetam de quo meminit Horatius in ep. iii. lib. i. ad Iulium Florū,
referendos hos denarios putarint. Eius uersus sunt hi,

Quid

*Quid Titius Romana brevi uenturus in ora,
Pindarici fontis qui non expalluit baustus?*

„ In quorum explicatione Porphyrio ita scribit. Titius poeta hic voluit Pindarū „ Latino sermone vertere. deridet autē hunc Horatius , quòd ausus sit sacrū opus „ contaminare. potest tamen & uerè laudare ; nam Tiberii comes & doctissimus „ fuit, & lyrīca conscripsit &c. Vt igitur Titio huic denarios huiusmodi quidā re- „ ferrēt, imago etiā impulit, quac in denario, quadrato Hermae imposta est. clai- „ rorū enim & insigniū aliqua virtute virorū capita Hermis imponi solita fuisse „ diximus in eo libello, quē nuper de imaginibus eruditōrū edidimus . Victoriae „ quoq. simulacrū in uno denāriorū impressum ad Titii in poeticis certaminibus „ victoriā aliquā referri potest, cuiusmodi multae Comicorū, & Tragicorū poe- „ tarū inter se certantiū à Graecis, Latinisq. scriptoribus celebrantur . Mihi uero „ magis placet, si pegasī signum, Corintho coloniae à Caesare Dictatore dedu- „ ctae, & ab Augusto postea instauratae tribueretur: ad quā fortasse respexerit Q. „ TITIUS, qui frater, vel cōsanguineus esse potuit L. Titii, qui Tr. Mil. legionis Ver- „ naculæ sub Caesare ab Hirtio dicitur li. iv. de bello Alexadrino . Eius itē cōsan- „ guineus, qui Antonii iussu, cuius partiu fuit, Sex. Pompeium in Asia interfecit; „ cui, vt inquit Velleius, in tantū durauit hoc facinore cōtractum odium, vt mox „ ludos in theatro Pompeii faciens, execratione populi, spectaculo quod praebe- „ bat, pelleretur. hunc Appianus li. v. bell. ciuil. P. Titium nominat; eundemq. „ opinor fuisse cum eo, qui Tri. ple. legem tulit, vt Tresuiri consulari potestate „ Reip. constituendae in quinquennium crearentur. Liuius in epitoma lib. cxx.



TITVRIAM gentem è Sabinis Romam uenisse satis constat cum ex eius cognomine, tum ex imagine, quae est in denariis impressa T. Tatii Sabini, quē Romae

Romae annos quinque cum Romulo regnasse, cum esset ab eo in regni confor- „ tium adscitus, notum est. Eodem pertinet Sabinarum expressus in denariis ra- „ ptor, & Tarpeia confectis scutis à Sabinis necata . raptas autem à Romanis Sa- „ binas fuisse ludis Consualibus in Circo , Vrbis conditae anno quarto, indeque „ bellum primum Sabinum exortum esse, omnes ferè scriptores tradunt. Liuius „ lib. i. Ludos , inquit, ex industria parat Neptuno equestri solempnes; Consualia „ vocat. indici deinde finitiimis spectaculum iubet, quantoq. apparatu tunc scie- „ bant, aut poterant, concelebrant, ut rem clarain, expectatamq. facerent. Mul- „ ti mortales conuenere studio etiam uidendae nouae Vrbis; maximè proximi „ quique Caeninenses, Crustumini, Antemnates . Iam Sabinorum omnis multi- „ tudo, cum liberis ac coniugibus uenit: inuitati hospitaliter per domos : cum fi- „ tum, moeniaque, & frequentem tectis urbem uidissent, mirantur tam breui rem „ Romanam creuisse: ubi spectaculi tempus uenit: deditaque eò mentes cum „ oculis erant: tum ex composito orta uis, signoque dato iuuentus Romana ad „ capiendas uirgines discurrit: magna pars fortè ut in quem quaque inciderat, „ raptæ: quasdam formæ excellentes primoribus patrum destinatas ex plebe ho- „ mines, quibus datum negotium erat, domos deferebant &c. Romanis Sabinas „ rapiendi causa quae fuerit, narrat idem Liuius in eodem libro. Dionysius Hal- „ carnasseus & alii . De Tarpeia scriptum est in gente Petronia. L. autem TITU- „ RIUS SABINVS, qui argento publicè feriundo praefectus, quātuor huius ta- „ bellæ denarios signauit, potest frater esse Q. Titurii Sabini, qui Caesaris lega- „ tus in Gallia fuit . Cuius etiam filius credi potest fuisse P. SABINVS, qui quin- „ tum Quinarium percussit: in cuius altera parte trophaeum & uictoriæ ex- „ pressit, ad patris contra Vnello gesta fortasse respiciens, de quibus ita scribit „ Caesar lib. iii. de bello Gallico. Dum haec in Venetis geruntur, Q. Titurius „ Sabinus cum his cōpīis, quas à Caesare accepérat, in fines Vnellorum peruenit. „ paulo post. Sic uno tempore & de nauali pugna Sabinus, & de Sabini uictoria „ Caesar certior factus est: ciuitatesque omnes se statim Titurio dediderunt &c. „ Eiusdem apud Eburones interfecit, meminit idem Caesar in lib. i v. & Florus li. „ iii. Sextus acreus nummus à L. TITURIO L. Titurii eius filio, qui argenteos „ denarios percussit, signatus est, ut ex numismatis inscriptione apparet. Tituriae „ autem familiae mentio fit à Cicerone in oratione pro M. Fontio, & in ueteri „ inscriptione quae reperta Romae in Auentino monte fuit, in quo T. Tatii Sabi- „ ni sepulcrum fuisse scribit Dionysius Halicarnasseus.


T. TITURIUS T. F. SABINVS

T. TITURIUS T. F. PAL. MAMER

QVS. TITVRIA. SABINA


TITVLVM. FECERVNT

H. M. D. M. ABEST




TREBANIAE gentis nulla, reperitur mentio apud eos scriptores, quos ipse uiderim, nisi uero numimus extaret aereus, in quo hic idem Trebanius notatus sit, crederem erratum fuisse ab eo, qui denarium cusit, in quo L. TREBANI inscriperit pro L. TREBATTI. ut in aereo quodam nummo, FABRINI pro FABRICI Monetalis Triumui errorre incisum quidam suspicantur. Trebatiae quidem gentis meminerunt cum aliis, tum Cicero ad Trebatium lib. v. i. & in libro Topicorum, quem ad eundem Trebatium misit. Trebaniae uero nullus, ut dixi, veterum scriptorum facit mentionem.

TULLIAM



TULLIAM gentem inter patricias numeratam fuisse, satis ex scriptoribus constat. M. autem TULLIVS, qui in hoc denario notatus est, cum multas ea gens familias habuerit, haud facile est, nullo eius adscripto cognomine, ex qua fuerit diuinare: potest enim denarius ad M. Tullium Deculam referri, qui Consul fuit cum Cn. Cornelio Dolabella anno D C LXXII. potest etiam M. Tullio. Ciceroni tribui, & fortasse ad triumphum ob res in Cilicia bene gestas ei decretum spectare, de quo ipse scribit in epistola ad Catonem lib. x. v. & ad Attic. lib. v. Ciceronem autem Ciliciam Proconsulari potestate obtinuisse Ser. Sulpicio M. Marcello Cos. anno DCCII, & ex ea Imperatorem appellatum, supplicationesque absenti decretas fuisse, quod Sepyram, Geminorim, Eleutherocilicum, & Pindenissum, magna hostium multitudine occisa cepisset, Tibarenosque in deditione accepisset, ipse scribit in eadem ad Catonem epistola. Sed Tulliae gentis familias, quae à scriptoribus nominantur, ad quas denarius pertinere potest, omnes persequi longum esset, satis autem erit, unde peti possint, indicare. Longorum mentio extat apud Ciceronem in libro de Claris oratoribus. Cimborum, in lib. n. Philipp. & Plutarch. in Bruto. Montanorum, apud eundem Ciceronem lib. x. ad Att. Ruforum, apud Hirtium lib. v. Annalium, apud Valerium Maximum lib. ix. cap. ii. Seneciorum, & Fabianorum lib. xv. & xix.

Z V A L E-



VALERIAM gentem è Sabinis oriundam, cum T. Tatio rege, quem à Romulo in regni consortium adscitum diximus, Romam uenisse, tradit Dionysius lib. i. v. eius uero principē Volusum Valeriu, vel ut tum dicebant, Valesum, nominat Plutarchus in Poplicola: quem etiam auctōrē pacis inter Romanos & Sabinos extitisse scribit. Cum autem multas haec gens habuerit familias patricias & plebeias, quarum extat mentio apud scriptores, soli in denariis ACISCVLI, FLACCI, MESSALLAE, & CATVLLI reperiuntur. Ad Acisculos primi tres huius tabellae denarii pertinent: in quorum secundo Siren à L. Valerio impressa fortasse fuit, ut ea significaretur, Acisculos Acidis fluuii, atque eius in Sicilia regionis, quā Sirenes tenuerunt, accolas aliquando fuisse, indeque profectos, Sabinū agrū primō tenuisse, deinde ciuitatē Romanā adeptos esse. Ac in quidē fluuiū ex Aetna mōte ~~adīs~~, hoc est teli instar, unde dictus est, decurrere, tradit Eustathius in Dionysiu: eius uero accolas Valerios fuisse, atq. ab eo Acisculos pro Acisculos (ut in ueteribus monumētis Poplicula, & Agricula, pro Poplicula, & Agricola) appellatos fuisse credendū est. Ac in autē in generandi casu Acis facere, non Acidis, docet Probus in Catholicis; licet Ouidius dixerit lib. xiii. Metamorph.

--- latitans ego rupe, meique
Acidis in gremio residens ēc.

Eam uero Siciliae partem, quam iuxta Pelorum praeterlabitur Acis, quamque Apollinis terram Hyginus appellat, Sirenas tenuisse testatur Strabo lib. i. Hyginus in Fabulis, & Seruui in commentario Aeneidos. Strabonis quidem uerba sunt haec. Ιδε γοῦν Σειρῆνες, ιοὺς μὲν, οὐτὶς τελεπούδος καθιδύνειν, ιοὺς δὲ, οὐτὶς Σειρῆνες, πλάκεις διεχεῖσθαι σαδίσ. hoc est, Itaq. sunt, qui Sirenas in tractu Pelorio ponāt; alii ad Sirenuſas insulas, quae plusquā duo millia absint stadiorū &c. Seruui uero haec.

Sirenes

Sirenes secundum fabulam tres, in parte uirgines fuerunt, & in parte uolucres, Acheloi fluuii, & Calliopes Musae filiae. harum una uoce, altera tibiis, alia lyra canebat. & primō iuxta Pelorum, postea in Capreis insula habitauerunt: quae illectos suo cantu in naufragia deducebant & cet. Sirenes, (inquit Hyginus) Acheloi fluuii, & Melpomenes Musae filiae, Proserpinæ raptu aberrantes, ad Apollinis terram uenerunt, ibique Cereris uoluntate, quod Proserpine auxilium non tulerant, volaticae factae sunt. His responsum erat, tandem eas uicturas, quandiu cantantes eas nemo esset praeteruectus: quibus fatalis fuit Ulysses, astutia enim sua cum praeteruaigasset scōpolos, in quibus comorabantur, praecepitauerunt se in mare: à quibus locus Sirenides appellatur, qui est inter Siciliam & Italiam. Haec ad confirmandam nostram de Acisculorum familia coniecturam, quod è Sicilia scilicet uenerit, adduci possunt. in tanta enim antiquitatis ignoratione, nec de Acisculi cognomine, nec de impressa cum clypeo, galea, & hastis Sirene, quaeque tauro uecta Europa in tertio denario expressa est, quicquā certi afferre possum. De Acisculi tantum cognomine apud Quintilianum lib. vi. cap. iii, ita scriptum inueni. Et haec tam frigida, quā est nominum fictio adiectis, detractis, mutatis litteris in Acisculum, quia esset pactus, Pacisculum: & Placidum nomine, quin is acerbū natura eset: Acidum &c. Reliqui tres huius tabellae denarii ad Valeriam Flaccorum familiam spectant. In eorum autem primo C. Valerius Flaccus notatus est, de quo meminit Valerius Max. lib. i. i. cap. ii. cum inquit. Cum Annibal Capuam, in qua Romanus exercitus erat, ob sideret, Vibius Acceus Pelignae cohortis praefectus, uexillum trans Poenicum uallum proiecit: se ipsum, suos commiliones, si eo hostes positi essent, execratus: & ad id petendum subseuenti cohorte primum impetum fecit: quod ut Valerius Flaccus Tribunus tertiae legionis apexit, conuersus ad suos, spectatores, inquit, ut video, alienae uirtutis huic venimus: sed absit hoc dedecus à sanguine nostro, ut Romani gloria cedere Latinis velimus. ego certè aut speciosam optauī mortem, aut felicem audaciae exitum: vel solus igitur praecurrere paratus sum. his auditis Pedanius Centurio conuulsu signum dextra retinens: iam hoc, inquit, intra hostile uallum mecum erit: proinde sequantur, qui id capi nolunt. & cum eo in castra Poenorū irrupti, totamque secum traxit legionem & cet. Hoc Valerii factum exprimere fortasse voluit is, qui denarium ex ea familia cusit C. Valerius Flaccus: quem ex Gallia prouincia, quam Praetor obtinuit, Imperatorem appellatum fuisse, colligere possumus ex Ciceronis verbis, quae leguntur in oratione pro P. Quintio. Expulsus, inquit, atque electus è praedio Quintius, accepta insigni iniuria, confugit ad C. Flaccum Imperatorem, qui rum erat in prouincia: quem ut ipsius dignitas poscit, honoris causa nominor. De vexillo cohortis, & aquila legionis in altera primi denarii parte impressa, scriptum est in Sempronia Gracchorum familia. De C. Valerio Flacco, qui C. F. in quinto denario describitur, mentio apud scriptores, quos ipse videbam, nō extat; credendū tamen est, vixisse iis temporibus, quibus monetae pondus minutū à populo Romano fuisse, supra in denario Titini diximus. fuit autem annus is Vrbis p. x x x v i, quo factum est, ut denarius sexdecim ases valeat:

Z ij ret:

ret: ob quam causam xvi nota in hoc quoque denario pro x. adscripta sine dubio est: quamvis fieri potest, ut posterioribus quoque temporibus populus Romanus aere alieno pressus, argenti pondus minuerit, & denarius huiusmodi à C. Valerio Flacco percussus fuerit, filio C. Valerii eius, qui Consul fuit cū M. Herennio anno d. c. l. x. Sextus tabellae denarius ad L. Valerium Flaccum pertinet, de quo Cicero meminit lib. xi. Philipp. Cum Arisstonico, inquit, bellum gerendum fuit L. Valerio, P. Licinio Cos. rogatus est populus, quem id bellum gerere placeret: Crassus Consul, Pont. Max. Flacco Collegae Flamini Martiali mulctam dixit, si à sacris discessisset: quam mulctam populus Romanus ei remisit; Pontifici tamen Flaminem parere iussit. & in oratione pro C. Rabirio L. Flaccum, inquit, hominem cum semper in Rep. tum in magistratis bus gerendis, in sacerdotio, caeremoniisque quibus praeerat, diligentissimum &c. Sacerdotium enim, Martiale Flacci Flaminium intelligit: quod in denario apicis signo indicatur. In Fastis etiam L. Valerius hic P. Crassi in Consulatu collega anno d. c. x. xiiii, Flamen Martialis descriptus est. Eius autem Aedilitatis, ad quam significandam spica in denario impressa est, mentionem facit idem Cicero in oratione pro L. Flacco. Adiungis, inquit, causas inimicorum, quod patri L. Flacci Aedili Curuli pater tuus Tr. pl. diem dixerit &c. Ex quibus uerbis intelligimus L. Flaccum Aedilem, patrem fuisse L. Flacci eius, quem Cicero defendit. Martis signum in altera denarii parte dextro tantum pede (ut apparet) armatum, ad Valeriae gentis originem à Sabinis ductam pertinet, quos à Pelasgis oriundos fuisse testatur Dionysius lib. i. Pelasgis uero moris fuit in bello dextrum tantum pedem armare: quem quidē monrem ab Henicis quoque, qui genus & ipsi à Pelasgis duxerunt, seruatum fuisse, ex Virgilii uersibus, qui sunt in septimo Aeneidos intelligere possumus.


*Quique altum Praeneste uiri, quique arua Gabinae
Iunonis, gelidumque Anienem, & roscida riuis
Hernica saxa colunt: quos diues Anagnia pascit,
Quos Amasene pater: non illis omnibus arma,
Nec clypei, currusue sonant: pars maxima glandes
Liuentis plumbi spargit, pars spicula gestat
Bina manu: fuluosque lupi de pelle galeros
Tegmen habent capiti: uestigia nuda sinistri
Instituere pedis, crudus tegit altera pero.*

Macrobius lib. v. Saturnal. Virgilianos hos uersus explicans, ita de hac re narrat. Hunc morem in Italia fuisse, ut uno pede calceato, altero nudo, iretur ad bellum, nūquam adhuc, quod sciam, reperi: sed eam Graecorum nonnullis consuetudinem fuisse locupleti auctore iam palam faciā. in qua quidē rem rari est poetæ huius occultissimam diligentiam, qui cū legisset Hernicos, quem est Anagnia, à Pelasgis oriundos, appellatosq. ita à Pelasgo quodam duce suo, qui Henicus nominabatur: morem, quem de Aetolia legerat, Henicis assignauit,

assignauit, qui sunt uetus colonia Pelasgorum. & Hernicum quidem homineū „ Pelasgum, ducem Hernicis fuisse, Julius Hyginus in lib. ii. Vrbium, non paucis „ uerbis probat. Morem uero Aetolis fuisse, uno tantummodo pede calceato in „ bellum ire, ostendit clarissimus Euripides scriptor Tragicus, in cuius tragœdia, quae Meleager inscribitur, nuntius inducitur describens, quo quisque ha- „ bitu fuerit ex ducibus, qui ad aprum capiendum conuenerunt. eius uersus sunt. „

Τελαινὸν δὲ χρυσοῦν πεπτόντα πέπλην ἔπι
Πρόθλημα θυρῶς, βέτρωσι δὲ τεφέν κάρα
Σαλαμίνα κορῳδύν πατρίδα Τίνιν εὐδάμονα.
Καὶ ωρὸς δὲ μίσην ἀρχές Λαγανῆνιν νύνες
καὶ τοζὲ χουσα, πεπέκεντα δὲ Μίσουν
Γένου, πέτσλ' ἀλλακάτασσος. οἱ δὲ θύτες
Παῖδες Τοῦ λαὸν ἕγκος αὐδέρβυλοι ποδέσσι,
Τοῦ δὲ ἐν πεδίοις, οἱ ἐπαρθένοι γόνοι
Εὔχοισι, οἱ δὲ παῖσιν Λατολόδης νόμος.

& eundem pedem nudum Virgilius quoque dixit, uestigia nuda sinistri & cet. „ Ad hunc igitur Aetolorum morem, uel Pelasgorum etiam, à quibus Sabinos & Hernicos oriundos diximus, quin respexerit is, qui denarium signauit, dubitari nullo modo potest.




PRIMVS tabellae denarius cusus est à M. VALERIO BARBATO, M. Antonii Triumviri R. P. C. Quaestore Prouinciali; ita enim notas ilicas interpretor, Q. P. Quaestores enim alias Urbanos, alias Prouinciales fuisse, qui Procos. in prouincia sequebantur, supra docuimus. Barbati huius qui fuit Antonii Quaestor, meminit Appianus lib. v. bell. civil. licet Z iii in vulga-

„ in vulgatis libris mendosè Barbatus scriptum sit. Barbatus dicitur (inquit) : Αὐτῶν τα-
„ μιας, ἡ τοῦ Λέωφρου, καὶ διὰ λίθου πεπλανηθεῖσας, ἔλεγε πυνθανομένος τὸν Αὐτῶν χαλεπεῖσαν λόγον πολεμοῦσος
„ τοῦ Καίσαρος καταῆσθαι καὶ σχεῖσθαι, καὶ οὐ μόνοις μὴ τοῖς εἰκαστοῖς τοῖς Βαρβάτοις, εἰς τὸν Καίσαρα ἀπό-
„ τοῦ Λευκήσυ μᾶλλον. hoc est. Interca Barbatus Antonii Quaestor, ab offenso di-
„ missus, sciscitantibus militibus respondit, eum irasci gerentibus bellum con-
„ tra Caesarem, & cōmūnem potentiam: quo factū est, ut quotquot dolū Barbatī
„ non senserunt, à Lucio deficerent ad Caesarem. M. autē Barbati huius filius esse
potest M. Valerius Barbatus Cos. qui M. F. in Fastis descriptus est anno DCCXL.
de quo Suetonius li. v. meminit his verbis. Claudius Valerīā Messalīā Barbati
„ Messallae consobrini sui filiam in matrimonium duxit. L. VALERIUS CATULLVS,
qui Triumuir auro, argento, aere in secundo aereo nummo notatus est, C. Vale-
rii Catulli poetae filius, uel frater potest. de eo nulla, quod sciām, men-
tio apud scriptores extat. Tertium tabellae denarium ad M. Valerium Mes-
fallam petinere arbitror, qui Consul cum Cn. Domitio Caluino fuit anno DCC.
quo quidem anno eius filium Messallam Aedilem Curulem fuisse, ex denarii in-
scriptione, & sella in eo impressa, coniicere possumus: cui ad indicanda fortas-
se Liberalia, quae in eo munere Messalla filius fecit, Bacchi thyrsus suppositus
est. Messallae autē cognomen primus M'. Valerius Maximus deuicta Messana
adeptus est anno C D X C, in quo Consulatum gessit cum M'. Otacilio Crasso; &
in eo honore Messalla appellatus est. Ad eiusdem filium Messallam, qui Aedi-
lis Curulis fuit, quartus acreus nummus pertinere potest: qui fortasse is est, quē
Dio proscriptum ab Antonio scribit, posteaque non solum seruatum, sed etiam
Consulem in eius locum factum esse anno D C C X X I. Quintus tabellae dena-
rius & sextus à Traiano Imp. (ut ex inscriptione appetet, restitutus) ad L. Vale-
rium Acisculam spectant, cuius in superiore tabella meminimus. in eorum au-
tem altero Solis caput, in altero Apollinis, qui cum Sole idem est, expressum ar-
bitror eam ob causam, quod Valerius is, ad Heliopolim urbem, hoc est, Solis
terram, ut appellat Hyginus, quod in ea Solis armenta pascentur, generis sui
originem referret. hanc uero in ea Siciliae parte fuisse, qua Acis ex Aetna Pe-
lorum uersus fluit, supra docuimus. Ex mallei autem signo, quod in duobus
his, & superioris tabellae tribus denariis impressum est, coniicere possumus Va-
lerium hunc Pompeii, uel Caesaris, aut alicuius in bellis ciuilibus partium du-
cis, Praefectum fabrūm fuisse: hoc enim eius officii symbolum in veteribus
monumentis obseruauimus: Praefectos uero fabrūm, artificibus qui castra se-
quebantur, praefuisse notum est. Caesar epistola. viii. ad Oppiū, Cornelium
lib. ix. ad Att. Cn. Magium Pompeii Praefectum fabrūm nominat, his uerbis.
„ Cn. Magium Pompeii Praefectū deprehendi: scilicet meo instituto usus sum:
„ & eum statim missum feci. Iam duo Praefecti fabrūm Pompeii, in potestatem
„ meam uenerunt, & à me missi sunt. Plutarchus in Bruto, Flavium, cuius in Fla-
via gente meminimus, Bruti Praefectum fabrūm fuisse scribit, hoc est, ut
Graecis eius uerbis utar, ἐπαρχούσας λεγοντά. Multi autem in ueteribus inscriptio-
nibus nominantur Praefecti fabrūm, quos hic notare longum esset, cum apud
antiquitatis Romanae scriptores, in promptu omnibus sint. satis igitur erit
unius tantum exemplum quod Allifis extat, proferre.

M.GRA-

| | |
|------------------------|-----------|
| M.GRANIO.M.F | OPPIDIAE |
| M.N.CÓRD.O.FRAT | C.E.RVFAC |
| TR.MIL.PRAEF.EQ.VIT | MATRI |
| PRAEF.FABR.II.VIRO | |
| T.BR.QVINQ.AED.Q.CVR | |
| AQVAE.DVCENDAE.ALLIFIS | |

B.D



VARGVNTIEIA gens, incertum patriciāne fuerit an plebeia: opinor ta-
men patriciam fuisse; eius mentio extat in antiquis inscriptionibus, quarum
exempla sunt haec,


| | |
|---------------------|-----------------------|
| FORTVNAE. E.Q. | SILVANO.SANCTO |
| SACR | ET.MERCVRIO |
| M.VARGVNTIEIVS | ET.LIBERO.PATRÌ |
| M.F. STEL.APITIVS | SACRVM |
| 7.COHO.R.X.PRAET.ET | M.VARGVNTIEIVS.M.F |
| VARGVNTIEIA.HILA | PAL.AVGVRINVS |
| R.A.L.SVA.SVA.PECVN | SVA.PECVNIA.D.D. |
| V. S. L. M | IIIIDVS.AVGUST |
| | PETRONIO.TVRPILIANO |
| | ET.CAESONIO.PAETO.COS |

Ex hac gente fuit L. Vargunteius, qui cum Catilina coniurauit; cuius meminit
Sallustius his uerbis. Eò conuenere Senatorii ordinis P. Lentulus Sura, P. Au-,,
tronius

„ tronius, L. Cassius Longinus, C. Cethagus, P. & Ser. Sulla. Ser. filii, L. Var-
„ gunteius, Q. Annius, M. Porcius Laeca, L. Bestia, Q. Curius, praeterea ex eque-
„ stri ordine M. Fulvius Nobilior, L. Statilius, P. Gabinius Capito, C. Corne-
„ lius &c. Cicero pro Flacco. Quis nostrum adfuit Vargunteio? nemo: ne hic
„ quidem Q. Hortensius, praeferunt qui illum solis antea de ambitu defendis-
„ fer. ex quibus uerbis intelligimus, damnatum fuisse L. Vargunteium cum aliis,
„ quos idem Cicero nominat in oratione pro P. Sulla. M. autem Vargunteius, qui in
„ huius tabellae denario descriptus est, ut ex Appiani Parthico colligitur, lega-
„ tus M. Crassi in bello Parthico fuit, quamuis mendose apud Appianum Bap-
„ tios ~~scriptum~~ pro ~~Vargunteio~~ scriptum est. Eundem indicari arbitror ueteri hac
„ inscriptione,

M. V A R G U N T E I V S

V A R G U N T E I A




VERGILIA gens, ad quam pertinere arbitror argenteū denariū, quī in hac tabel-
la incisus est, fuit plebeia: sed Vergilius in eo descriptus, quis fuerit, quōd tē-
pore uixerit, in tanta antiquitatis ignoratione, difficile est affirmare. quicunque
uerò sit, curatore eum fuisse cū Carisio & Ogulnio denariorū flandorū, ex de-
narii inscriptione satis constat. Hirtius li. v. de bello Africo, C. Vergiliū Prae-
toriorum nominat, qui Thapsō opido maritimo praeverat: sed pro Praetorium,
ut est in uetusissimo, atque optimo libro, uulgati codices habent Petronium.
quod ferri nullo modo potest. Cicero in Bruto, M. Vergiliū facit mentionem,
qui Tr. pl. L. Sulla Imperatori diem dixit: cuius collegam nominat P. Ma-
gium,

gium, quem in dicendo fuisse dicit Vergilio, paullo copiosiorem. ad neutrum
tamen horum referendum hunc denarium arbitror, quod multò eis antiquior
Ogulnius sit, qui Vergilius in eundem moneta collega in eodem denario nota-
tus est. Vergilium autem & Virgilium antiquos scripsisse, quemadmodū Ver-
ginium & Virginium, (ad quam gentem potest etiam denarius referri) testimo-
nio nobis sunt veteres inscriptiones, in quibus C. VERGINIUS MARTANVS
M. VERGILIUS NARCISSVS, & C. VERGINIUS RUFVS Consul cum C.
Memmio Regulo nominantur. Vetus autem in Claudianum epigramma cum
Calui carmine consentit,


*Et uates, cui uirga dedit memorabile nomen
Laurea Ec. est enim in eo epigrammate ita incisum.*

Αἰνὴ Βιργίλιος νόον, καὶ μούσαν δὲ μῆρου
Κλευδιάρην πάρηκα βασιλεὺς ἔπειτα.



VETTIAM gentem Sabinam fuisse, ex T. Tatii Sabini imagine, quae in
huius denarii altera parte impressa est, intelligere facile possumus. opinor au-
tem cum ipso Tatio tum primum Romanum uenisse, cum à Romulo in regni cō-
fortium adscitus fuit, propterea quod Vettius quidam Interrex à Plutarcho no-
minatur, quando Numa rex creatus fuit. L. autem Vettius qui in hoc denario
notatus est, potest is esse, cuius indicio Catilinae coniuratione Cicero detexit;
cuiusque Cicero ipse multis locis facit mentionem; licet mendose apud eum
pro Iudex scriptum sit Index. quod mendum irrepsit in Suetonii quoque lib. i.
cap. xvii. Recedit rursus (inquit) in discriumen aliud, inter socios Catilinae no-
minatus, & apud Nouium Nigrum Quaestorem à L. Vettio Indice: pro Iudice.
Et cap. xx. Postremò in vniuersos diuersae factionis inductum praemius, ut se
de

„ de inferenda Pompeio nece sollicitatum à quibusdam profiteretur, productusq.
„ pro Rostris, auctores ex compacto nominaret: sed uno atque altero frustra nec
„ sine suspicione fraudis nominatis, desperans tam praecepitis consilii euentum,
„ intercepisse veneno Indicem creditur: pro, Iudicem. Pro inductum autē prae-
„ miis, est in ueteri libro, induxit Vettium prae miis &c. quam lectionem con-
„ firmare videtur Cicero in Vatinium. Cum L. Vettium, inquit, qui in Sena-
„ tu confessus esset, se cum telo fuisse, Cn. Pompeo, summo & clarissimo cui
„ suis manibus necem afferre voluisse, in concionem produxeris Iudicem in Ro-
„ stris, in illo inquam augurato templo, ac loco collocaris, quo auctoritatis ex-
„ quirendae causa, ceteri Tribuni plebis principes ciuitatis producere consue-
„ runt, ibi tu Iudicem Vettium linguam & uocem suā sceleri & menti tuae prae-
„ bere voluisti, dixerit ne L. Vettius in concione sua rogatus à te, se auctores &
„ impulsores, & socios habuisse sceleris illius eos uiros, quibus ē ciuitate sublati,
„ quod tu eo tempore moliebare, ciuitas stare non posset? &c. Tota uero haec
„ de Vettio historia è Dione petenda est, qui copiosè illam narrat lib. x x v i i .
Vettiae gentis aliae quoque familiae fuerunt, quae nominantur à Cicerone in
Ver. lib. v. & in Bruto: ad quas referri potest triumphus, & Aedilitatis symbo-
lum spica, quae à L. Vettio ad celebranda gentis suae monumenta, in altera de-
narii parte impressa sunt.




VETVRIA gentem patriciam fuisse, ex veteribus scriptoribus satis constat. Ad eam autem pertinere arbitror huius tabellae nummos, argenteum alterum, alterum aureum: si modò litterae in argenteo notatae, T l. Veturiū indicant: quo quidem auctore, foedus fortasse à populo Romano cum aliqua gente i&tum, in altera eorum parte porcae signo notatum est, & fortasse foedus illud, quod inter Romulum & Tatium reges i&tum fuit, cui feriendo. Veturius aliquis

aliquis Fetialis interfuit. Veturiā enim gentei regibus adhuc regnantibus, Romae domicilium habuisse, uel ex eo intelligi potest, quod Veturius Mamurius ancylium opifex, sub Numa rege uixit. Quod autem in foederibus faciundis porca mactaretur, Virgilii uersus in lib. viii. testimonio nobis sunt,

--- Et caesa iungebant foedera porca.

Linius etiam lib. i. in describenda foederis inter Romanos & Albanos i&tī for-
mula, porcam adhibuit, cum inquit. Tum ita factum accepimus, nec ullius ue-
tustior foederis memoria est. Fetialis regem Tullum ita rogauit. Iubes ne me „
rex cum Patrepatrato populi Albani foedus ferire? iubente rege, sagmina, „
inquit, te rex posco. Rex ait, puram tollito. Fetialis ex arce graminis herbam „
puram attulit: postea regem ita interrogauit. Rex facis ne me tu regium nun- „
tium populi Romani Quiritium? vafa, comitesque meos? Rex respondit. „
Quod sine fraude mea, populiq. Romani Quiritium fiat, facio. Fetialis erat „
M. Valerius: Patrepatratum Sp. Fusium fecit, uerbena caput, capillosque „
tangens. Paterpatratus ad iusitrandum patrandum, idest, sanciendum est. Fit „
foedus: multisque id uerbis, quae longo effata carmina, non operac est referre, „
peragit. legibus deinde recitatis, audi, inquit, Iuppiter: audi Paterpatrate po- „
puli Albani: audi tu populus Albanus (ut illa palam prima postremae ex illis „
tabulis, ceraue recitata sunt) fine dolo malo utique ea hic hodie rectissimè intel- „
lecta sunt. illis legibus populus Romanus prior non deficit. si prior defece- „
rit publico consilio, dolo malo: tu illo die, Iuppiter, populum Romanum ui „
ferito, ut ego hunc porcum hodie feriam: tantoque magis ferito, quantoma- „
gis potes, pollesque. id ubi dixit, porcum faxo silice percussit &c. Alii porcam, „
quae est in denario impressa, ad eam referunt, quae Aeneae apparuisse dicitur,
cuius simulacrum Lauini seruabatur: armatos autem, Penates deos esse existi-
mant, qui Lauini item colebantur; sed magis placet, vt denarii notam ad foed-
sus referamus, quod T l. Veturius fecerit, uel eius consanguineus aliquis, cum
esset populi Romani Fetialis. Nec enim pacem Caudinam, ut quidam putant,
quam T. Veturius Calinus fecit, propterea quod ignominiosa populo Ro-
mano fuit, significari ea nota credendum est.



VIBIAE gentis plebeiae, cum multae à scriptoribus familiae nominentur, in antiquis denariis V A R I tantum, & P A N S A E reperiuntur. sed C. VIBIUS VARI, qui huius tabellae denarios cusit, nulla extat mentio apud eos scriptores, quos ipse uiderim: cum tamen ex denariorū inscriptionibus, Triumuirorum R. P. C. temporibus in Rep. eum floruisse appareat. Huius familie memoria extat in antiquo lapide, in quo T. VIBIUS BARVS Consul notatus est cum Ap. An- nio Bradua, cuius exemplum est huiusmodi.

APPIO. ANNIO. BRADVA

T. VIBIO. BARO. COS

MAGISTRI. FONTIS. LOLLIANI

M. VLPIVS. FELIX

M. CONFLONIVS. VITALIO &c.

Primus denarius, in cuius una parte effigies M. Lepidi, in altera signum Concordiae expressum est, percussus, ut opinor, à Vibio fuit, ut Triumuirorum in R. P. C. cōcordiam ea nota significaret. Eius uero deae simulacrum, quale in hoc denario descriptum est, in aereis quoque Imperatorum numismatibus, adiecto titulo C O N C O R D I A, expressum uidimus. Secundus aureus nummus, quod in eo Veneris imago signata sit, ad Iuliae familie originē à Venere per Aeneā ductam, pertinere potest. In tertio & quarto denario praeter Herculis, & Mineruae simulacula, nihil est notatu magnopere dignum. ea uero ad indicandam Vibiorum originem spectant è Vibone oppido, in quo Hercules, & Minerua in primis colebantur, vt ex ueteribus numismatibus Valentiae (sic enim postea appellatum est opidum Vibo, quod antea Hippo nūm dicitur fuit, ut scribit Strabo lib. vi) intelligere possumus, in quorum uno Herculis caput & claua,

in

in altero Mineruae caput ex una parte, ex altera Herculis simulacrum signatum est. Sed de Vibiae gentis origine copiosius infra in C. Pansae denariis dicetur. Quintus denarius non est dubium, quin ad Liberi patris sacra pertineat, quae Vibius ipse, aut aliquis ex gente Vibia fecerit, cum esset Aedilis; in eius enim vna parte Liberi caput impressum est, in altera tigris, tyrsus, & persona aerae imposita, quae omnia Libero, hoc est Baccho, ab antiquis tributa sunt. Virgilius in Bucolicis,

*Daphnis & Armenias currus subiungere tigres
Instituit, Daphnis thiasos inducere Baccho,
Et folijs lenta intexere mollibus hastas:
Sutilibus liber committit proelia tyrsis.*


Personis uero usos fuisse comicos poetas Liberalibus, quibus comoediae Baccho sacrae recitabantur, ita notum est, ut nihil necesse sit super hoc diutius immorari; inde dixit Virgilius lib. ii. Georg.

*Non aliam ob culpam Baccho caper omnibus aris
Caeditur, & ueteres ineunt proscenialudi,
Praemiaq. ingentes pagos, & compita circum
Thesidae posuere, atque inter pocula laeti
Mollibus in pratis unctos saliere per utres.*

De Liberi sacrificiis, quodq. ea C. Julius Caesar è Graecia primus Rōmam transtulerit, multa scribit Seruius in Bucolicis, super illis uersibus, quos modò adduximus, Daphnis & Armenias &c. Hoc, inquit, aperte ad Caesarem pertinet, quē constat primum sacra Liberi patris transtulisse Rōmam. Aut igitur ad hanc Liberalium originem respexit C. Vibius Varus, si modò sub Caesare denarium huiusmodi signauit, aut certè Aedilitatis à se gestae, uel maiorum suorum aliquo, monumenta celebrare uoluit.

Aa

Ad



AD C. VIBVM PANSAM huius tabellae denarii & sequentis pertinent, qui Consul cū Hirtio anno DCCX, ad bellum gerendum contra M. Antonium hostem à Senatu iudicatum, eximendunq; obsidione D. Brütū missus, signis ad Mutinā collatis proelio Antoniū superauit: ob quā quidē victoria quinquaginta dierū ci supplicationes Cicrone censente, à Senatu dēcererat sūnt. Cicero Philip. li. xxi. & ep. vi. & viii. ad Brutum. & Appianus li. ii. bell. ciuil. Primus denarius, quintus item, & sextus, uel ad Vibiae gentis originem è Sicilia, in qua Ceres colabatur, pertinēt, uel ad Cereales ludos, quos Pansa fortasse fecit Aedilis Curulis cum esset, quia uero Cereri porca immolari iis ludiis confueuit, in altera primi denarii parte, deae pedibus porca adiecta est. Varro li. ii. cap. iv. de re rustica. Ab suillo, inquit, pecoris genere &c. cuius uestigia, quod initis Cereris porci immolantur. Cato cap. cxxxiii. Priusquam messem facias, porcam praecida, neam hoc modo fieri oportet &c. Cereri porca praecidanea etc. Agellius li. iv. cap. vi. Porca enim praecidanea appellata, quam piaculi gratia ante fruges nouas fieri coepitas immolari Cereri mos fuit etc. Ouidius lib. iv. Fastorum.

A bove succincti cultros remouete ministri:

Bos aret, ignauam sacrificare suem.

et lib. iii. Cererem taedifera, cuiusmodi in denario expressa est, appellauit hoc uersu,

Luce sua ludos uiae commentor habebat,

Quos cum taedifera nunc habet ille Dea.

De Cereris autem taedis Cicero li. iv. in Verita scribit. Proserpinā cum inuestigare, et conquirere Ceres uellet, dicitur inflammasse taedas iis ignibus, qui ex Aetnae uertice erumpunt: quas sibi cum ipsa praeferret, orbem omnium

peragrasse

peragrasse terrarum. Secundus denarius & tertius nihil habent quod magnopere notandum sit. In quarti autem altera parte persona signata est, quae ad Cereales ludos pertinet, qui in theatro adhibitis poetarum certaminibus celebrari confueuerant: de quibus videndus Dio lib. XLVII. in altera Iouis Axuri simulacrum expressum est, cuius meminit Virgilius in lib. vii. hoc uersu,

— queis Juppiter Anxurus aruis

Praefidet &c.

Quo loco Seruius, Circa tractū, inquit, Cápaniac colebatur puer Iupiter, qui „ Anxurus dicebatur, quasi ἄνωξυπος idest sine nouacula, quia barbam nunquam ra- „ sisset, & Iuno virgo, quae Feronia dicebatur. Est autem fons in Campania iuxta „ Terracenam, quae aliquando Anxur est dicta. Horatius Satyra v. lib. i.


Ora, manusque tua lauimus Feronia lympha:

Millatum pransi tria repimus, atque subimus

Impositum faxis late cendentibus Anxur.

Quos uersus explicans Porphyrio, ita scribit. Quae nūc Terracena dicitur (sic „ enim est in ueteri lapide pro Tarracina. Porphyronis autē uerba cū in vulga-“ tis codicib. mutila sint, ita proferemus, ut sunt in uetusissimo libro exarata) olim Anxur dicebatur, unde Iouē Anxurū colebat, cuius & Virgilius meminit, „ cū ait. Iuppiter Anxurus aruis praefidet &c. meritò autē repimus, inquit, & im-“ positum faxis, quoniam illis temporibus adhuc Terracenensis vrbs in altissimo „ monte erat, inde postea in aequiore locum deposita est, ut non solum sint „ adhuc uestigia aedificiorum in monte, sed & murorum &c. Iuppiter igitur, si „ ἄνωξυπος &c, ut Graeci dicunt, ἀρηλεύς dictus est, ut Seruio placet, Αὔξυπος, „ quasi sine nouacula, non est dubium, quin Axurus legendum sit, cum apud Vir-“ giliū & Horatium, tum apud eorum interpres Seruum, & Porphyronem. Seruī opinionem tuetur antiqui denarii auctoritas, in cuius inscriptione illud praeterea notandum est, IOVIS PRO IUPITER antiquè, ut in Domitianī Imp. denario IOVIS CVSTOS, incisum esse. Quintum & sextum denariū ad eosdem Cereris ludos pertinere arbitror: in eoruū enim una parte Liberae, seu Proserpineae simulacrum expressum est, in quinti altera, Ceres cum aratre & taedis; in sexti uero draconum uecta curru eadem dea signata est. A. Postumiu Dictatorem Cereris aedem, Liberi, & Proserpine ad Circum Maximum ex uoto locasse, quam bello Latino uouerat ex Dionysii lib. vi supra docimus, eam postea Cassium Consulem dedicasse ex manubiis absolutam, cum ex eodem Dionysio, tum ex aliis notum est. Cicero li. ii. de Natura Deorum. Maiores, inquit, nostri augustè sanctèq. Liberum cum Cerere, & Libera consecravunt. Luius li. „ 111. Ut qui Tribunis &c. nocuisse, eius caput Ioui sacrum esset, familia ad aedē „ Cereris, Liberi, Liberaeque antiqui aedem dedicarunt, ob eandem communies quoque ludos eis exhibuisse credendum est. Cereri aratrum ob inuentas fruges, tributum esse constat: currumque à serpentibus trahi, primus Orpheus commentus est, à quo sumpserunt Latini poetae Quidius & Claudianus.

Aa ii PRIMVS



Primus huius tabellae denarius à C. Pansa, ut opinor, cusus tūc fuit, cū ad eximēdū Mutinensi obsidione D. Brutū à Senatu missus est. in eius autem altera parte personae signū ad eadē indicanda siue Cerealia siue Liberalia, de quibus supra diximus, impressum esse arbitror. Secundus denarius, superato iā ad Mutinam M. Antoniō, & ob res à C. Pansa praeclarè gestas, quinquaginta, ut diximus, dictum supplicationibus ei decretis, signatus est: in eoque ad hanc declarandā victoriā Roma sedens, cui in manu dextra Victoriae simulacrum insistit, & Libertatis caput, occiso nuper Caesare recuperatae, impressum est. In tertio denario eadē Cerealiū ludorum sunt expressa symbola, quae in superioris tabellae denariis signata sunt. Sed haec Cereris, & Liberae, quibus tota Sicilia, ut inquit Cicero, cōsecreata erat, in omnibus ferè quos cusit Vibius denariis impressa monumenta, facile me adducunt, ut credam ad Vibiae gentis indicandam originem ē Sicilia ductā, ea pertinere. quō impellit me Plutarchi etiam auctoritas, qui Ciceronem scribit, cum Vibone venisset (quod est opidum Lucaniae à Locris conditum ad fretum, prius Hipponium, postea Valentiam appellatum) Vibium hominem Siculum ei praestō fuisse (qui cum multa alia cōmoda ex amicitia Ciceronis percepérat, tum eo Consule Praefectus fabrūm fuerat) atque illum in aedes quidem non recepisse, sed fundum se ei assignaturum denuntiasse. Plutarchi verba ex Cicerone sunt haec, οὐδὲν πάντα τὸν θεόν λατρεύεις, οὐδὲν αὐτῷ καλοῦσθι, οὐδὲν Σικελὸν ἀνέρ, οὐδὲν πολλῆλας Κικέρων φίλας επολεμακός, τοι γεγονός ὑπαλεύσθως αὐτῷ Ιελύνων ὑπάρχος, οἷον καὶ μηδεὶς εἰπεῖται, Ιελύριον δὲ καλαρρόφεν ἐπηγέρθαστο. Καὶ Γαῖος οὐεργάτης, οὗτος Σικελὸς εραπόρος, οὐδὲν πατέρα οὐδὲν θεόν, Ιελύριον δὲ καλαρρόφεν ἐπηγέρθαστο. hoc est, Hipponii uero, quod opidum est Lucaniae (Vibonem dicunt nunc) Vibius Siculus genere, (qui cum aliis fructus ex Ciceronis amicitia retulerat, tum fuerat eo Consule Praefectus fabrūm) nō admisit cū domū, sed locum ostendit ei se assignaturū in agro,

agro, quo posset recipere .Praetor Siciliae C. Verginius (Vergilius Ciceroni in „
Ver.) arctissima familiaritate coniunctus, scripsit ei ut Sicilia abstineret &c. A „
Vibone autem opido Vibia familia nomen fortasse accepit, ut à Gabinis Ga-
binia, & à Tarquinis Tarquinia, unde Siciliam profecta, atque inde in Roma-
nani postea ciuitatem adlita, in Clustumina tribu censeri coepit, ut ex inscri-
ptione appareret, cuius exemplum extat huiusmodi.


C VIBIVS. C. F. CLV. PAN

TR. MIL. BIS

DOMITIAE. L. F. MAXIMAE. Vxor let

L.DOMITIO.L.F.OYF.LIBERALI

FRATRLVXORIS



VINCIAM gentē plebeiā fuisse, uel ex uno L. Vinicio constat, qui cū C. Vibio
Pansa Tribunus pl.cū esset, ei s. c. intercessit, quod M. Caelius recitat in ep. viii.
ad Ciceronem li.viii. Idem fortasse, Triumuir postea sub Augusto Monetalis,
huius tabellae denarios cusit: & Consul, ut opinor, suffectus ex Kal. Sept. anno
DCCX. in Fastis descriptus est. Suetonius li.ir. cap. LXXI meminuit Vinicii huius,
cum inquit: Caenauim Tiberi cum iisdem: accesserunt coniuiae Vinicius &
Siluius pater. inter caenam lusimus ~~reponamus~~ & heri & hodie. Is igitur Vinicius
in primi denarii altera parte Concordiae caput lauro coronatū impressit, quale
ab Ouidio in lib. vi. Fastorum describitur his uersibus,


Venit Apollinea longas Concordia lauro

Nexa comas etc

inscriptionemq. adiecit Graeca diphthongo CONCORDIAI, iuxta Virgilianū illud, aulai, & Ennianū siluāt: in altera quattuor coronas signauit, ad Augusti for-

Aa iii tasse

talle quattuor uictoriis respiciens, quarum una narratur à scriptoribus ex Sicilia de Sex. Pompeio; altera de Pannonicis, Delmateis, Iapudibus, & Galleis; tertia ex Macedonia, & Actio; quarta de regina Cleopatra ex Aegypto . ac de ptima quidem Triumvir r. p. c. ouans Vrbem ingressus est anno D C C X Y I I . Id. Nou. de tribus uerò sequentibus Consul quintum anno D C C X X I I I triumphauit, v I I . v I . v I . Id. Sextil. Secundus denarius, tertius, & quartus ad eos declarados honores pertinet, qui Augusto ob uias munitas decreti sunt. Hi uero, ut testatur Dio, & antiquitatis monumenta confirmant, fuerunt statuae equestres, & arcus superimpositis statuis. Quod autem Augustus uias munierit, scribit Suetonius lib. II. cap. III. Quod autem, inquit, facilius undiq. Vrbs adi-
retur, desumpta sibi Flaminia uia Arimino tenus munienda, reliquas trium-
phalibus uiris, ex manubiali pecunia sternendas distribuit. Dio lib. L I I I . i. p.
γερ τοι προεργασθεισι φετεις οδευς ιερον ιερου λειχους δυστροπελους ιν' επιτηδειας οπων ουρας, ιερος μηνος απλοις
τοι λειχουρηνης επιτηδειας ειναις ιερους προεργασθεισι. Με δε οι φραγμινις αυτοις, επειδητερ επειριθειν δι αυτης
εμπλεσαι, επειρεισθαι. και οι μηνοι οι οποιοι ησαν επιτηδειοι, και διατηροτο καθ εικόνας αιτησεν αγιδιαν εις την ιερην Τιβεριδος γεγο-
νει, και οι Αριμινιανης. hoc est, Anno eo, quem supra demonstrauimus, cum uide-
ret Augustus uias extra urbem aliquandiu neglectas, difficilia itinera exhibere,
reliquas patrum quibusdam, propriis sumptibus reficiendas mandauit: Flami-
niam, quoniam ea ducturus erat exercitum, ipse procurauit: estque ea statim
instaurata. ac ob id statuae Augusti sunt supra arcus in ponte Tiberis, & in Ari-
mino positae &c. Basis autem inscriptio siue, columnae, cui superimposita in de-
nario statua est, ex Liuui uerbis in lib. x x I I I . ita interpretari potest. s. p. Q. R.
Imp. Caesari, quod uiae munitae sunt ex ea pecunia, quam is ad Aerarium detu-
lit, Liuui uerba sunt. Senatus in Capitolio habitus: ibi referente P. Scipione
s. c. factum est, ut quos ludos inter seditionem militum in Hispania uouisset,
ex ea pecunia, quam ipse ad Aerarium detulisset, facheret. Huiusmodi pecuniam
Suetonius manubiale appellauit, quod de hostiū manubiis cōfecta, in Aer-
arium deferretur. Ad Dionis autem locum, quem supra adduximus, mirificè fa-
cit aliis denarius, in cuius una parte Augusti imago signata est, adscripto titu-
lo. s. p. Q. R. C A E S. A V G V S T O, inaltera supra Tiberis pontem arcus impressus
est, & super arcum triumphalis currus cum inscriptione, Q VOD VIAE M V N.
S V N T. hoc est, quod uiae munitae sunt.




VIPSANIAE gentis, cuius mentio frequens est in ueteribus monumentis, familiae plures nominantur ab iis, qui Vipstanam cum ea confundunt, eandem esse cum Vipsania arbitrati. Eius autem erroris causam dedit mendoza Taciti codex, in quo male Vipstanus in lib. x, & alibi scriptum est, cum Vipstanus scribi debuerit: C. enim Vipstanus Apronianus in ueteribus inscriptionibus inter Fratres Aruales numeratur eos, qui Neronis Imp. tempore fuerunt. M. autem Vipstanus Agrippa, ad quem pertinet huius tabellae denarius, familia ortus est equestri, ut indicat Cornelius Nepos in Attici uitâ; His rebus, inquit, effecit ut M. Vipstanus Agrippa intima familiaritate coniunctus Caesari, cù propter suâ gratiam & Caesaris potentiam nullius conditionis non haberet potestate, portissimum eius deligeret affinitatem, praeoptaretq. Equitis Romani filia generosarum nuptiis. Suetonius autem li. iv. cap. xxxiii. Vipstaniae familiae ignobilitatem notauit his uerbis. Agrippae se nepotem neq. credi, neq. dici ob ignobilitatem eius uolebat, succenfebatq. si qui uel oratione, uel carmine imaginibus eum Caesarum infererent &c. Hinc factum opinor, ut in publicis Agrippae monumētis, nusquam eius nomē, sed solū semper cognomen notatum sit. Primus huius tabellae denarius & secundus itē, cūsus est à M. Agrippa, cù nondum primū Cōsulatum adeptus, sed designatus tantum fuisse, ut ex eorum inscriptionibus apparet. Tertius autem, in quo expressa est ipsius Agrippae effigies, post tertium Cōsulatum signatus sine dubio fuit anno DCCXXVI: quo Imp. Caesar eius collega eum esset VII. Consul, in eo honore Augustus appellatus est. Censorinus de die natali. Ante diē, inquit, XVI. Kal. Febr. Iulius Caesar Divi F. Imp. Augustus sententia Munatii Planci à Senatu certisq. ciuibus dictus est, se septimus & M. Vipstano Agrippa Cos. Quartū aereū numinū & quintū item argētum, quo supra diximus anno, signatos fuisse, ex eorum titulis intelligere possumus. In aereo autem, rostrata Agrippae imagini co-

rona, in argenteo rostrata simul & muralis circundata est: de rostrata, Virgilii lib. viii. Aeneid. ita cecinit,

*Parte alia uentis, & dijs Agrippa secundis,
Ardens agmen agens, cui bellū insigne superbum
Tempora nauali fulgent rostrata corona.*

„ Velleius lib. ii. Insigne coronae classicae, quo nemo unquam Romanorum do-
„ natus erat, hoc bello Agrippa singulari uirtute meruit. Plinius lib. xvi. cap. iv.
„ Cedūt & rostratae, quamvis in duobus maximè ad hoc aeuī celebres. M. Varro.
„ ne è Piraticis bellis, dante Magno Pompeio: itemq. M. Agrippa, tribuente Cae-
„ fare è Siculis, quae & ipsa Piratica fuere. Dio lib. xl. ix. Τοις τε πιραταῖς πόλεσι τοῖς
„ λαοῖς τῷ Αγρίππᾳ στέφανος ἐμβέλειος ἵστημαι τοῦ ἀδρόποτος. hoc est; Inter alios honores
„ legatis suis exhibitos, Agrippam aurea corona rostrata donauit &c. Ad eandem
autem indicandam naualem de Siculis & Sex. Pompeio uictoriam, ob quam
Agrippa rostrata corona donatus est, pertinet Neptuni signum in altera parte
aerei nummi expressum.



VOCONIA gentem plebeiam fuisse, satis constat uel ex uno Q. Voconio Saxa, qui Tr. pl. de mulierum hereditatibus legem tulit, cuius meminit Cicero lib. iii. in Ver. in oratione pro Balbo, in Catone, & in lib. ii. de Finibus; Dio lib. lvi, & Agellius lib. xvii. cap. v. In antiqua etiam inscriptione Voconiae gentis extat mentio, cuius exemplum subiecimus,

D. M.
C. VALERIVS. C. F.
FLAVIA. SPECTATVS

SISCIA

SISCIA. MIL. COH.

VII. PR. 7. VOCONI

MIL. ANN. VI. VIX

ANN. XXVIII. H. E. C

In tres autē haec gēs diuisa familia, apud scriptores reperitur: nā praeter Saxam, quem supra nominauit, Q. Voconius Naso ex ea genus duxit, qui cū Cicerone Praetor designatus est anno D C L X X X V I: apud quē A. Cluentius Habitus (sive ut rectius dicam, Auitus) ueneficiū à T. Attio accusatus, à Cicerone defensus fuit. In antiquis uero denariis una tantum VITVLORVM familia reperitur: ad quod cognomen respexisse uidetur Q. VOCONIVS, qui monetam cusit, cū in altera denariorū parte uitulū signauit. quem nos Voconium eum esse existimamus, cuius Plutarchus meminit in Cicerone, & Cicero ipse in ep. xxii. ad Att. lib. viii. licet pro Voconius, à quibusdam Coponius in ea repositum sit. Poteſt autem Voconius, hic filius esse Voconii eius, qui Luculli legatus in bello Mithridatico fuit, de quo idem Plutarchus meminit in Lucullo. Sed quicunque fuerit, primum denarium, ut uidetur, signauit uiuente adhuc Caesare, cum fuisse ab eo Quaestor designatus, ut ex inscriptione appetat. Quaestorū enim numerum à Caesare, post subiectam Hispaniam, auctum fuisse, & Quaestores tūc primum quadraginta designatos esse, testatur Dio lib. xliii. & Suetonius lib. i. cap. xli. in quo scribit, Caesarem Praetorum, Aedilium, Quaestorum, minorum magistratum numerum ampliasse. Quaesturam autem inter minores magistratus numeratam fuisse, uel ex his Asconii uerbis in Dimatione intelligere possumus. Licet, inquit, Quaestura ex minoribus magistratibus in Urbe foret, eius tamen dignationis erat, ut optimus quisque & bonaे indolis adotescens, ex illa gradum ad reliquos honores faceret: namque hinc aditum reliquis ineun- dis magistratibus auspicabatur: si quidem primis experimentis Quaesturac initiati, qui nullis antē honoribus usi erāt, inculpatae uitaē testimonio ad Aedilitatem, mox Praetoram, & demum Consulatum euehebantur &c. Secundus denarius, ut ex titulo DIVI IVLI, qui in altera parte adscriptus est, colligitur, interfecto iam à coniuratis Caesare, ab eodem Voconio cusus fuit, ab eo autem originē dicit Q. Voconius, qui in antiqua inscriptione notatus est, cuius exemplum extat huiusmodi,

MARTI LEVCETIO


PRO SALVTE IMP. DOMINI N. AVG. PI

Q. VOCONIVS. VITVLVS

LEG. XXII. PR. P. F

PONENDVM. CURAVIT

VOLTIA



VOLTEIA gens (ita enim antiqui scribabant pro **V V L T E I A**; ut **V o L C A N V S & V O L T V S**, pro Vulcanus & uultus) incertum patricia ne fuerit, amplebeia. De ea extat mentio apud Ciceronem lib.v. in Verr. in epistola Timarchidis, qui fuit Verris libertus, in qua L. Vulteius quidam nominatur, qui fortasse est, à quo sextus huius tabellae denarius cufus fuit: nam reliquos à M. Volteio signatos esse, ex eorum inscriptionibus constat. Timarchidis, qui epistolā scripsit, uerba sunt haec. Scribas, Apparitores recentes arripe: cum L. Vulteio, qui plurimum potest caede, concide. paulo post. Si Vulteium habebis omnia ludibundus perficies &c. Hic, inquit Cicero, uehementer errat Timarchides, qui aut Vulteium pecunia corrumpi putet posse, aut Metellum unius arbitratu gerrere Praetoram. Vulteii Menae praeconis facit mentionem Horatius in ep. ad Macennatem lib.i.

— Et narrat Vulteium nomine Menam
Praeconem tenui censu sine crimine notum.

M. autem Voltei, qui denarios cufit, nullus meminit ueterum scriptorum, unde scire possumus, quo sacerdotio praeditus, quōue respiciēs, in primo denario Louis imaginem signauerit, in secundo Herculis, in tertio Cereris & Liberae, in quarto Martis & Cybeles, in quinto Apollinis. Templum certè in altera primi denarii parte impressum, quin Louis sit, dubitari nō potest, quamvis eius forma in ueteribus monumentis hexastylos reperiatur. Aprum autem, qui est in altera secundi denarii parte notatus, opinor Erymanthiū illū repraesentare, quē Hercules interfecisse dicitur. De Cerere Taedifera, quae draconum uecta curru in tertio denario signata est, multa in Vibia gente scripta à nobis sunt, quibus adiungi poterunt Ouidii uersus ex lib. v. Metam. & Claudiani; ex lib. i. de raptu

Pro-

Proserpinæ. De Cybeles effigie, quōd ueteres turritam effinxerint, praeter morea eius deae signa, quae plura extat coronam turribus insignem gestantia, Lucretii quoque uersus testimonio nobis sunt, qui leguntur in lib. ii.


Muralique caput summum cinxere corona,
Eximijs munita locis quōd sustinet urbes.
Quo nunc insigni per magnas praedita terras
Horriblē fertur diuinae matris imago. Virgilius lib. vi.
--- qualis Berecynthia mater
Inuehitur curru Phrygias turritaper urbes.

Claudianus quoque in lib. i. de raptu Proserpinæ, Cybelem turrigeram appellavit. Cybeles autem currui leones, ut est in quarto denario, iunctos fuisse, idem Lucretius docuit in eodem libro; quem fecutus Virgilius in li. iii. cecinit,

Hinc mater cultrix Cybele, Corybantiq. aera,
Idaeumque nemus: hinc fida silentia sacris,
Et iuncti currum dominae subiere leones.

Diodorus Siculus Cybeles currum à leonibus ideo trahi scribit, quod ab iis nutrita sit. At Varro, Leonem, inquit, adiungunt solutum, atque mansuetum, „ ut ostendant nullum genus esse tam remotum, ferumque, quod subigi, colique „ non conueniat. Ex tripode autem, qui est in altera quinti denarii parte signa- „ tus, propterea quōd Apollini facer est, cui Saeculares ludi siebant, quorum cura „ ad xvuiros spectabat, coniicere possumus M. Volteiū hunc xvuirum sacrī faciundis fuisse: hoc enim symbolo ad id indicandum sacerdotium, cum alii, „ tum A. Vitellius Imp. in eius denariis vsus est. Litteras autem s. c. d. t., quae tri- „ podi sunt ab utraque parte adscriptae, fateor me in tanto scriptorū de Volcia gente silentio, quid significant, nescire. neque verò de Europae signo, quod L. Volteius. L. F. Strabo in altera sexti denarii parte impressit, quōd pertineat certi aliquid afferre possum, nisi quōd suspicor, Iouis templum eius procurationis fuisse: à quo quidem deo in taurum verso abductam Europam in Cretam insulam poetae fabulantur: eamq. fabellam eleganti expressam pictura cum alibi Romae ex veteribus scriptoribus fuisse constat, tum in ipso quoque Iouis tem- plo ut pingetur, Volteium curasse credendum est.

Hvivs



Huius tabellae & sequentis denarii, quia nullius praeferunt familiae nomen, haud facile dixerim a quo fuerint signati: in templorum autem dedicationibus, atq. exhibitionibus ludorum curos esse coniicere ex iis possumus, quae impressa in eis sunt. Ac primum quidē denarium & secundū in Capitolini Louis, qui Optimus Maximus dictus est, & Vestae aedium refectioes signatos esse, ex ipsis Vestae & Louis imaginibus, quae sunt in denariis expressae, satis constat. Restituta uero eorum templa à Vitellio Imp. fuisse, facile adducor ut credam, cum ex argenteo alio denario, cuius in una parte Vitelli effigies, in altera haec ipsa Louis templi forma, cū eadē inscriptione signata est, tum ex iis, quae de Louis templo Plinius scribit lib. xxxiv. cap. vii. & Cornelius Tacitus lib. xix. arsisse scilicet bello Vitelliano: quod postea refecisse Vitelliū aliqua ex parte uerisimile est. Capitolinus autem Iuppiter à Cicerone appellatur Optimus Maximus in oratione pro domo sua, his verbis. Quocirca te Capitoline, quē propter beneficia populus Romanus Optimū, propter uim, Maximū nominauit &c. Vestae quoq. templū populi Romani Quiritiū, quod primus Numa rex cōstruxit, ab eodem Vitellio restitutū fuisse, ex eius, ut diximus, imagine, cui fax aeterni ignis, quem virgines Vestales seruabant, in eodem denario adiecta est, suspicari possumus. Populus autem Romanus Quiritium dici tunc primum coepit, cum in regni consortium adscitus à Romulo T. Tatius fuit; & postquam ut inquit poeta,

--- in partem data Roma Sabinis.

tunc enim primum in publicis monumentis populus Romanus hoc titulo usus est. Eius autē exempla cum multa ex ueteribus scriptoribus, & lapidibus afferri possint, duo tantum proferā, unū ex lib. i. Fabii Pictoris, quod Agellius adducit lib. i. cap. xiii. alterum, quod ex Capitolina quadam tabula descriptū est. Sacerdotem,

cerdoteum, inquit Pictor, Vestalem, quae sacra faciat, quae ius siet sacerdorem, Vestalem facere pro populo Romano Quiritibus, uti quod optima lege fiat, ita te Amata capio &c. Capitolini lapidis exemplum est huiusmodi,

. . . SVTORIVS. M. L. PAMPHILVS. LICTOR. CVRIA. . . .

. . . SACRIS. PVBLICIS. P. R. Q. VIRITIVM. VIATOR. Q. VI. COS. ET. PR..

APPARET. DECVRIO. CONLEGI. FABRVM. FERRARIVM. &c.

Tertius tabellae denarius, quin ad Italicorum coniurationem pertineat, dubitari non potest: de qua cum alii scriptores meminerunt, tum Appianus li. i. bel. ciuil. Ex ea bellum exortum est, quod Italicū, Sociale, & Marsicum appellatū fuit, quodque Graecē conscripsit L. Cornelius Sisenna. Italicorum autem duces à Velleio nominātur li. i. i. & Appian. li. i. T. Afranius, C. Pontidius, Marius Egnotius, Q. Popedius Silo, C. Papius Mutilus, M. Lamponius, C. Indacilius, Herius Afinius, T. Vettius Cato, Pontius Teleinus, T. Herennius, A. Cluentius, Iuuentius, P. Praesentius, & P. Ventidius. quorum conspiratio caesa porca, ut ex denario apparet, facta est; cuius immolatione foedera quoq. ab antiquis fieri solita, in Veturia gente demonstrauimus, in qua feriundi foederis formulam ex Liuio descriptā adduximus. Quartū denarium ab Imp. Galba cusum esse, ex renascentis Romae simulacro, uel ut in aliis est, resurgentis, quod in eo impressum est, coniicere possumus. Boni Euentus, qui inter deos Consentes à Varrone numeratur li. i. de re rustica, meminit Plin. li. xxxv. cap. x. in quo scribit, Euphranorem eius dei signum fecisse dextra tenens pateram, sinistra spicam. Templū uero Boni Euentus fuisse propè thermas M. Agrippae, cuius reliquiae adhuc supersunt, inter omnes ferè antiquitatis scriptores constat. in cuius fortasse refectione denarius hic siue à Galba, siue ab alio, vt populo missilium more spargeretur, cusus fuit. Quinto denario Herculis, ut uidetur, caput signatum est, quē cum Sanco deo, siue Fidio eundem esse, satis demonstrant Varronis uerba, quae leguntur in lib. iii. de lingua latina. Aelius Gallus, inquit, Dius Fidius dicebat "Diouis filius, ut Graeci θεός Φίδιος, Castorem: & putabant hunc esse Sanctum ab Sabina lingua, & Herculem ab Graeca. His accedunt illa Sex. Pompeii. Propter viam, inquit, fit sacrificium, quod est proficisciendi gratia Herculi, aut Sanco, qui scilicet idē est deus. & alibi. Gaecilia, inquit, uxor Tarquinii Prisci inuenisse existimatur, & immiscuisse zonee suae, qua praecincta statua eius est in aede Sancti: qui deus Dius Fidius uocatur. Herculem igitur, qui Sanctus à Sabiniis, & Deus Fidius, ex prolatis scriptorum testimoniis dicebatur; Sanctum à Romanis appellatum fuisse tradit Dionysius lib. iv. cum inquit, ἡράκλειον επίκτινον μητέραν ἐν πόλει της Κύπρου, ἡ οποίας Σάργον καλοῦσθαι, hoc est, Eius iurisurandi monumentum est Romae positum in templo Dei Fidii, quem Romani Sanctum uocant, cum Dionysio consentit uetus inscriptio, quae Reate reperta est,

SANCTE

DE. DECVM. VICTOR. TIBELLVCIVS. MVNIVS. DONVM
MORIBVS. ANTIQVEIS. PRO. VSURA. HOC. DARE. SESE

VISVM

VISVM. ANIMO. SVO. PER FECIT. TVA. PACE. ROGANS. TE
COGENDE. DISSOLVENDE. LV. VT. FACILIA. FAXSEIS
PERFICIAS. DECVM. AM. VT. FACIAT. VERA. RATIONIS
PROQVE. HOC. AC. QVE. ALIEIS. DONIS. DE. DIGNA. MERENTI

& Propertius lib. iv.

*Sancte pater salve, cui iam faveat apera Iuno,
Sancte uelis libro dexter inesse meo.*

*Hunc quoniam manibus purgatum sanxerat orbem,
Sic Sanctum Tatiæ composuere Cures.*

Cum autem triplici Sanctus hic nomine fuerit à Sabinis appellatus, Deus scilicet Fidius, Sancus, & Semino, rectè doctissimi quidam qui pro Semipater apud Ouidium in lib. vi. Fastorum, Semino pater, restituerunt. Ouidii uersus sunt,

*Quaerebam nonas Sanco, Fidione referrem,
Antibi Semino pater? tunc mihi Sancus ait,*

*Cuicunque ex illis dederis, ego munus habeo,
Nomina terna fero: sic uoluere Cures.*

*Hunc igitur uoteres donarunt aede Sabini,
Inque Quirinali constituere iugo.*


Huic emendationi luffragatur denarii titulus, D. S. S. hoc est, Deus Fidius Semino Sancus, & antiqua inscriptio Romae nuper reperta in insula Tiberina, cuius exemplum est,

SEMONI
SANCO
DEO. FIDIO
SACRVM
SEX. POMPEIVS. SP. F.
COL. MVSSIANVS.
QVINQVNNALIS
DECVR
BIDENTALIS
DONVM. DEDIT

„ Liuius etiam in li. viii. cum inquit, Vitruvium in carcerem afferuari iussit, quoad „ Consul redisset, tum uerberatum necari: aedes eius quae essent in Palatio, di- „ ruendas, bona Semoni Sanco censuerunt consecranda: quodque aeris ex eis re- „ dactum est, ex eo aenei orbes facti, positi in facello Sanci verius aedem Quiri- „ ni &c. Quod autem in Quirinali colle, ut Linius tradit, Sanci aedes fuerit, prae- „ ter. Ouidii uersus, quos supra adduxi, Varrionis quoque uerba haec ex lib. vi. de- „ lingua Latina, testimonio nobis sunt. Collis, inquit, Quirinalis, ubi Quirini fa- „ num; qui à Curetibus, qui cum T. Tatio, Curibus uenerunt Romam, quod ibi ha- „ buerunt castra, quod uocabulum coniunctarū regionū nomina obliterravit. di- „ Etos enim colles plures appetet ex Argeorum sacrificiis; in quibus sic scriptum „ est; collis salutaris quarticeps aedem Quirino: collis salutaris quarticeps „ aduersum est pilâ Naris, aedem Salutis: collis Mutialis quinticeps apud aedem „ dei

dei Fidii in delubro, ubi aeditimus habere solet etc. Sancus autem pro Sangus, antiqua scribendi ratio fuit, qua cessit, pro gesse, & macistratus, pro magistratus, scriptum in ueteribus monumentis reperitur. Sextus tabellae denarius, in quo Faustulus pastor impressus est cum pico aui, et propè stante cum infantibus lupa, à Sex. Pompeio Faustlo, ut opinor, cusus fuit. Quae uero ad eius explicationem pertinent, peti possunt ex gente Pompeia in Faustlorū familia, quae utà Faustulo pastore, cognomen se accepisse indicaret, denarios huiusmodi signauit, sed alterū adscripto familie nomine, alterū nulla adiecta inscriptione.


INCERTA



CAESARE iam à coniuratis interfecto, libertateq. Reip. restituta, argenteū hunc quinariū à Caesaris percussoribus cusum esse, et ludis Apollinaribus, quos Brutus Praetor populo exhibuit, sparsum fuisse, ex Libertatis signata in eō imagine coniicere facile possumus. ex ancora uero et prora natis, quae in altera quinarii parte impressa est, populi Romani libertatem occiso Caesare modo recuperatam, uerum etiam confirmata intelligimus pacem ea, quam cum Antonio et Lepido, suadente ^{etiam} Cicerone, coniurati fecerunt. Ad quā quidem pacem indicandam non est dubium, quin secundus quoq. denarius ab iisds conspiratoribus percussus fuerit, populoq. Apollinaribus datus, quibus Acci tragœdia Brutus recitata fuit, pro pacis autem symbolo, iunctis manibus et cadiuceo, antiquos usos fuisse constat cum ex aliis denariis, tuin ex huius inscriptio- ne, PAX ET LIBER TAS; qui quidem titulus nulli magis, quam huic, quod diximus, ^{etiam} tempori conuenire uidetur; in quo Ciceron orationem in Senatu habuit, cuius in lib. i. Philipp. facit his uerbis, mentionem. Nec uero usquam discedebam, nec à Rep. deiiciebam oculos ex eo die, quo in aedem Telluris con- uocati sumus. in quo templo quantum in me fuit, ieci fundamenta pacis, Athene- nisiumq. renouauit uetus exemplum, Graecum etiam uerbum usurpauit, quo „ tum

tum in sedandis discordiis erat usus ciuitas illa, atque omnium memoriam discor-
dia rum obliuione sempiterna delendam censui, praecella tum oratio M. An-
tonii, et regia etiam uoluntas: pax deniq. per eum & per liberos eius cum praë-
stantissimis ciuibus confirmata est &c. Haec autem Ciceronis oratio, qua in Se-
natū dūmīxādā suauit, Graecē extat apud Dionem li. XLIII, in quo s. c. de obliuio-
ne praeteritorū malorum in Ciceronis sententiā facti, & de pacis cōditionibus
ita meminīt, σωματικού μηδὲν εἴθε περέψεισε. οὐ μάταιος καὶ φράστερον οὐτε περὶ Καπιτωλίας δύλες κατέβα-
σσι, ταῦτα περὶ τοῦ λεπίδου Λεπίδου Αὐτοῦ εἰς ὅμιλον λόγη λαβεῖσθαι. καὶ Βρούτες μὴν φράστερον λέπιδον, χαρακτήρα
χειροποίητον κατέτισι Κάριος δὲ πρὸς τὸν Αὐτοῦ, εἰς ἀσφαλεῖαν. hoc est, Itaq. pacem fecerunt iis,
quibus conuenerant, conditionibus: neq. tamen ante hi, qui in Capitolio erant,
descenderunt, quā Lepidi Antoniū filios obsides acceperunt. ita Brutus ad Le-
pidū propinquū suū descendit, Cassius ad Antoniū proposita securitate. Velle-
ius li. II. Quo anno, inquit, id patruere facinus, Brutus & Cassius Praetores erāt:
D. Brutus Cos. des. hi una cum coniurationis globo, stipati gladiatoriū D. Bru-
ti manu, Capitolium occupauere; cum Consul Antonius conuocato Senatu, cū
iā Dolabella, quē substituturus sibi Caesar designauerat Consulē, fasces & in-
signia corripiisset Consularia, velut pacis auctor, liberos suos obsides in Ca-
pitoliū misit, fidemq. descendendi tutò interfectoribus Caesaris dedit: & illud
decreti Atheniēsum celeberrimū exemplū relatum à Cicerone obliuionis pra-
teritarum rerum, decreto patrum comprobatum est &c. Corona in altera huius
denarii parte impressa, quo pertineat, mihi quidem obscurum est: neq. enim ob-
interfectum Caesarem, Bruto uel Cassio uel alicui percussorum decretā fuisse
quernā coronam legimus. ex tertii tamen denarii inscriptione, quae est S A L V S
GENERALIS HUMANI, quod hic idem titulus C. CAESARIS DIVI F. IMP. IIIVIRI. R. P. C.
aureo nummo inscriptus reperiatur, suspicari quispiam possit, hos quoq. de-
narios in eiusdem Caesaris gratiam, Triumuiratus tempore cusos esse; cui inter
alios honores, quernā coronam quoq. coronam à s. p. Q. R. tributam fuisse scribit Dio-
lib. x L V I I. καὶ τοῦτο εἴποι, οὐτε κατέχειν, οὐτε ιποτίθειν, αὐτοῖς αἱ περιπέτειαι, καὶ
ταῦτα ποιῆσαι γεγονότα, καὶ τοὺς εργάσαντας πολεμίους εἰς θρόνον. οὐ γάρ οὐ τινὰς εἴποντες, αὐτοῖς αἱ περιπέτειαι,
δικαίως ποιεῖν, προσταυρεῖν θεον. hoc est, Quanquam quid hoc referre oportuit?
cum Triumuiris istis alios honores decreuerint, qui benefactoribus ac seruato-
ribus Urbis tribui solebant, & coronas etiam ciuicas: neq. enim ii culpādi, quod
interfecissent aliquos, sed laudandi, quod non plures occidissent, sibi uideban-
tur &c. Sed de ciuica corona, quae Augusto ob ciues seruatos decreta fuit, quaeq.
in eius nummis aereis & argenteis, adscripto titulo, OB CIVIS SERVATOS impref-
fa est, meminerunt cum aliis, tum Valerius Maximus lib. II. cap. III. Dio lib. LIII.
Ouidius lib. I v. Faſt. & de Trift. lib. I I I. elagia. I. diuersa autem est ab ea, quae
in duobus huius tabellae denariis notata est, de qua liberum nos unicuiq. iudiciū
relinquimus statuendi, sit ne ad Caesaris, ut supra diximus, interfectores re-
ferenda, an ad C. C. aefarem Triumuirum R. P. C. qui postea Augustus appellatus fuit,

F I N I S



T. CARISI sextertius nummus reponendus in prima tabella gentis Carisie, in qua multa scripta sunt de T. hoc Carisio, cuius indicatur Aedilitas tigri Baccho sacra, tyro, aliisque Liberaliorum symbolis, quae in altera huius nummi parte impressa sunt.

P. CLODI denarius ponendus in secunda tabella gentis Clodiae, itemque Iuliae, quod in eius altera parte Caesaris imago incisa sit, sub quo Clodius, ut opinor, Quartumuir monetae cuendae, denarium signavit.


P. CORNELI BLASIONIS nummus aereus in postrema tabella Corneliae gentis reponendus est.

L. FLAMINI CHILONIS denarii altera pars in tabella Flaminiae gentis male incisa, ex collatione argentei numimi emendanda, ut in hac tabella iterum imprimendam curauimus.

QVINCIUS huius tabellae quinarius, in tertia gentis Iuliae tabella reponendus, in qua denarius impressus est, habens in utraque parte eadem ferre symbola, ad indicandas, ut arbitror, Caesaris uictorias de Germaneis, aliisque gentibus deuictis.

SEXTVS denarius ponendus in postrema Iuliae gentis tabella. in altera autem denarii parte, Clementiae templum signatum est, de quo Plutarchus, Dio, et alii meminerunt. Plutarchi uerba in Caesaris sunt haec: καὶ τοῖς οὐρανοῖς πρόποντος δοκοῦσιν χαρισμάτων διττή φρεσκαδεσία, καὶ γάρ σφικε πολλούς τόπους πεπολυμητούν πρὸς αὐτὸν, εὐλογούς καὶ θηλεῖς, καὶ ἀρχαῖς, ὡς βρούτῳ, καὶ Καστρῷ προσέβικεν, hoc est, ac Clementiae quidē aedem tunc non immerito ad honorandā lenitatem Caesaris decreuisse eos dicas. quippe hostibus suis multis salutem dedit, non nullis honores quoque et magistratus, uelut Bruto & Cassio addidit.

Bb Primus



Primus huius tabellae aereus nummus in Maecilia gente reponendus. SECUNDVS denarius addendus est argenteis nummis, qui in gente Maria impressi sunt. TERTIVS et QVARTVS reponendi in gente Pinaria: QUINTVS in secunda gentis Plaetoriae; SextVS in postrema Valeriae gentis tabella, ad familiam Aciscularum, ad quos pertinet hic etiam denarius a L. Valerio Acisculo imp re s, in cuius una parte Neptuni caput, in altera Tritonis signum incisum est, ad indicandam uel Neptunii templi curationem eius familiae, uel ad maritimam aliquam populi Romani uictoriam duce aliquo ex Acisculis partam.

QVAR-

QVARTVS denarius primae tabellae Antoniorum pertinet, ut opinor, ad C. Antonium M. Antonii oratoris filium, Ciceronis collegam in consulatu; qui ex eo magistratu, concedente Cicerone, Macedoniam prouinciam proconsulari potestate administrandam obtinuit. quare de eo ita scripsit Luius in epitoma libri cuius C. Antonius Procos in Thracia parum prospera rem gessit. Pontificem autem minorum fuisse C. Antonium ex eo coniucere possumus, quod in altera denarii parte Pontificalia instrumenta cum inscriptione PONTIFEX incisa sunt.

DENARIUS unicus qui extat Axiae gentis, uidetur signatus a L. Axio Nasone, quem Tribunum plebis fuisse, intelligimus ex fragmento lapidis Tiburtini, quod est apud me ita inscriptum.

SPRENAS
... SIVS. NASO. TR. PL
... CILIVS. CORNVTVS
... TIVS. CATVLVS
... NIVS. STOLO
... TORES. LOCORVM. PVBLICORVM
* DICANDORVM. EX. S. C. EX. PRIVATO

IN. PVBLICVM: RESTITVERVNT. ex Tribunatu autem L. huius Axii Nasonis satis intelligimus, Axiam gentem fuisse plebeiam.

TERTIVS denarius quartae tabellae Claudiorum, signatus, ut uidetur, a Lentulo Marcellino cos. spectat sine dubio, ad Claudiæ gentis, itemque Corneliae, in quam Marcellinus fuerat adoptatus, celebranda monumenta. ad quac quidem illustranda, duo tantum adducam Ciceronis loca ex oratione de Aruspicum responsis. Quos igitur, inquit, Aruspices ludos minus diligenter factos, pollutosque esse dicunt eos, quorum ipsi dii immortales, atque illa Mater Idaea te te Cn. Lentule, cuius abau manibus esset accepta, spectator esse uoluit. quod ni tu Megalesia illo die spectare uoluisses, haud scio an uiuere nobis, atque his de rebus iam queri licet. uis enim innumerabilis incitata, ex omnibus uicis collecta, seruorum, ab hoc Aedili religioso, repente fornicibus, ostiisque omnibus in scenam signo dato immissa, irrupit. tua tum, tua Cn. Lentule eadem uirtus fuit, quae priuati quondam, tui proau &c. paullo post. Hac igitur uate suadente quondam, defessa Italia Punico bello, atque Annibale uexata, sacra ista maiores nostri, ascita ex Phrygia, Romae collocauerunt: quae uiris accepit, qui est optimus a populo Romano iudicatus P. Scipio; femina autem, quae matronarum castissima putabatur, Quinta Claudia, cuius priscam illam seueritatem sacrificii tua soror mirifice existimatur imitata.

DENA-

DENARIVS Trebatiae gentis, restituendus est genti Trebaniae; curus
ignoratione factum fuit, ut Trebanii nummus Trebatio fuerit tributus. hu-
ius autem erroris admonuit me manuscriptus locus Ciceronis in epistola de
cima libri sexti ad Trebianum, in qua Trebatium habebant uulgatae editio-
nes, cum tamen libri manuscripti haberent Trebianum, errore scilicet libra-
rium, facta litterarum transpositione ex Trebanio in Trebianum; quomo-
do Ciceronis locum emendandum opinor, accedente praesertim argentei de-
narii auctoritate, et nummi item aerei eodem modo inscripti.

F I N I S.

EX LIBRO DE FAMILIIS
ROMANORVM

ANTONII AVGUSTINI
EP. ILERDENSIS





CILIA familia plebeia, sed nobilis consulatibus quinque, & triumpho uno ante Imperatores fuit, neque postea minus floruit. Vigen-te republi-^{ca} eius stirpes duae Glabronum, & Balborum: consula-res ambae fuerunt. Primus Glabronum M[·]. Acilius c. f. l. n. consul fuit an. D L X I I . & Proconsule triumphauit de Aetolis, & rege Syiae Antiocho anno proximo. Eius filius Manius consul suffectus L. Postumio Albino anno fere d. c. Hic auus, uel proauus M[·]. Glabronis fuit, apud quem Praetore de repetundis cognoscentem Cicero C. Verrem accusauit, eique in memoriam redigit legis paternae Aciliae, auque materni P. Sceuolae, ac Saceri M. Scauri. Asconius in Verr. II. & pro Scauro. Hic M[·]. Acilius M[·]. F. M[·]. N. consul fuit an. D C L X X X VI cum C. Pisone Frugi. Ex Aemilia uxore liberos procreauit. Balborum primus M[·]. Acilius l. f. k. n. consul fuit anno D C I I I cum T. Quinctio. t. f. Flaminio. Eius filius Manius post sex, & triginta annos cum C. Catone. Sub Imperatoribus patriciis Glabrones sex consules fuerunt, Auiolae tres, Rufus, Faustinus, Seuerus singulares. Glabronum primus sub Domitiano consulatum cum M. Vlpio Traiano, qui postea Imp. dictus est, cepit, in eo occisus est an. D C C C L I I . Alter illius, ut creditur filius, ^{alii dicunt primum vocatur} cum paterno Manii praenominis cos. fuit cum C. Bellicio Torquato an. xxxiii. post patrem sub Hadriano ^{Postponitur et ex eo corrip} Imp. Tertius sub Pio Antonino Sex. Acilius Glabrio cum C. Valerio Omollo Veriano Cos. an. D C C C I V . Quartus Manius bis consul fuit, sed alterius anni tempus ignotum; atque ideo suffectum fuisse credendum est, iterum consul fuit collega Commodi Imp. in quinto consulatu an. c. C I O X X X I X . Hic ille est, quem Pertinax dignum imperio orbis terrarum iudicabat, quem omnium patriciorum nobilissimum esse dicebat: originemque generis ab Aenea Veneris filio duxisse. Hunc quidem Manii filium, Manii nepotem esse credendum est; patrem uero fuisse Acilius Faustini consularis duo tituli duarum clarissimarum feminarum significant. Quinctus M[·]. Glabrio consul cū M. Valerio Maximo, iterum sub Valeriano, & Galieno Imp. anno C I O V I . illius, ut arbitror nepos fuit. Ultimus Anicius Acilius Glabrio Faustus collega Theodosii Iun. in XVI. consulatu an. C I O C X X X I X . Christi CCCCXXXVII. Hic etiā sub Honorio, & Theodosio praefectus urbis fuit. Hic uidetur in Aniciorum nobilem quoque familiam insertus utriusque nomina usurpare. Auiolarum primus collega in consulatu Q. Asini Marcelli, sub quib. Ti. Claudius Imp. mortuus est. an. D C C C V I . Hunc memoriae proditum est in rogo positum se uiuum comburi ostendisse, sed subueniri non potuisse, ut Plin. lib. vi. Val. Max. lib. i. referunt. Alter eius, ut credibile est, nepos sub Hadriano Imp. consul fuit cum C. Corellio Panfa an. D C C L X X I I I . Tertius huius fortasse filius cum M. Antonio Gordiano Imp. cos. an. D C C C . Quartus Rufus Acilius ante hos duos non ordinarius, sed suffectus cos. fuit ex Kal. Iul. sub Traiano Imp. cum C. Caecilio Clasico, ut Plinius minor in epistula quadam refert, an. D C C L I V . Fortasse is est, cuius titulus extat Panhormi L. ACILIO. L. F. Q. N. RVFO Faustinus Glabronis bis cōsulis filius; atq. Glabronis senioris nepos, ut diximus, consul fuit sub Seuero cum C. Caeso-

nio

nio Macro Rufiniano an. D C C C L X I I , Huius filius C. Acilius, filia Acilia Maniliola, neptis ex filio Acilia Gauinia Praestana Seuerus Acilius cos. sub Constantino Imp. fuit cū FL. Junio Rufino anno C I O L X X I V . & post alterum annum Praef. urbi. De Fausto diximus, cum de Glabrone ultimo dictum est.

AE L I A

AELIA familia, siue Ailia plebeia, sed non ignobilis multis ex ea consulibus uiris, & duobus censoriis, ac duobus, qui Magistri Equitum fuere. Antiquiores cognomento Paiti, siue Paeti dicti, deinde Cati, Tuberones, Ligures, Lamiae uigente libertate. Postea ex eadem Imperatores fuerunt P. Aelius Hadrianus, T. Aelius Antoninus Pius, L. Aelius Aurelius Commodus, Caesar uero tantum L. Aelius Hadriani filius L. Aurelii Veri Imp. pater. Paetus consules quinque, censores duos, Magistros Equitum item duos ante C. Caesaris Dictaturam fuisse video. Nam primus P. Ailius Paitus cos. fuit cum C. Sulpicio Longo anno C D X V I , eius filius P. Paitus Magister Equitum fuit Q. Fabio Ambusto Dictatori comitorum caufsa, sed uitio facti abdicarunt, & in eorum locum facti sunt M. Aemilius Barbula Dict. L. Valerius Potitus Flaccus t. r. Mag. Eq. quo anno Caudina nota inusta est Ti. Veturio Calvino II. Sp. Postumio Regillensi Albino II. cos. an. C D X X I I . Post annos x x v . C. Paitus cos. fuit cum M. Valerio Maximo Potito, quo anno plebs in Ianiculum secessit: quam Q. Hortensius Dictator placauit. Postea P. Ailius Q. F. Q. N. Paitus Magister Equitum fuit C. Seruilio Dictatore an. D L I . Comitorum habendorum caufsa, quibus comitiis consules creati sunt CN. Cornelius Lentulus, & P. Ailius Q. F. P. N. Paitus. Fuit hic iurisperitus, & frater eius Sextus, quam scientiam Tuberones quoq. illustrarunt. Nec Mucia familia plures iurisconsultos habuit, quam Aelia. Censores quoq. ambo fratres fuerunt, Publius collega P. Scipionis Africani post biennium, quam consul ipse fuerat, Sextus sequenti lustro cum C. Cornelio Cethego; lustrumq. fecere XLVI. & XLVII. Sextus consul fuerat cum T. Quinctio Flaminino an. D L V . Hic ille est, qui primus Catus appellatus est, de quo Ennius,

Egregie cordatus homo Catus Aelius Sextus.

Catum Varro interpretatur acutum potius, quam sapientem. Ab hoc actiones compositae sunt, quod ius Aelianum dicebatur, & liber Tripertita inscriptus, ut Pomponius refert. Publii filius Q. Paitus consul fuit cum M. Iunio Penno an. D X X C V I . Hunc sunt, qui existimunt primum Tuberonem appellatum L. Aemilius Paulli, qui hoc anno triumphauit Proconsule ex Macedonia, & rege Persa, generum. Memoriaeque proditum est, sexdecim Aelios in una domuncula habitasse, ubi postea Mariana monumenta fuerunt, unum eos in agro Veiente fundum aluisse, unum eis in circo spectaculi locum fuisse. nullum apud eos argenti scrupulum ante, quam Paullus genero ex præda quinque pondo donasset. Natus ex his est Publius Tubero, & Q. Tubero ille Stoicus,

Bb 2 qui

qui in Triumuiratu iudicauit contra auunculi sui minoris Africani testimoniū: quiq[ue] rogatus a Q. Fabio Maximo consobrino suo, cum epulum Africani mortui nomine populo daret, ut triclinium sterneret, pelliculis haediniis lectulos punicanos stravit, & exposuit vasa Samia, vt Cicero auctor est. Quibus rebus uir integerrimus, arque eruditissimus, & L. Paulli nepos in Praeturae petitione repulsam tulit. Hic iuris quoque ciuilis peritissimus fuit, & alias Q. Tubero, qui Ligarium accusauit, nec obtinuit apud C. Caesarem. Nam cum pater eius L. Tubero Africam ex Senatus decreto obtinere deberet, a P. Attio Varo et Q. Ligario prohibitus est, qui nec aquam haurire, nec filium affectum valetudine in terram exponere passi sunt. Extat ea de re Ciceronis Ligariana oratio, qui initio orationis propinquum Q. Tuberonem appellat. Hic doctissimus fuit non solum iuris publici, & priuati, sed totius antiquitatis, librosque plurimos reliquit, sed propter antiquorum uerborum usurpationem parum gratos. Fuit autem patricius, ut Pomponius afferit, & ex Sulpicia Seruili filia, qui princeps iuris consultorum eo tempore fuit, matrem Caii Cassii Longini iuris etiam consulti doctissimi suscepit. Sed haec posteriora sunt. Redeo ad superiora tempora libertatis reip. Romanae.

Ligarem Consularem vnum reperio P. Aelium P. F. P. N. qui cum Q. Popilio P. F. P. N. Laenate consul fuit an. D X X C I, notatumque est tum primum, ambo eos plebeios fuisse. Haec de consularibus Aeliis. Apud Linium autem legi quemdam P. Aelium Quaestorem an. C C C X R I V, necnon apud Plinium Thurinos C. Aelium T. R. P. L. statua, & corona aurea donasse, quod legem per tulisset in Stennium Statilium Lucanum, qui Thurinos bis infestauerat. Sub Imperatoribus quattuor ante Hadrianum Augustum consules video cognominibus inter se distinctos. Q. Tuberonem, L. Lamiam, Sex. Catum, & L. Seianum: tres primos sub Augusto, ultimum sub Ti. Caesare. Tubero, cum a Dione Q. F. dicatur, non is est, de quo antea diximus, Q. Tubero L. F. sed eius filius, quamvis Pomponius eundem esse uideatur affirmare. Fuit, quidem certe cos. cum Paullo Fabio. Q. F. Maximo an. D C C X L I I. At L. Lamia L. F. cos. fuit cum M. Seruilio M. F. Gemino post X I I annos, quam superiores. Lamias a Lamo dictos, qui Formias condidit, Horatius auctor est, eosque & uetus, & nobiles appellat. Cicero L. Lamiam equitem Ro. prodidit in exilium missum a Gabinio cos. quod Ciceroni faueret, eumdem Ciceronis cadasuer, vel cineres sepulcro condidisse traditum est carminibus non ineruditis. Val. Max. lib. I. c. V I I. & Plin. lib. V I I. c. L I I. memoriae prodiderunt L. Lamiam uirum Praetorium uocem in rogo edidisse, & C. Aelium Tuberonem Praetura functum a rogo relatum. Sex. Aelius Q. F. Catus, ab illo cordato uiro Cato Aelio, vt Ennius scripsit, dicens originem successor Lamiae fuit, cum C. Sentio c. F. Saturnino. Ab his lex Aelia Sentia perlata est auctore Augusto. Ultimus L. Aelius Seianus L. Seii Strabonis equitis Ro. filius temporibus Ti. Caesaris plurimum potuit. natus Volsiniis, Praefectus praetorio fuit, & consulatum adeptus est, quo anno Tiberius quintum consulatum solus cepit; sed post mensem Seianum collegam asciuit. an. D C C L X X I I I. ex vxore Apicata

tres

tres liberos habuit; sed is cum liberis oppressus est, coniurasse aduersum Imp. conuictus. Auunculum habuit Iunium Blaesum Procos. Africae. P. Aelius T. F. T. N. Hadrianus Italicensibus parentibus natus, qui ex Hadria Scipionum tempore in Hispaniam migrarunt. Eius pater Hadrianus Afer consobrinus. Traiani Imp. aius Marillinus primus in eius familia senator, vt Aelius Spartanus refert. Ante imperium cos. suffectus ex Kal. Iul. cū L. Publilio Celso an. D C C L X I. Iterum, ac tertio consul initio principatus, quem adoptione uera, uel ficta moriente Traiano suscepit, Vlpiae familie nomen recusasse uidetur: Traiani cognomen usurpasse: filios, atque libertos Aelios appellauisse. Extant plerique tituli libertorum Hadriani; qui P. AELII. AVG. L. Colonias quoq[ue] Aelias dictas constat, aliasq[ue] urbes restauatas; in quibus Hierosolymorum urbs Aelia Capitolina dicta deinceps est. Tribuniciam potestatem semel, ac uicies suscepit, Imperator bis appellatus est; ceterosq[ue] titulos viuis obtinuit, & post mortem Titus Hadrianus dictus. Filios adoptauit L. Ceonium L. F. L. N. Commodum Verū, qui postea L. Aelius Caesar appellatus fuit, & T. Aureliū Fulvium Boionum Antoninū, qui postea Imp. Caesar. T. Aelius Antoninus Pius dictus est. L. Aelius ante adoptionem consul fuit cū Sex. Vetuleno Ciuica Pompeiano an. D C C C X C I X. eodemq[ue] anno adoptatus nomen mutauit, & Tribuniciam potestatem accepit, & consul iterum designatus in proximum annum est; Ipsis vero Kal. Ian. mortuus est cos. II. T. R. P. O. T. II. Filium reliquit L. Ceonium Commodum, qui a T. Antonino adoptatus L. Aurelius Verus appellatus est, & cum fratre adoptiō M. Aurelio Antonino, eodemq[ue] socro suo imperium obtinuit. Hi vero secuti sunt Aurelii nomen: propterea quod Pius ex ea familia fuerit; quamuis adoptione Hadriani in Aeliam translatus sit. Summo quidem certe iure omnes hi in Cocceiam familiam erant inferendi. Nam Cocceius Nerua Vlpium Traianum, Vlpium Aelium Hadrianum, Aelius Ceonium Commodum, & Aurelium Antoninum, Aurelius Annium Verum, & Ceonium Commodum adoptauit. T. Antoninus Pius consul quater fuit, Tribuniciam potestatem quater et uicies accepit, Imperator bis appellatus est. Faustinā filiam Marco filio adoptiō coniunxit. ex his L. Commodus natus est, qui patre uiuo Augustus appellatus, et post eius mortem paternas, et auitas virtutes non est imitatus. Hunc video, et L. Aelium, et M. Aurelium, et L. Aelium Aurelium dictum esse. Consul septies fuit, Trib. Pot. XVIII. Imp. VIII. Post hos Imperatores tres tantū Aelios consules inuenio: C. Aelium, siue Alliū c. F. Fuscianum, qui sub eodem Commodo consul fuit cū Dullio Silano an. D C C C X I. et Q. Aelium vel Allium Maximū, collegam M. Flavii M. F. Apri post annos XIX. sub Seuero, et Antonino, nec non Aelium Scorpianum consulē suffectū ex Kal. Iul. an. C I O X X I X sub Floriano Imp.

AE M I L I A.

AE M I L I A siue Aemilia familia patricia clarissima fuit, ab ipsis initiis libertatis reip. Rom. ad Augusti tempora multis illustribus uiris domi, militiaeq[ue]

iv militiaque decorata. Pontificatu maximo, Dictaturis, Triumphis, Principati bus Senatus, Censuris, Consulatibus, Magisteriis Equitum, & Tribunatibus. Militum consulari potestate, et Triumuiratu reipublicae constituendae, ita saepe, ut paucae eam numero uincant, exornata est. Diuiditur in has quinque prae- cipuas stirpes, quae cognominibus distinguuntur, Mamorcinorum, Barbula- rum, Paullorum, Paporum, Lepidorum. Sunt etiam aliae singulares, aut ra- rae, ex quibus unus aut alter consul fuit, ut Regillorum, Scaurorum, de qui- bus posteriorius dicemus. Mamercini nouem obtinuerunt consulatus xii. Dictaturs v. Tribunatus Militares cum consulari potestate ix. Magisteria Equitum iii. Triumphos iii. Nam primus L. Aimilius Mamerci filius ter consul fuit primo cum Kaesone Fabio k. f. Vibulano anno c. l. x viii de- inde sexto anno cum C. Seruilio Structo Ahala, tertio post annos quinque cum Vopisco Iulo Iulo. Huius Lucii filius Tiberius Mamercinus bis con- sul fuit, prius anno tertio post ultimum patris consulatum cum L. Valerio Vo- luso Potito ii. posterius cum Q. Fabio Vibulano anno c. x x c. v. Tertius Mamercus fuit m. f. Lucii ter consul, ut suspicor, nepos. Hic ter Dictator fuit, ac bis triumphauit. Tribunus antea Militum fuerat an. c. c. x v. cum L. Quintio Cincinnato, & L. Iulio Iulo. Anno proximo Dictator de Fidenatisbus Idib. Sept. triumphauit. Ac tertio postea anno iterum Dictator rei gerundae cauſa fuit. Post undecim uero annos iterum triumphauit Dictator tertium de Veientib, & Fidenatisbus. Quaeſitor biennio antea fuerat, hoc est anno ccxxv.

iii Mamerci filius Manitus ter Tribunus Militum fuit post consulatum, quem ges- fit anno CCCXLIII. cum C. Valerio Potito Voluso. Namq. quinquennio post cum aliis quinque patriciis, & anno CCCL. iterum cum totidem, ac biennio pro- ximo, cum totidem collegis patriciis tertio Tribunatum gessit. Hunc aperte v. Verrius Flaccus M^o. Aimilium, Mam. f. m. n. Mamercinum in fastis notat. At C. Mamercinus, qui bis Tribunus Militum, & M. Mamercinus, qui semel creati sunt, ille annis CCCLIX. & CCCLXII. hic hoc eodem postremo relato anno: qui- bus parentibus orti fuerint, nullum habemus auctorem. Mihi probabile uide- tur, Manii fratres fuisse. Septimus Mamercinus quinques Tribunus Militum, bis consul, semel Magister Equitum creatus est. Hunc L. Aimilius l. f. ap- pellatum video, adderem libens Mam. N. Primus Tribunatus actus est anno sequenti post captam urbem a Gallis, hoc est anno c. c. l. x iv. Secundus bien- nio post primum, tertius quadriennio post alterum, quartus continuatus est post tertium, inter quartum, & quintum anni quattuor medii interfuerunt. Post hos magistratus ob maximas contentiones plebis cum patribus de ple- beio consule M. Furius Camillus v. Dictator dictus L. Aimilius Magistrum Equitum fuit, sed ambo re infecta abdicarunt, fuit is annus c. c. l. xxxv. Tandem biennio post pacata seditione primus L. Sextius plebeius, qui diu Tribunus Plebis fuerat, consul collegam habuit ex patribus eundem L. Ma- mercinum. Iterum consul fuit post annos tres cum C. N. Genucio Auenti- nensi. Huius filius L. Aimilius aperte a Verrio l. f. l. n. Mamercinus Priuernas appellatur. Bis Dictator, bis Magister Equitum, & bis Consul fuit,

& in

& in secundo consulatu triumphauit de Priuernatibus, unde cognomen accep- pit Kal. Mart. an. CDXXIV. cum collega C. Plautio P. f. Deciano Hypsato. Ma- gister Equitum fuit C. Iulio Iulo Dictatore in castris nouo more dicto an. CDI. Iterum decennio post M. Valerio Coruo Dictatori. & anno sequenti consulatu gessit cum C. Plautio C. f. Vennone ii. Dictator comitiorum habendorum cauſa an. CDXXXIX. Magistrum Equitum dixit Q. Publilium Philonem plebeium. Iterum Dictator rei gerundae cauſa Magistrum Equit. habuit L. Fulgium Cur- vuum item plebeium anno CDXXXVII. Postremus Mamercinus Tiberii praenomi- ne, quo nemo alius usus est, quod meminerim, ex hac familia: Consul fuit cum Q. Publilio Philone an. CDXXIV. eius parentes ignorantur. Possumus hunc suspi- cari esse Priuernatis fratrem.

ii Barbulae quattuor, totidem Consulatus, Dictaturam unam, triumphos duos consecuti sunt. Primus M. Aimilius Q. f. l. n. Dictator fuit comitiorum haben- dorum cauſa an. CDXXXII. quo anno turpis Caudina pax inita fuit. Magistrum Equitum dixit L. Valerium Potitum Flaccum ii. Hunc quidam m. f. appellant, sed ego titulum sequor, & denarium, in quo M. Aimilius Q. f. Barbula consul fuisse dicitur: annum tamen consulatus nondum reperi. Huius frater Q. Ai- milius a Verrio Q. f. l. n. appellatur. Consul fuit quadriennio post cum C. Iu- liu Bubulco Bruto. eundem collegam habuit tertium consulē in secundo con- sulatu anno CDXLII. Amboque eodem mense triumpharunt, Brutus Nonis Sex- til. de Samnitibus, Barbula Idibus de Etrusceis. Secutus est L. Barbula Q. f. Q. n. cos. anno primo belli Tarentini, cuius collega fuit Q. Marcius Philippus. Am- boque triumpharunt: Philippus eodem anno de Etrusceis, Barbula proximo anno Proconsule de Tarentineis, Samnitibus, & Sallentineis vi. Idus Quintil. an. CDLXXXIII. Quartus fuit M. Aimilius, quem Verrius l. f. Q. n. notat consul- lem cum M. Junio Pera an. DXXXIII. Hic fortasse est in denario Q. f. dictus, con- uenit enim praenomen. Nec displiceret, ut hunc Q. f. l. n. appellaremus; ut tempora consulatum quadrarent aptius. Haec de Barbulis.

iii Paulorum gens quattuor habuit ueteres insignes uiros, qui consulatum se- xies, Magisterium Equitum femel, Censorium honorem item semel, & tri- umphos quinque sunt consecuti. Post annum septingentesimum quattuor reperio Paullos Consulares, ex quibus unus censorius fuit. Sed hi inter Lepidos erunt referendi, nam utrumque nomen uisparunt, uno excepto L. Aemilio m. f. qui Consul fuit cum C. Claudio c. f. Marcello anno DCCIII. Primus igitur M. Aimilius l. f. l. n. Paulus Consul fuit cum M. Liuio Dentre an. CDLI. & sequenti an- no Magister Equitum Q. Fabio Maximo Rulliano Dictatore, iterum rei ger- rundae cauſa. Huius filius Marcus Consulatum gessit cum Ser. Fulvio Pae- tino Nobiliore. amboque anno proximo Proconsulibus de Cossurensib. & Poeneis nauales triumphos egerunt: Nobilior XIII. Kal. Febr. Paullas XII. Kal. an. CDXCIX. decimo anno belli Punici primi. Tertius fuit L. Paullus superioris filius. Hic Consul fuit cum M. Liuio Salinatore an. DXXXIV. uterque in consulatu de Illurieis triumphauit. Sed ambo postea accusati, Salinatorque solus damnatus est. Iterum consul triennio post, qui tertius annus fuit belli Punici secundi propter collegae C. Terentii Varronis temeritatē in Cannenſi pugna occisus

occisus est. Filium reliquit L. Aemilium clarissimum viirum, qui ter triumphauit, bis Consul et Censor, et Augur fuit. Namque ante consulatum Propraetore triumphauit ex Hispania an. D. L. X. IV. post septem annos consul fuit cum C. N. Baebio Tamphilo, et anno proximo iterum triumphauit de Liguribus Ingauineis. Iterum consul an. D. X. X. V. cum C. Licinio Crasso fuit. Persem ultimum Macedonum Regem proelio uicite, atque captiuum cum liberis in triumpho duxit, quem triduo egit quarto, tertio, et pridie Kal. Decemb. Proconsule anno proximo. Eodem tempore duos filios amisit, quos sui nominis, et familiae heredes relinquere cogitabat. Nam duos maiores alterum P. Cornelio Scipioni Africani maioris, et Aemiliae sororis filio in adoptionem dedit, qui postea Afri canus minor, Carthagine diruta, appellatus est; alterum Q. Fabio Maximo quinque consuli. Itaque alter dictus est P. Cornelius P. F. Scipio Aemilianus, cuius liberos nullos extitisse meminimus, alter Q. Fabius Q. F. Maximus Aemilianus, a quo plures Fabii extiterunt. Filias reliquit tres, ex quibus una Q. Aelio Tuberoni, altera M. Catoni Liciniano M. Catonis Censorii filio nupsit, ex quibus liberi nati sunt. Mater horum omnium Papiria fuit. C. Papirii Masonis consularis, et triumphalis viiri filia. Censuram denique Paulus obtinuit anno tertio post triumphum cum Q. Marcio Philippo, lustrumq. fecerunt L. III.

V. Paporum gens duos habuit clarissimos viros, quorum alter consul bis, et censor; alter etiam censorius, et triumphalis, ac consularis fuit. Ante hos a L. Aemilio M. Aemilius Papus Dictator refertur, quem nos Barbula appellauimus, alios annales secuti. Sed sine controversia Q. Aemilius Papus consul fuit cum C. Fabricio Luscino anno proximo ante bellum Tarentinum, quod L. Aemilio Barbula, et Q. Marcio Philippo cos. inchoatum est anno C. D. I. XXII. Secundum consulatum, et censuram cum eodem collega egit an. CDLXXV, et CDLXXXIX. Lustrum fecerunt XXIII. Post hunc L. Aemilius Q. F. L. N. post illius censurae annum I. consul fuit cum C. Atilio Regulo anno primo belli Gallici Cisalpini, et de Galleis triumphum egit III. Nonas Mart. in consulatu. Censor fuit cu C. Flaminio anno D. XXXII. qui circa Flaminio, et viae Flaminiae nomen reliquit. Paporum cognomen uidetur ex eo sumptum, quod papi carduorum flores sint, ut ait Festus, de quibus Lucretius.

Vestem, nec plumas avium, paposque uolantes.

VI. Ad Lepidorum stirpem uentum est, ex qua decem ad M. Lepidum Triumvirum, post eum ad obitum Augusti septem insignes magistratus, honores, ac sacerdotia obtinuerunt. Duo Pontifices Maximi fuerunt, unus semel, alter fex Istris Princeps Senatus, unus Triumvir bis reip. constituenda, unus Magister Equitum bis, Censores tres, duo triumphales, ex quibus alter bis, unus triumphalia ornamenta accepit. Consules XV. consulatus obtinuere XVIII. ex quibus tantum suffectorum fuerunt. Primus M. Lepidus cos. fuit cum C. Claudio Canina anno CDLXVIII. Alter Marcus Marci filius Marci nepos, quem Liuius ait bis consulem, atque Augurem fuisse, ac patrem Marci, Lucii, et Quinti Lepidorum, consul fuit cum M. Publio Malleolo an. DXXI. Iterum consul cum M. Valerio Laecino post duodecim annos, quo anno L. Veturius Philo, et C. Lutatius

III. Lutatius Catulus uitio facti abdicarunt, ut quidam scripserunt. Tertius Marcus superioris filius indolis sua specimen praetextatus dedit, qui annos natus XV. hostem occidit, ciuem seruauit, quamobrem statua ei statuta est in Capitolio, quod Valerius Maximus refert, & de ea re denarius extat cum his litteris M. LEPIDV. AN. X. V. P. R. H. O. C. S. Alter quoque denarius insignem honorem habitum eidem M. Lepido significat, cuius multi meminerunt, ut cum Ptolemaeus Rex tutorem filio suo populum Rom. reliquisset; Lepidus hic, qui Pontifex Maximus, ac bis consul fuit, ad Regis pueri tutelam gerendam Alexandre missus fit. Primum consulatum gesit cum C. Flaminio C. F. an. DLXVI. Pontifex Max. octauo postea anno in locum C. Seruillii Gemini factus est, ite censor eodem anno cum M. Fulvio Nobiliore, cu quo inimicitias gesserat, quas reip. causa censor designatus depositus, lustrum fecerunt L. & ipse Lepidus princeps senatus dictus est. Iterum consul cum P. Mucio Sceuula, de Liguribus triumphauit an. D. LXXVIII. Hic sex lustris princeps senatus lectus est. Sexti censores fuere M. Valerius Messalla, C. Cassius Longinus, qui lustrum LV. fecerunt an. D. XCIX. M. Lepidus mortuus est anno postea tertio, aut quarto. Quartus M. Lepidus M. F. M'. N. fuit, ac consul anno DCCV. cum C. Popillio Laenate II. Quintus M. Lepidus, Porcina dictus est, principis Lepidi filius. Consul autem fuit anno DCXVI. cum C. Hostilio Mancino. Sextus Mamerco praenomine superioris, ut creditur, frater undecimo postea consul fuit cum L. Aurelio Oreste, quo tempore quarti ludi saeculares facti sunt, vt plures scripserunt. Septimus M. Aemilius Q. F. M. N. Lepidus a Verrio appellatur, consul autem fuit cum Q. Lutatio Catulo, Sullaque & Catuli aduersarius extitit in consulatu an. DCLXXV. Hunc esse arbitror Triumviri patrem, quem pronepotem principis senatus fuisse. Cicero auctor est. Erit igitur hic Porcinae nepos. Octauus Mamerco Aemilius Mam. F. M. N. Lepidus Liuianus, qui D. Litii Drusii filius fuisse dicitur, adoptatus a Mamerco principis Lepidi filio. Consul autem fuit anno post superiore C. N. Octauio. Censor post consulatum an. XVI. cum P. Seruilio Isaurico fuit, lustrum fecerunt LXIX. & proximo lustro princeps senatus lectus est an. DCXCIX. Ad hunc, eiusue liberos pertinet denarius ita inscriptus M. MAMERC. LEPIDVS.

IX. LIVIANVS. Nonus M'. Lepidus, qui cum L. Volcatio Tullo consul fuit an. DCXXVII. Huius parentes ignorantur. Verisimile est ab eo, quem quarto loco retulimus, originem traxisse. Peruenimus ad M. Lepidum Triumvirum, qui a M. Verrio M. F. Q. N. dicitur: hoc est septimo loco constituti filius. Hic praetor Caesar Dicit. dixit nouo more, ceteros enim consules dixerunt. Propraetore ex Hispania triumphum egit an. DCCVI. Sequenti anno consul fuit cum C. Caesar III. consule, & in tertia, & quarta dictatura magister equitum, eas gessit Caesar duobus proximis annis. Occiso Caesare Eridib. Martiis, Pontifex Maximus factus est an. DCCIX. Sequenti anno triumvir reip. constituenda cu M. Antonio, cuius filii filio suo collocauit, et C. Caesar Octauiano, qui postea Augustus appellatus est. Suscepserunt autem hoc genus imperii ex ante diem quintum Kal. Decemb. ad Pridie Kal. Ianuar. sextas, hoc est in quinquennium. Eodem anno Pridie Kal. Ianuar. procos. ex Hispania iterum triumphauit. Kalendis ipsius consul iterum fuit cum L. Munatio Planco, qui i. v. kal. Ian. de Galleis

De Germanis, non de Galieis duo triumphant consules,

Propterea quod nomina duorum fratrum eorumdem in proscriptorū tabulis
legerentur. Fratrem Lepidi arbitror fuisse Paullum Lepidum, qui seruatus est.
Planci frater L. Plotius dicebatur. Iterum triumuir in alterū quinquennium cū
eisdem collegis creatus anno secundo a C. Caesare collega abdicare coactus est.
erat is annus DCCXVII. vixit autem vsq. ad DCCXL. annū Pontifex Maximus. Vxor
i eius Junia M. Brutis soror, ex qua liberos suscepit. Post hunc primus Paullus
Aimilius M. f. l. n. consul suffectus ex Kal. Iul. cum C. Meminio an. DCCXIX.
Hic etiam censor fuit cum L. Munatio Plancus post annos XII. lustrum tamen
non fecerunt. Hunc quidam P. Aimilius Paullum, alii M. f. Q. n. appellant. nos
verisimiliora fecuti sumus. Huius censoris filius L. Paullus Iuliam Iuliæ, & M.
ii Agrippae filiam Augusti neptem duxit, Aemiliamq. Lepida ex ea suscepit, quae
fuit Ti. cl. Imp. sponsa. Alter Paullus Triumuri frater consul etiam suffectus
fuit ex Kal. Iul. cum L. Cornelio an. DCCXXI. Hic porticum Paulli aedificauit, &
iii dedicauit. Tertius Q. Lepidus est Manii filius, qui consul cū M. Lollio M. f. fuit
an. DCCXXXII. vt ex titulo pontis Fabricii constat. Quem enim L. Fabricius cu-
rator viarum faciendum curauerat, hi consules ex s. c. probauerunt. Quartus L.
iv Aimilius l. f. Paullus. Hunc putant filium fuisse L. Paulli M. f. qui cos. fuit anno
DCCIII. esseq. inter Paullorum gentem cōstituendum. Mihi magis placet, vt hoc
loco relinquatur. Consul fuit an. DCCLIII. cū C. Caesare Augusti filio post Chri-
v itum natum anno secundo. Quintus erit M. Lepidus l. f. qui cum L. Arrun-
tatio consul fuit, quinto post superiorē anno. Sextus Manius Aimilius Q. f. M. n.
vi Lepidus, qui consul cum T. Statilio Tauro fuit an. DCCLXIII. Praeter hos inue-
nito M. Aemiliū Q. f. M. n. Lepidum obtinuisse triumphalia ornamenta legatū
Augusti an. DCCXI, ex Delmatia. Ad extremum de Lepidi cognomine non reti-
cebo, videri eo voluisse exprimere, quid Aimillii nomine significaretur. vt cum
Vergilius armisonam Palladem, Plemmyrion vndosum, clarum Olympum di-
xit. Sic felix Sylla Faustum filium appellauit, & filiam Faustam; quod usurpari
soleret: [Quod felix, faustumq. sit:] ac non multum significatione different.
vii Nunc de reliquis Aemiliis uideamus. Regilli cognomine vñ triumphalem
L. Aimilium M. f. reperio propraetore naualem egisse de rege Antiocho Kal.
Febr. an. D L X I V. Scaurum item vnum insignem virum M. Aimilium M. f.
l. n. qui consul cum M. Caecilio Q. f. Metello anno DCCXXIIX. De Gal-
leis karneis triumphauit. Censor post sex annos fuit cum M. Liuius c. f. M. Ai-
miliani Nepote Druso, qui in eo honore mortuus est, & Scaurus abdicauit mo-
re maiorum, ante tamen uiam Aemiliam stravit, pontemque refecit Aemiliū.
Proximo anno censores creati Q. Fabius Max. Allobrogicus, & C. Li-
cinius Geta, hunc principem senatus legerunt, & tribus aliis luctris aliis cen-
sores, quoad mortuus est. Augurem quoque fuisse proditum est. Huius vxor
fuit Gaecilia L. Metelli Delmatici filia, quae postea L. Sallae Felici Di-
ctatori nupsit, neque satis pudica credita est. Filios ex ea reliquit M. Scau-
rum, qui insignem Aedilitatem curuleni obiit, ac praetor Sardiniam ob-
tinuit,

ANTONII AVGUSTINI EP. ILERDENSIS 303
tinuit, quem Cicero reum repetundarum defendit, & filia Aemiliam, quae prius
ex M. Acilio Glabrone viro consulari eiusdem nominis filium procreauit: &
postea C. n. Pompeio Magno nupsit. Tertiam vero Muciam eiusdem Pompeii
vxorem, quae soror Q. Metelli Nepotis dicta est, duxit M. Scaurus filius, & ex
ea filium procreauit, qui frater filiorum Pompeii fuit: vt ipse frater filiorum
L. Sallae Fausti, & Faustae, de quibus paullo ante dictum est, fuit. Praeter hos
omnes, in fastis Verri Flacci tertii iudicis saecularibus, qui an. DXXVII. facti sunt,
M. Aimilius M. f. F. Magister X. vir cum M. Liuius Salinatore fuit. Haec de
his Aemiliis, qui ante Ti. Caesarem claruerunt. Post quae tempora vix quinq.
aut sex huius tam illustris familiae nomen retinuere, qui consulatus adepti sint.
i Primus M. Lepidus cōsul cum L. Nonio fuit. hos existimo fuisse an. DCCXLVI.
ii quo anno alii L. Nonius Asprenateum Torquatum, & Clementem, vel Latera-
num sub Domitiano Imp. produnt. Alter est Aemilius Aelianus, qui cum L. An-
tistio vetere cos. fuit an. DCCCLXXX. sub Nerua Imp. Tertius Aemilius Iuncus,
qui cum Iulio, vel Atilio Seuero consul suffectus fuit ex Kal. Iul. sub Commio-
do Imp. an. DCCXXXIV. Quartus Aemilius Laetus, qui bis consul fuit, prioris
consulatus tempus ignoratur, cōdendum est suffectum fuisse. Iterum cōsul
cum Anicio Cereali fuit an. XXXIII. post superioris consulatum sub M. Antonio
Seueri Imp. filio. Quintus Aemilius Papus consul fuit cum C. Iulio Arria-
no sub Gordiano Imp. an. DCCCCXCV. Sextus F. l. Aemilius cos. fuit cum F. l.
Viatore an. DCCXLVI. sub Anastasio Imp. His Aemilius Papinianus prae-
fetus praetorio iurisconsultorū princeps, qui a M. Antonino Seueri filio occisus
est, addatur. Is solus Aemiliae familiae gloriā senescentē retinuit, & decora nit.

A N T O N I A.

ANTONIA familia in duas gentes diuisa patriciorum, & plebeiorū panicos
habuit, qui magistratus maiores, & honores fuerint adepti. Patricii duo Meren-
dae cognomento dicti, quorū alter T. Antonius Decemuir legibus scribendis
fuit anno urbis CCCIII. Iterum anno proximo factus, propter scelus Appii Clau-
dii collegae abdicauit. Leges tamen XII. tabularū ab his, & aliis Decemuiris cō-
scriptae sunt. Alter Q. Antonius huius, vt creditur, filius tribunus militū fuit cō-
sulari potestate anno CCCXXXI. collegae eius fuerunt L. Manlius Vulso Capitolinus,
L. Papirius Mugillanus, L. Seruilius Structus. Secutus est magister equitū
M. Antonius, P. Cornelio Rufino Dictatore an. DCCCXIX. quē superioribus patri-
ciis connumerasset, nisi me cognominis defectus, et praenomen Marci retardar-
et. & quod iam tum plebei magistri equitum fierent post C. Liciniū Caluū, qui
primus e plebe magister equitum fuit an. CCCLXXV. Hic quoq. Antonius, & Ru-
finus Dictator uitio creati abdicarunt. Plebei post huc sex, consulatus obti-
nuerūt septē, censuras duas, triumphos duos, orationē una, magisteriū equitum
unū, triumviratus reip. cōstituendae duos. Haec ante obitū Augusti. Postea tres
Imperatores Antonii Gordiani fuerūt, vna Antonia Augusta Ti. Claudii Imper-
atoris mater. Antonini Imperatores plures, sed hi Aelia, & Aureliani familiās
exornarunt. Princeps huius familiae florente rep. M. Antonius fuit vir disertissi-
mus, quē Cicero multis laudibus exornat. hic praetor de piratis triūphauit an.

304 EX LIBRO DE FAMILIIS ROMANORVM
DCL, consul triennio post cū A. Postumio Albino, censor biennio sequenti cum L. Valerio Flacco, occisus est a L. Cinna consule an. DCLXVI. duos filios reliquit Marcum Triumuiri patrem, & C. Antonium M. Tulii Ciceronis in consulatu collegam an. PCXC, qui quamvis Catilinam detecta coniuratione armis est persecutus; tamen, vt coniurationis conscius, & particeps damnatus est. Hic duas filias reliquit, quarum alteram duxit M. Antonius frater patrue lis, alteram Caninius Gallus eius accusator. M. Antonius Quaestor C. Caesaris in Gallia, postea Augur creatus est, ac paulo post Tribunus plebis C. Claudio Marcellum L. Lentulo cos. an. DCCIV, partes Caesaris acriter defendens confugit ad eius exercitum, quod initium fuit belli ciuilis. biennio post eidem Caesari Dictatori magister equitum fuit, & in quinto consulatu, tertio deinde anno collega dia dema regium Lupercalibus eidem obtulit, Lupercus ipse, & consul, Caesar recusauit. Occiso Caesare Idibus Martiis P. Cornelio Dolabella suffecto prae clara decreta de abolenda dictatura, de obliuione rerum praeteritarum, de actis Caesaris confirmandis per senatum obtinuit. Sed postea potentiae C. Caesaris, & tyrannidis successor esse concupiuit, ac prouincias Gallias cum exercitu obtinere. Tandem triumuir reip. constituendae in quinquennium cum M. Aemilio Lepido, & C. Iulio Caesare herede Dictatoris factus est. Brutum, & Cassiu interfectores Caesaris persecutus. Quans vrbē ingressus est, hoc titulo, quod pacem cum C. Caesare fecisset an. DCCXIV. Iterum in quinquenniū renouatus est ei triumuiratus, mox consul iterum factus cum L. Scribonio Libone an. DCCXIX. ipsis Kal. Ian. abdicavit, et in eius locum factus est L. Sempronius Atratinus. Designatus tertio consul in annum DCCXXII, hostis a Caesare iudicatus nō iniit. tandemque cum Cleopatra Aegypti regina, ex qua liberos suscepserat, eodem anno apud Actiū uictus se ipsum interemit. Fratres habuit Caium, et Lucium, Lucio soli Pietatis cognomen inditum. Consul fuit cum P. Seruilio Vatia Isaurico II. an. DCCXII. Kal. Ian. triumphum egit ex Alpibus. Censor fuerat anno proximo cum P. Sulpicio Quirino, lustrum tamen non fecerunt. Fuit etiā Publius Antonius consul suffectus C. Caesari Octauiano in secundo consulatu, cum Kal. Ian. abdicasset, post consulatū Lucii anno VIII. Eius collega fuit L. Volcatius Tullus. Hunc suspicor Marci filium, vt etiam Iulus Antonius fuit, qui consulatum adeptus est cum Q. Fabio Max. an. DCCXLIII. & propter adulterium cū Iulia Augusti filia, occisus est. Vxores Marci fuerunt tres Antonia C. Antonii consularis patrui sui filia, quae parum pudica fuit: Fulvia, ex qua liberos procreauit, P. Clodii Pulchri prius inimici Ciceronis vxor, deinde C. Curionis filii. Tertia vxor Octavia maior soror Augusti, quae prius C. Marcello nupsit; & liberis susceptis ex ea, nupsit Antonio. Duo natae filiae Antonia maior, quae L. Domitio Ahenobarbo auo Neronis Imp. nupsit: & Antonia minor, vxor Neronis Claudii Drusi Augusti priuigni, ex quibus Ti. Claudius Imperator natus, qui matrem, vt diximus Antoniam Augustam appellauit, & eius nomine ple rosque nummos signari iustit. Filiam quoque suam is eodem nomine appellauit vxorem C. N. Pompeii Magni, ac postea Fausti Syllae nobilissimorū adolescentium. Mater Marci, & fratrum Julia sotor L. Caesaris viri consularis post mortem viri P. Cornelio Lentulo Surae nupsit, quem praetorem Cicero con ful

ANTONII AVGUSTINI EP. ILERDENSIS 305
ful propter coniurationem Catilinae ex s. c. occidi iussit. Hac de cauſa Cicero eum malle dicit vitrici sui, quām auunculi ſimilem eſſe. Iulus Antonius, de quo paulo ante diximus, is eſt, ad quem Horatius carmen illud misit, cuius initū eſt,

Pindarum quisquis studet aemulari
Iule ceratis &c.

Is vero, aut alius Marci filius, & Fulviae, vxorem duxit Marcellam C. Marcelli, & Octaviae maioris fororis Augusti filiam, quam M. Agrippa, vt Iuliam ducet Augusti filiam, post obitum Marcelli prioris viri repudiauit. Erat autem Marcellus eiusdem Marcellae frater germanus. Cleopatra quoque M. Antonii & Cleopatrae reginae filia nupsit Iubae regi Mauritaniae, ex qua Ptolemaeus natus eſt. Alia filia Marci occiso Caesare filio M. Lepidi nupsit. Mortuus eſt Marcus annos natus LVI. Siue LIII, ut Plutarchus afferit. Iulus filium reliquit L. Antonium. Post Augusti mortem ante Gordianos Imperatores duos tantum consules Antonios inuenio Rufinos cognomento. Alter M. Antonius, qui consul fuit cum Ser. Octavio Laenate Pontiano sub Hadriano Imp. an. DCCCLXXXIII. Alter collega fuit Brutii Praefentis II. cos. an. DCCCCV. Sub Pio Aug. quem Antonium dictum fuisse non possumus certos testes afferre. Gordiani Imperatores tres fuere Maximini Imp. successores, uel potius eius tyran nidis vindices. Ex his duos Africanos cognominatos scimus, patrem, et filium, pecuniamque eorum nominib. signata in, in qua M. ANT. GORDIANVS. AFR. conscriptum eſſe uidemus. Seni pater fuit Mettius Marullus, mater Vlpia Gordiana, ex Gracchorum genere patrem, ex Traiani cognatione matrem eſſe dicebat. Vxor Fabia Orestilla Antoni proneptis eſſe dicebatur. Ipſe multis v. o. luminibus Antoninorum Augustorum res gestas uersibus, atque soluta oratione conscripsit, ſequit & liberos ſuos modo Antoninos, modo Antonios appellabat. Consulatus duos pater gessit, filius unum, omnes ſuffectorum fuisse credimus. Neque enim aliud expressum eſt, quam patrem priore consulatu collegam Antonini Caracallae, posteriore Alexandri Imp. fuisse. Imperium paucis dieb. in Africa tenuerunt, filiusque in proelio occisus, patr̄ octogenarius ſe ipſum laqueo ſuffocauit. Tertius Gordianus senioris Africani ex filia nepos cū D. Caelio Balbino, & M. Clodio Pupieno Max. Augustis Caesar dictis, illis occisis, & Maximino Aug. ac Iulio Maximo Caesare M. Antonius Gordianus Augustus appellatus eſt. Tribuniciam potestatem sexies, consulatum bis obtinuit. Post Gordianos duos ſolum consulares inuenimus F. L. Antonium Marcellinū, qui cum Coelio Probino cos. fuit an. CIOXCII, ſub tribus filiis Constantini Imp. & F. L. Antonium, qui cum Postumo Syagrio II. cos. fuit an. CIOCXIII. Sub Gratiano, Valentianō, & Theodosio. anno autem Christi CCCLXXXII. Addam ad extreum, Antonios ab Anteone, quem Vergilius Antonem, Antonem uideretur appellasse, Herculis filio, aut ſocio originem duxisse, in statum illis temporibus eſſe. Is erat illorum temporum error, ut ſuae nobilitatis principes aut in deos, aut in heroas deos, rum nothos filios referrent.

AQVILIA

A Q V I L L I A.

AQ VILLIA duplex familia patriciorum, et plebeiorum paucos habuit consulares, et triumphales, aut aliis maximis honoribus usos. Patriciorum uetus si-
fima memoria est, M. Aquillium Quartumuirum, uel potius Duumuirum sa-
crist faciūdis a Tarquinio Superbo infui culleo iussum ob libros Sibyllinos euil-
gatos, ut Dionysius scribit. Post hanc Aquilliorum, et filiorum L. Junii Bruti
primi consulis coniuratio, ut reges restituerentur. Primus consul C. Aquilius
Tuscus, cuius collega fuit T. Sicinius Sabinus anno cclxvi. Ouans de Her-
niciis in urbem rediit. Post centū uno minus annos L. Aquillius Corius tribu-
nus militum fuit consulari potestate cū aliis quinq. patriciis. Plebei tres con-
sulares, et triumphales fuerunt. Primus C. Florus m. f. c. n. cos. fuit cū L.
Cornelio Scipione. amboq. consules de Poeroeis triūpharunt Scipio cos. Floru-
s procos. iii. Non. Octob. an. cdxcv. Post hunc M'. Aquillius M'. F. M'. N.
cum G. Sempronio Tuditano an. ccxxiv. consul fuit. Ambo etiam triumpha-
runt Sempronius in consulatu de Iapudibus, Aquillius ex Asia m. Nonas No-
uemb. an. Dcxxvii. proconsule. Huius filius M'. Aquillius consul fuit cū C.
Mario quinetus cos. an. Dcli. Ouans rediit procos. de serueis fugitiueis ex Si-
cilia post biennium M. Antonio cos. qui eius patrocinium postea suscepit, atque
cum defensione accurata a magnis criminibus liberavit. Pater hic fuit, vt Afco-
nius ait P. Cornelii Lentuli Surae, qui consul fuit cum C. N. Aufidio Oreste an.
Dccxcii. Sed postea senatus a censoribus motus iterum praetor fuit Cicerone
consule, & a senatu abdicare coactus ob coniurationē Catilinae occisus est. Mo-
rem habuit Iuliam L. Caesaris sōorem M. Antonii Triumvirū matrem. Sed de-
hoc in Cornelia dicemus. insertus enim est adoptionē in eam familiam. Ad-
dendus est his C. Aquillius Gallus iuris consultus clarissimus, qui praetorius
fuit, apud quem Cicero causas egit. Tempore Augustorum duos, trestie
consulares inuenio M. Aquillium c. f. Julianum, qui cos. fuit cū P. Nonio Aspre-
nate Torquato sub Caligula an. Dccxcii. et Q. Aquilliu Sabinum, qui bis con-
sul fuit sub Caracalla prioris consulatus collega fuit Silius Messallā anno
Dcccclxvi. posterioris Sex. Aurelius Anullinus post biennium. Tertius est
Aquillius Orfitus, qui cum Sex. Laferano cos. fuit anno d. Fuit etiā vni-
Augusta Iulia. Aquillia Seuera Elagabali Antonini vxor, quam virginem Vesta-
lem fuisse Dion testatur.

A T I L L I A duplex familia patriciorum, qui Longi dicti sunt; & plebeiorū,
qui Reguli, & Serrani, & Calatini, & Bulbi sunt appellati. Longi duo tantum
ambo eodem praenomine, tribuni militum consulari potestate, quorum alter
primus creatus est in eo magistratu cū collegis A. Sempronio Atratino, T.
Cloelio Siculo, sed ut ultio facti abdicarunt, & prō eis consules fa-
cti L. Papirius
Mugilanus, L. Sempronius Atratinus an. cccix. Alter L. Attilius k. f. k. n. bis
tribunus

tribunus mil. fuit, an. cccliv. et ccclvii. Reguli sex, consulatus obtinuerunt
nouem, censuram unam, triumphos tres. Primus M. Atilius m. f. consul fuit
cum M. Valerio Coruo iv. anno cdxviii. Huius filius esse creditur M. Atilius
m. f. m. n. qui consul fuit an. cdlix. cum L. Postumio Megello ii. amboq. con-
sules triūpharunt, Postumius de Samnitibus, et Etrusceis v. Kal. April. Regu-
lus de Volsonibus, et Samnitibus v. Kal. Tertius fuit princeps ille familiae M.
Atilius m. f. Lucii, uel Auli nepos; Verrius enim inconstans in hoc est. hunc
bis consulem, et triūphalem Cicero appellat, qui captus a Carthaginensibus,
et missus ab eis, ut captivi redimerentur, aut permittarentur, suafit senatui, ut
neutrum facerent, et ad certam mortem, atq. cruciatus in Africam reuersus est.
Primum consulatum gesserat cum L. Iulio Libone, et ambo cos. de Sallenti-
neis triūpharunt viii. Kal. Feb. an. cccxcvi. In secundo consulatu suffectus
est Q. Caedictio in eo magistratu mortuo, cuius collega fuit L. Manlius Vulso
Longus, undecimo anno post priorem consulatum: in quo insigniem uictoriā
faepius in Sicilia, et Africa de Poeneis reportauerat. Huius uxor Marcia, filius
Serranus a Silio Italico appellantur: quos ait dure, atq. asperre ab eo fuisse reie-
ctos. ueritus enim est, ne eorum caritate fidem, ac iusserandum uiolaret. Quar-
tus est C. Atilius m. f. m. n. illius, ut creditur filius, quem etiam Serranum appelle-
bant, qui cos. fuit anno proximo ante superioris secundum consulatum, cū
Cn. Cornelio Blasione ii. naualemq. egit de Poeneis triumphum in consulatu
v Iterum consul fuit an. dlii, cum L. Manlio Vulfone Longo. ii. Quintus M.
Atilius m. f. m. n. superioris fortasse frater consul fuit cū P. Valerio Flacco an.
Dccxcv. iterum consul suffectus C. Flaminio ab Hannibale occiso anno se-
cundo belli Punici secundi, post alterum consulatum anno x. eorum col-
lega fuit Cn. Seruilius Geminus. Censor triennio post cū P. Furio Philo,
qui in hoc honore mortuus est, Regulus abdicauit. M. Metellū Quaeſt. aliosq.
equites Romanos, qui deserere Italiam iurauerant post Cannensem pugnam
vi aerarios retulerunt. Sextus est C. Atilius m. f. m. n. quem superioris filium
fuisse arbitror. Hic consul fuit an. Dccxviii. qui primus fuit belli Gallici Cisalpi-
ni, cū L. Aimilio Papo. Serranorum gens tres habuit consulares, quos etiā
inuenio Sarranos, & Saranos appellatos, quasi Tyrios, vel Punicos dixeris.
Poenos Sarra oriundos Ennius dixit, hoc est Tyro. Inde Sarranae tibiae, Sar-
ranum ostrum. Sic ortos a Regulo captivo, qui apud Poenos occidi maluit,
quam apud suos viuere, Sarranos fortasse dixerunt. De Caio filio in Regulis
dictum est. Eius, vt arbitror, nepos A. Atilius c. f. c. n. consul fuit cū A. Ho-
stilio Mancino an. Dccxciii. belli Persici anno secundo. Post hunc Sex. Atilius,
qui cos. fuit an. Dccxvii. Cum P. Furio Philo. Sunt, qui putent hunc m. f. quod
titulus inueniatur cuiusdam Sex. Serrani m. f. procos, sed quia incertum est eun-
dem esse, pro certo non accipio. Sequitur C. Serranus, qui consul fuit cū Q.
Seruilio Caepione an. Dcclvii. quibus consulibus M. Cicero natus est iii. Non.
ian. vt Gellius scribit. Calatinum vnum insignem virum consularem his in-
uenio, & triumphalem. idem dictator, & censor fuit tempore belli Punici pri-
mi. A. Atilius A. f. c. n. a Verrio appellatur. Priorem consulatum egit cū
Q. Sulpicio Paterculo an. cccxcv. ambo triūpharunt Sulpicius in consula-

308 EX LIBRO DE FAMILIIS ROMANORVM
tu de Poeneis, & Sardeis, Atilius pr. vel procos. ex Sicilia de Poeneis x i v. Kal.
Febr. post consulatum. Iterū cos. fuit cum Cn. Cornelio Scipione Asina iterum
cos. an. CDXCIX. et post quinquenniū dictator rei gerundae caussa Magistrum
equitum dixit L. Caecilius Metellum. Censor biennio post factus est cum A.
Manlio Torquato lustrum fecerunt XXXIX. Vxor huius existimatur Fabia Q.
Fabii Max. Rulliani filia. Paupertas eius maxima; ex aratro ad honores uocatus
est; unde fortasse cognomen inditum, Calare enim uocare est, ut ex kalendis,
et calatis comitiis cognoscimus. Huic positum fuisse elogium ad portam
Capenam Cicero refert. Vno ore cui plurimae consentiunt gentes populi pri-
marium fuisse uirum. Bulbus vnu C. Atilius A. F. A. N. cos. fuit an. DVIII. cum M.
Fabio Buteone. Iterum cos. decennio post cum T. Manlio Torquato. Quibus
consulibus pace populo Ro. ubiq. parta Ianus iterum clusus est. Primum uero
Numa rege claudi coepit. Tertio Augusto Imperatore v. cos. quarto Aug. ix.
cos. quinto Nerone Imp. IIII. cos. sexto Vespasiano Aug. III. cos. Sed nos ad
Atilios reuertamur. Imperatorum temporibus quattuor tantum reperio
consulares Atilios. Primus est M. Regulus cos. suffectus ex Kal. Iul. cum C.
Fonteio Capitone an. DCCXX. Secundo Augusti consulatu. Alter est M. Atilius
Metilius Bradua, qui cos. fuit cum Appio Annio Trebonio Gallo an. DCCCLX.
sub Traiano Imp. Eiusdem nominis alter Bradua cum Triario Materno cos.
fuit an. DCCCCXXXVII. sub Commodo Imp. Iterumq. post sex annos cum Cassio
Aproniano. Quartus Atilius est, quem alii Iulium appellant Seueri cogni-
mento cos. suffectus fuit cum Aemilio Iunco an. DCCCCXXXIV. Sub eo-
dem Imp.

A V R E L I A

A V R E L I A familia prius Auselia dicta a Sole, Sabina origine, et plebeia tri-
bus cognominibus distincta est: Cottarum, Orestarum, et Scaurorum. Cottae
ab anno d. urbis ad DCC. septem habuit consulares, quorum unus bis consul
fuit, duo censores, unus magister equitum, unus triumphalis. Orestae ei-
dem temporibus tres consulares, unus etiam triumphalis. Scaurus vnu consularis.
Haec florente republica. Postea multis Imperatoribus illustris reddita
est. Nam propter adoptionem Hadriani T. Aurelius Antoninus, qui postea
Pius appellatus est, T. Aelius Antoninus dictus, & quos ipse adoptauit, M. An-
tonius, & L. Ceionius Aurelii Antonini appellati sunt, & post eos Commodus M. F.
item Caracalla Septimi Seueri filius, & Elagabalus M. Aurelii Antonini dicti
sunt. Seuerus quoque Alexander, Valerianus, Claudius, Quintillus, Aurelia-
nus, Probus, Carus, Carinus, Numerianus, Diocletianus, Maximianus, Con-
stantius, Seuerus, Maxentius, Constantinus Max. & Licinius Aurelii fuerunt ap-
pellati. Primus C. Cotta L. F. C. N. cos. fuit cum P. Seruilio Gemino, & solus
triumphauit Idib. April. an. d. i. de Poeneis, & Siculeis. Iterum cum eodem col-
lega post quadriennium cos. fuit. Censor cum N. Fabio Buteone septimo deinde
anno, lustrum fecerunt XXXIX. Magister equitum fuit C. Diulio dictatore
comitorum habendorum caussa an. DXXII. Alter C. Cotta C. F. C. N. superioris,

ut

ANTONII AVGUSTINI EP. ILERDENSI 309

ut creditur, filius cos. fuit cum P. Sulpicio Galba Max. II. anno primo belli Phi-
lippici hoc est an. DLIII. Post hunc L. Cotta fuit, cuius parentes ignoramus, cos.
cum Ser. Sulpicio Galba an. DCIX. Quartus L. Cotta superioris, ut creditur, filius
cos. fuit cum L. Caecilio Metello Caluo an. DCXXXIV. Quintus C. Aure-
lius M. F. cos. cum L. Octavio an. DCLXXIX. Huic triumphus decretus erat, sed
ob rescissam cicatricem prius mortuus est. Laudatur, ut disertus a Cicerone,
eiusq. leges aliquot fuerunt. Huius mater Rutilia P. Rutilii consularis uiri so-
lor etiam laudatur. Sextus Marcus superioris frater cos. fuit anno sequenti
cū L. Licinio Lucullo. Septimus L. Cotta superiorum diorum frater cos. an.
DCXXIX. cum L. Manlio Torquato, damnatis competitoribus iam designatis
P. Cornelio Sulla, & P. Autronio Paeto. Censor idem anno proximo cum Q.
Caecilio Metello Pio, quo mortuo, Cotta abdicavit. Orestae omnes eodē praे-
nomine usi sunt. ex quibus primus L. Orestes L. F. L. N. cos. fuit an. DXXVI. cū Sex.
Julio Caesar. Alter cos. an. DCXXVII. cum M. Aemilio Lepido. quibus cos.
Iudi saeculares quarti facti sunt. Hic superioris filius fuit, triumphauit Procos.
ex Sardinia VI. Id. Decemb. post trienium. Tertius superioris filius in consu-
latū collega fuit C. Marii III. cos. & in eo magistratu in mortuus est an. DCL. Scau-
rus unicus M. Aurelii cos. suffectus fuit an. DCXIV. collegae Ser. Sulpicii Gal-
bae, quem quidam arbitrantur fuisse L. Hortensium patrem Q. Hortensi ora-
toris, eundemq. antequā iniret consulatum, damnatum esse. Haec etiam Aurelios
consulares retulimus, qui ante Caesarum imperium uixerunt. Nunc de iis, qui
sub eis, aut de ipsis Aureliis Augustis paucis perstringam. Ante T. Antonini Pii
tempora unum tantum reperio, qui non fuerit ex eius parentibus M. Aurelium
M. F. M. N. Cottani cos. is consul fuit cū M. Valerio Messalla anno DCCXXII.
sub Ti. Caesarē. Hunc Messallam matre Aurelia fuisse ex Cottarum stirpe Oui-
dius auctor est. Aurelia quoque matre natus est C. Iulius Caesar Dictator C.
Cottae filia M. Cottae avus M. Cotta consul, de quo supra diximus. Ceteri con-
sulares ex Fuliorum familia, quae in Gallia Transalpina in Colonia Nema-
dense fuerat, ex ea ortus T. Aurelius Fulvius, avi Pii Antonini Imperatoris bis
consul, & Praefectus Vrbi fuit. Priorē consulatu collega Domitiani Imp. in un-
decimo eius consulatu an. DCCXXXVII. posteriorē A. Sempronii Atratini post
quādriennium sub eodem Imp. Huius filius eodem nomine consul etiam fuit,
sed quo tempore incertū est, suffectus fortasse, aut honoris titulo cōtentus homo,
ut ait Capitolinus, tristis, et aeger. Hic Arriā Fadillā duxit Arrii Antonini bis
cosul, et Bouinia, uel Bioioniae Procillae filiam. Ex hac natus est T. Aurelius
Fulvius Boionius Antoninus, qui antequā adoptaretur ab Hadriano Imp. cos.
fuit cū L. Catilio Seucro an. DCCCLXXII. adoptatus est post obitum L. Aclii Cae-
faris ea condicione, ut filiu Lucii, & M. Annium Verū sibi filios adoptaret. is fuit
an. DCCXC. ultimus Imp. Mater post patris obitum Iulio Lupo consulari uiro
nupsit, ex ea Iulia Fadilla nata est soror uterina Pii. Vxorem habuit Anniam
Faustinam, quae postea Augusta, & post obitum Diua Faustina dicta est, filiam
Annii Veri aui Marci Imperatoris, qui etiam gener, & filius Pii fuit. Nam
Faustina mitior, quae etiam Augusta, & Diua Faustina Pia appellata est,
Pii filia fuit, Marci uxor, maior Pii filia Lamiae Silano nupsit. De Tito,
Dd quod

quod in Aeliam familiam insertus fit, in Aelia diximus. Marcus ex Anna familiā in Aureliam translatus, sub Pio Caesar dictus tres consulatus obtinuit, ac Tribuniciam potestatem xv. Pontificatum, et Proconsulatum. Post obitum Pii cum L. Aurelio Vero fratre adoptiuo, eodemque genero suo Lu-cilla filia, quae postea Augusta dicta est, ei collocata annos viii. et amplius imperauit. postea Commodum filium Caesarem Augustum appellauit, et cum filio, aut Caesare, aut Augusto ultra annos decem imperauit. Imperator decies dictus est Trib. potest. xxxiiii. accepit. L. Verus viuo Pio Aug. patre adoptiuo bis cosul fuit, et Caesar dictus est. Post obitum Pii cū Marco Augustus dictus, Pontifex fuit, Imperator quinques, Tribunicia potest. nouies accepit, consulatumque tertium obtinuit. Ambo fratres post obitum Diui appellati sunt. M. Aurelius Commodus Marci filius Caesar viuo L. Vero appellatus est. Post obitum Veri annis aliquot exactis Tribuniciam potestatem, ac deinde Augusti nomen accepit, consul bis fuit uiuo patre, Pontifex, Imperator quater, Trib. potest. sexies accepit. Post mortem patris Pont. Max. consul. viii. Trib. potest. xviii. Imp. viii. dictus occidus est, Indignus tanto patre filius. His temporib. duos consulares Aurelios inuenio, quor. alter M. Aurelius Seuerus Cethagus cos. fuit cum L. Iunio Claro an. DCCCCXXII. post obitum L. Veri sub Marco solo. Imp. alter M. Aurelius Claudius Pompeianus post annos tres cos. fuit cum CN. Claudio Seuerō ii. Hic gener Marci fuit. Non longe ab interitu Commodi L. Septimiū Seueras imperium obtinuit, hic se Marci filium mentitus est, & filium suum M. Aurelium Antoninum appellari voluit, ac Caesarem, Pontificem, & mox Augustum fecit, cos. iiii. Imp. ii. TR. POT. xiii. uiuo patre eo defuncto cum fratre P. Septimio Geta menses fere tredecim, & postea solus annis v. & amplius imperauit. Hoc tempore Pont. Max. cos. iiii. TR. Potest. xi. Imp. iii. appellatus est. Hic a multis scriptoribus Caracalla dicitur, ab aliquib. Magnūs Antoninus. Hoc tempore duos consulares fuisse Aurelios reperi, M. Aurelium Claudiū m. f. Pompeianum, qui cos. fuit cum Lolliano Auito an. DCCCXI, sub Seuero, & Antonino Imp. Hic nepos M. Aurelii philosophi fuit ex Lucilla filia maiore. De patris consulatu supradictum est. Iterum consul fuit, sed tempus incertum est. Alterum Aurelium inuenio Sex. Anullinum cos. cum Q. Aquillio Sabino ii. an. DCCCCLXIX. sub eodem Antonino Imperatore. Occiso Antonino, & paullo post Macrino Sacerdos dei Elagabali Imperator M. Aurelius Antoninus appellatus est, is se Antonini filium finxit. Pont. Max. TR. POT. iii. cos. iii. occidus est. Successor eius fuit M. Aurelius Seuerus Alexander frater consobrinus superioris, quamuis hic etiam se Antonini Magni filium diceret, matr. huic Iulia Mamaea Augusta, tiel Christiana, uel Christianorum patrona, mater tertra Iulia Soemias Augusta mater Elagabali, aut Iulia Maesa Augusta uiuo fratre Caesar appellatus est, & consul fuit, postea Pont. Max. T. R. P. O. T. xiv. cos. iii. occidus est, optimusque Imp. fuit: ut frater omnium turpissimus. His temporibus, & sequentibus usque ad Valerianum Imp. hos consulares inuenio. Primus est M. Aurelius Aug. Lib. Eutychianus Comazo, qui ter consul fuit, primo consulatu suffectus cum Elagabalo Imp. an. DCCCLXX. Iterum cos. cum eodem iii. cos. post biennium.

Tertii

Tertii consulatus tempus incertum est. Alter M. Aurelius Claudius Pompeianus, cuius, ut creditur, de quo antea locuti sumus, filius cos. fuit an. DCCCCXXXCII. sub Alex. Imp. Iterum cos. decennio post collega Gordiani Tertii Imp. in secundo consulatu. Valerianus Imp. multis nominibus appellatus est. P. Aurelius Licinius Valerius Valerianus, Censor fuit sub Decio Imp. sine collega, lustrum non fecit. cum Gallieno filio anno vii. imperauit. Pont. Max. Trib. pot. vii. cos. iii. captus a Persis est. Filios sunt, qui etiam Aurelios appellant; sed eos in Licinia, ut Licinios referemus. Eodem tempore M. Aurelius Memmius Fuscius cos. fuit cum Pomponio Bassu an. cxx. Marcus Aurelius Victorinus pater, & Victorinus fil. Imperatores dicti tyrannis recensentur. M. Aurelius Flavius Claudius Imperator in Claudia referendus. M. Aurelius Quintillus Imp. Claudii frater dies xvii. imperauit. L. Domitius Aurelius Valerius Aurelianus Imp. in Domitia collocandus. M. Aurelius Gordianus cos. suff. sine collega ex Kal. Febr. in interregno occiso Aureliano Imp. an. cxx. xxvii. M. Aurelius Valerius Probus, hic se Aurelium in aere signato afficit. Pont. Max. Trib. pot. vi. cos. v. occidus est. M. Aurelius Carus Imp. a quibusdam etiam Manlius Aurelianus dicitur Carinum, & Numerianum filios Caesares fecit cos. ii. Trib. pot. ii. Pont. Max. mortuus est. Filii Imp. an. i. eodem, quo pater praenomine Aurelii cos. ii. Carinus Pont. Max. fuit, Numerianus. Pont. ambo Trib. pot. semel obtinuerunt. C. Aurelius Valerius Diocletianus imperauit solus annos duos, & cum M. Aurelio Valerio Maximiano an. xviii. & Diocletianus Pont. Max. Trib. pot. x. x. cos. ix. ac Maximianus Pontif. Trib. pot. xix. cos. viii. abdicarunt relicto imperio M. Aurelio Flavio Valerio Constantio, & C. Galerio Valerio Maximiano, quos antea Caesares creauerant. Constantius Pont. Max. Trib. pot. xvi. cos. vi. mortuus est. His temporibus duo consulares fuerunt M. Aurelius Maximus, qui consul fuit cum Pomponio Ianuario an. cxxxix. sub Diocletiano, & Maximiano Imp. & M. Aurelius Asclepiodotus, qui cum Afranio Hannibaliano cos. fuit an. cxxiiii. eisdem Augustis. Hic praefectus Praetorio Britannias recuperavit. Constantii, & Maximiani Iun. tempore C. Galerius Maximinus & M. Aurelius Seuerus Caesares appellati sunt. Mortuo Constantio Constantinus filius cum Maximiano, & M. Aurelio Maxentio Maximiani Sen. filio imperium tenuerunt. Constantinum sunt, qui C. Aurelium Valerium Flavium Constantinum appellant, ac Licinium eius collegā C. Aurelium Valeriu Licinianum Licinium. Hoc tempore L. Aurelius Symmachus cos. fuit cum Ottinio Gallicano an. cxxxi. sub Constantino Imp. & M. Aurelius Xenophilus cos. cum Fl. Valerio Delmatio, qui postea Caesar appellatus est triennio post superiorem. Post quem Sex. Aurel. Victor, cuius extat epitome historica Caesarum cos. fuit cum Iulio Felice Valentianino an. cxc x. sub Valente Valentianino & Gratiano Imperato. Secutus est L. Aurelius L. f. Auanius Symmachus insignis orator, cuius extant epistulae, et orationes aliquod illis temporibus dignissimae, hoc tempore parum gratae. Cos. fuit cum Ti. Fabio Titiano an. cxc xlii. sub Theodosio, & Arcadio Imp. Hic Praef. Vrbi, et annonae. et Propraef. Pract. Pontifex Maior, et x. v. Vir sacris faciundis etiam

Dd 2 fuit.

uit. Huius filius Q. Aurel. Symmachus cos. fuit in Occidente cum f. l. Actio
magistro utriusq. militiae iii. an. c. i. c. x. c. l. x. sub Placido Valentiniano tempo-
re Theodosii Iun. Imp. Superioris deinde filius Q. Symmachus cos. fuit in oc-
cidente an. c. i. c. x. x. v. Sub Odontacre tempore Zenonis Imp. Secutus est M.
Aurel. Cassiodorus Senator, cuius extant praeclaras monumeta cos. fuit in oc-
cidente sub rege Theoderico an. c. i. c. l. x. vi, hoc est Christi d. x. iv. tempore
Anastasi Imp. Postremus Q. Aurelius Anicius Symmachus an. c. i. c. l. x. xiv.
cos. fuit cum genero Anicio Manlio Seuerino Boetio, uiri ambo doctissimi
habiti sunt tempore Iustini Imp. in occidente sub dicto Rego.

C A E C I L I A:

CAECILIA gens plebeia, sed nobilis, ex qua Metellorum familia non ante
CDLXX. fere annum consulatum adepta, intra annos ccxc. Pontificatus Maxi-
mos quattuor, Dictaturas duas, Principatus senatus tres, Censuras septem, Trium-
phos nouem, Consulatus xx. Magisteria equitum duo, uiri xix. adepti sunt.
Ante haec tempora Caia Caecilia Tanaquil Tarquiniis cum Prisco Damarati
Corinthii filio Romam migravit, Etruscae disciplina perita uiro regnum augu-
rata est. Ab ea boni omnis caussa mulieres omnes Caiae dictae sunt. Qua de
caussa omnes liberti mulierum, se Caiae libertos in titulis monumentorum his
notis asserunt. C. CAECILIVS. D. L. ER OS. Post Reges exactos Q. Caecilius an-
no cccxv. tribunus plebis fuit. Primus consul L. Metellus. C. F. cum C. Ser-
uilio Geminio Tucca ante bellum Tarentinum anno tertio in magistratu a Se-
nonibus Gallis occisus est, et in eius locum M. Curius Dentatus ii. cos. factus.
Hunc Dentonem, uel Dentricem quidam appellant, quod cognomen ab aliis
Caeciliis aliquando usurpatum est. Alter princeps familiae sine ulla dubitatio-
ne L. Metellus l. r. c. n. bis consul, dictator, Pont. Max. magister equitum, de-
cemvir agris dandis, uir triumphalis clarissimum Metellorum nomen reddidit.
Priori cōsulatu, quem cum C. Furio Pacilo egit, anno dli. insignem uictoriā
in Sicilia de Poeneis adeptus est, ac de eis triumphauit procos. vii. Idus Septemb.
anno proximo. Primus elephantes duxit in triumpho, neq. quisquam plures.
erant autem cxl. Biennio post magister equitum fuit A. Atilio Calatino Dicta-
tore. Tum primū dictator extra Italiam profectus est. Iterum cos. fuit cum N.
Fabio Buteone anno dvi. post quadriennium Pontifex Maximus factus est, eq.
sacerdotio duos, et uiginti annos praefuit. Dictator comitiorum caussa an.
dxxix. Numerium Fabium collegam magistrum equitum dixit, Palladium ex
incendio in templo Vestae exorto eduxit, caecusq. factus est. Curru in senatu
ueniens utebatur. Centesimum annum agens moritur. Huius filius Q. Caeci-
lius, qui patrem in funere laudauit, et orator aliquo in numero fuit, sed et L.
Metellus, qui Quaestor fuit an. dxxxix. et anno proximo tribunus plebis, quiq.
post Cannensem cladem auctōr deserendae Italiae fuerat, nisi a Scipione Afri-
cano interpellatus fuisset: nec non M. Metellus, qui praetor fuit an. dxlvii.
eiusdem filii esse creduntur. Quintus eodem anno cos. fuit cum L. Veturio
Philone, magister equitum fuerat M. Liuio Salinatori eorumdem comitiorum
haben-

habendorum caussa. Proximo anno post consulatum dictator comitiorum caussa
dictus Philonem collegam magistrum equitum fecit. Huius filii duo maior pa-
terno praenomine postea Macedonicus dictus est, minor L. Metellus Caluus.
v Fuit etiam eisdem temporibus L. Caecilius Metellus Dentrix, qui praetor fuit
an. DLXX. cuius parentes ignoramus, sed potuit illius L. Metelli filius esse, qui
T. R. P. L. fuit ante annos xxx. Macedonici felicitatem multi laudarunt. Nam co-
sul, censor, augur, ac triumphalis, et duobus lustris princeps senatus, filius, et
nepos consularium, atq. illustrium uirorum filios, et nepotes habuit consulares,
et triumphales multos. Ante consulatum propraetore triumphauit ex Mace-
donia de Andrisco Pseudophilippo an. DCVII. quo anno Africanus Aemilianus
ex Africa procos. consulatum triennio post adeptus est cum A. P. Claudio Pul-
chro. anno proximo Caluus frater cum Q. Fabio Maximo Seruiliiano. Censu-
ram ambo fratres obtinuerunt, Macedonicus cum Q. Pompeio Rufo, plebe-
iusq. tum primum uterq. censor fuit an. DCXXII. Caluus post quinquennium cum
L. Calpurnio Pisone Frugi, qui lustrum non fecerunt. illi fecerunt LIX. unum in
uita periculū censor subiit Macedonicus, quod C. Atinium Macerionē T. R. P. L.
senatu mouerit; ab eodem enim comprehensus est, et obtorto collo in capito-
lium ducebatur, ut e saxo praecipitaretur, nisi collegae auxilium tulissent. vxo-
res ducendas esse diserte in censura populum admonuit. Cum Africano mino-
re inimicitias gessit. Princeps senatus duob. lustris lectus est an. DCXXXIII. Balea-
rico filio Censore, et quinquenio proximo L. Metello Calui F. Censore. Hu-
ius filii quattuor Q. quintus, Lucius, Marcus, Caius. filiae tres, quarum una P.
Cornelio Scipioni Nasicae nupsit, qui cos. bello Iugurthino in magistratu mor-
tuus est. Horum nepos fuit Q. Metellus Scipio, de quo paullo post dicemus. Al-
teram duxit C. Seruilius, ex qua P. Seruilius Isauricus princeps senatus, et bis
triumphalis natus est. Q. Metellus Q. Macedonici filius ex triumpho, ut pater,
cognomen Balarici consecutus est, quem egit post consulatum, in quo habuit
collegam T. Q. Quintium Flamininum anno DCXXX. Censor triennio post fuit
cum Q. Seruilio Caepione, et lustrum fecerunt LXI. Huius filii Q. Metellus Ne-
pos, de quo postea, et Caecilia Appii Claudii uiri consularis uxor, ex quibus
orti sunt A. P. Cladius uiri consularis et censorius, et P. Clodius Trib. plebis.
vii Alter Macedonici filius Lucius cognomen ex triumpho Delmatici assecutus
est, patrem, et fratrem imitatus antea Diadematus dictus, ut quidam asserūt, ob
frontē diu uitta uel diadema obligatum. Consul fuit cum Q. Mucio Scaeuula,
et procos. triumphum egit de Delmateis an. DCXXVII. Pontifex Maximus fuit
an. DCLXIII. post CN. Domitium Ahenobarbum. Huius filii fuerunt Q. Me-
tellus Creticus, et Caecilia M. Aemilia Scauri, qui princeps senatus quater lectus
est, uxor quae mortuo uiro, filio, et filia prius ex eo susceptis nupsit L. Cor-
nelio Sullae Felici Dictatori, et ex eo etiam filios peperit. Tertius Marcus
Macedonici filius cos. fuit cum M. Aemilio M. F. Scauro, quem generum fuisse
diximus L. Delmatici an. DCXXXIX. Ambo consulares triumpharunt, Scaurus
ix in cōsulatu de Galleis Karneis, M. Metellus post biennium ex Sardinia. Quar-
tus frater horū fuit C. Metellus Caprarius cognomento, quem non consulem,
sed designatum uidit moriens pater cum C. N. Papirio Carbone. hic etiam triū-
phauit

phauit in consulatu eodem die, quo Marcus frater ex Traecia. Quod tum primum accidit, idq. solum defuit paternae felicitati, ut id uidere posset. Hic etiam censor fuit, ut quibusdam placet an. DCXI. cum Q. Metello Numidico fratre patruelē, lustrum fecerunt LXIV. Nunc Calui eius fratris liberos persequamur. L. Metellus Caluus L. Calui filius Pontifex Max. censor, et cosul fuit. collegam in consulatu habuit L. Aurelium Cottam an. DCXXXIV. in Censura, quam quadriennio post gessit, Cn. Domitium Ahenobarbum lustrū fecerunt LXVI. in quo princeps senatus lectus est Macedonicus, ut antea retulimus. Pontificatum obtinuit mortuo P. Mucio Scaeuula anno DCXXXIX. Huius frater fuit Q. Metellus Numidicus post victoriam, et triumphum dictus bello Iugurthino. Consul hic fuit quinquennio post eum annum, quem proxime retulimus Pontificatus fratris, cum M. Iunio Silano: de Iugurtha, et Numideis Procos. biennio post triumphauit. Clarissimus uir domi, militiaeque. Censor quinquennio post triumphum cum C. Caprario fratre patruelē, ut antea diximus. Iurare in Appulei Saturnini TR. PL. leges noluit, ob quod exilium fortiter tulit. Saturnino occiso lacrymis filii, qui Pius hac de causa dictus est, reuocatus est. Sororem habuit Caeciliam parum pudicam matrem L. Licinii Luculli, qui de Mithridate triumphauit. Q. Metellus Pius clarissimus etiam uir consul, censor, Pontifex, Max. et princeps senatus, ac triūphalis fuit L. Sulla Felicis in secundo consulatu collega an. DCXXIII. propter affinitatē eius partes fecutus, nam Sulla Delmatici, aut L. Calui filiam, et ex ea liberos suscepserat. Q. Sertorio in Hispania persecutus est adiutorie Cn. Pompeio Magno, mortuo Sertorio a suis, Romam reuersi ambo ex Hispania triumpharunt an. DCXXII. Pontificatum ante undecim annos asseditus fuerat mortuo Q. Mucio Scaeuula. Princeps senatus lectus est LXVIII. lustro. Septimo post triumphū anno sine liberis mortuus est. Adoptiuum filium heredem nominis, et familiae reliquit nobilissimum uirum P. Cornelium Nasicam P. Scipionis Nasicae uiri consularis, et Caeciliae Q. Macedonici filiae nepotē, cuius mater Licinia L. Crassi oratoris consularis, et censorii filia fuit. Hic post adoptionem Q. Caecilius Q. F. Metellus Pius Scipio appellatus est. Vxor huic Lepida, de qua cum M. Catone contendit. Filia Cornelia ante adoptionem nata, clarissimis nuptiis bis celebratis infeli ci exitu uirorum superstes. Nam P. Crasso prius, qui cum patre M. Licinio Crasso Diuite a Parthis occisus est, postea Cv. Pompeio Magno, qui patris in consulatu tertio collega fuit nupsit. Hunc consulatū Magnus sine collega init dilatis comitiis contentionibus candidatorum T. Milonis, et Metelli Scipionis, et P. Plautii Hypsaei, quiq. eorum partes non sine ferro agebant. Tunc P. Clodius seditionum princeps a. Milone occisus est. Ab Interrege Ser. Sulpicio Pompeius primus creatus consul sine collega v. Kal. Mart. init. collegam sociorum Scipionem habuit Kal. Sextil. Milo damnatus est. Bellum paullo post inter Caesarem, et Pompeium exarsit. Metellus generum fecutus, eq. superstes in Africa, ne in manus inimici ueniret, se ipsum interemit. Moriens cum a militibus Imperator quaeretur, dixit, Imperator bene se habet. Redeo nunc ad Macedonici nepotes. Q. Metellus Nepos Balbarici filius cognomen id retinuit, quod nepos esset Macedonici. Consul is fuit cum T. Didio T. F. an. DCXV.

ab his

^{xv} ab his lex Caecilia, et Didia appellata est. Huius filius Q. Metellus Nepos, qui Tribunus PL. Ciceronem consulatu abeunte concessionem habere prohibuit, iurare tantum ueteri more permisit prid. kal. Ian. an. DCXC. consul postea fuit cū P. Cornelio Lentulo Spinthero quinquennio post atq. aquiorē se M. Ciceroni ab exilio redeundi praebuit. Huius uterina soror Mucia Tertia dicta est CN. Pompei, et postea M. Scauri uxor. L. Delmatici Q. Metellus filius Creticus postea dictus consul fuit an. DCXXIV. cum Q. Hortensio oratore, triumphū egit ^{xvi} post septem annos Procos. ex Creta. Huius, ut creditur frater, et in consulatu successor L. Metellus consul designatus mortuus est. Q. Marcius Rex solus consulatum gessit. In Praetura successor C. Verris in Sicilia fuit. Horum etiam frater M. Metellus de repetundis Praetor cognovit Cretico fratre consule. His ^{xvii} etiam temporibus Q. Metellus Celer frater posterioris Nepotis fuit, sed germanus, an uterinus, an patruelis incertum est. Mihi uterinus fuisse uidetur, quod eo tempore duo germani non eisdē praenominibus utebantur. tum etiā quod cognomen ob celeritatem ludorum post mortem patris accepit, id magis Q. Nepoti debebatur, qui paternum cognomen retinebat, utpote heredi, aut unico, aut maximo. Patruelēs non fuisse indicat, quod ambo Q. F. dicuntur. Praetor hic fuit Cicerone cōsule, et coniurationis uindex. Consul triennio post cum L. Afranio, an. DCXCII. Sunt, qui putent hunc Q. Metelli Celeris filium fuisse, qui Tribunus PL. fuit cum Q. Vario, ut Cicero in Bruto significat, idem, et Pontifex, et Augur fuit. Huius uxor Clodia, siue Claudia Appii, et Pubpii soror, de cuius impudicitia multa Cicero in oratione pro M. Caelio Rufo. Eam Appuleius a Catullo Lesbiam appellari ait, Plutarchus. Quadrantarium vulgo cognominatam. Fuit eisdem temporibus L. Metellus, qui C. Caesarī pecuniam ex aerario publico efferenti Tribunicia potestate impēdire conatus est. Cuips ^{xix} parentes ignoramus. Postremus Metellus sub Augusto fuit Q. Creticus Silanus Q. F. Q. N. Cos. cum A. Licinio Nerua Siliano an. DCCLIX. Haec de Metellis, quorū cognomen militaris ministerii esse docet Festus Attii carmine,

Calones, familiq. metelliq. caculaeq.

Alii Caecilius non consulares fuerunt, ut Q. Caecilius Niger sicutus Quae-
stor C. Verris, de quo multa Cicero in Divinatione in Verrem. et Q. Caecilius T. Pomponii Attici auunculus, eiusque ex testamento pater. uir auarus, et populo odiosus, ob cuius hereditatem Atticus Q. Caecilius Pomponianus Atticus dictus est, et filia Attici postea nata, Caecilia Attica, uxor M. Agrippae ter cos. ex qua Agrippina nata est uxor Ti. Claudi Neronis, qui Ti. Caesar paullo post dictus est, et postea C. Asinii Galli. De Q. Caecilio Bassio in Philippica x. Ciceronis fit mentio. fortis is uir fuit aduersus barbaros. His omnibus antiquior fuit Q. Caecilius Statius poeta comicus, cui pri-
mas praesertim in argumentis ueteres detulerunt. Seruus is fuit Ennii, et Plau-
ti tempore. Post Augusti obitum consulares Caecilius tres reperio omnes
suffectos. Nam Cn. Caecilius simplex cum G. Quintio Attico ex kal. No-
vemb. cos. an. DCCLXXI. sub Vitellio Imp. C. Caecilius Plinius C. F. C. N. Secun-
dus cos. suf. cū Cornuto Tertullo ex Kal. Sept. sub Traiano Imp. an. DCCLII;

Hic

316 EX LIBRO DE FAMILIIS ROMANORVM
Hic est, cuius epistulae, et Panegyricus ad eundem Imp. extant. patria Nouocomensis fuit, eius avunculus C. Plinius secundus, qui naturalē historiam conscripsit. Tertius est C. Caecilius Clasicus, qui biennio post cum Acilio Rufo ex Kal. Iuliis cos. suffectus fuit sub eodem Imp.

C A L P V R N I A .

CALPVRNIA familia origine Sabina, plebeia fuit, multosq. habuit consulares viros, censorios tres, triumphalem unum. Tribus cognominibus distinguitur, Pisonum, Bestiarum, et Bibulorum. Pisonum alii Frugi, alii Caesonini, alii Pisones tantum, sine alio cognomine dicuntur. Ante obitum Augusti undecim consulares Pisones inuenio. Antiquissimus C. Piso C. F. C. N. Hic Praetor de Lusitanis, et Celtibereis ex Hispania triumphauit anno Dlxix. Consul fuit quadriennio post cum A. Postumio Albino. et in magistratu mortuus est, in eius locum Q. Fulvius C. F. M. N. Flaccus Pisonis priuignus suffectus est. Ea de causa suspicio orta est Quartam Hostiliam uxorem matrem Fulvii, Pisonem occidisse, et ob id damnata fuisse fuerunt. Post hunc L. Piso Caesoninus C. F. C. N. cos. fuit an. DCV. cum sp. Postumio Albino Magno. Hie superioris filius, aut nepos, et ut ex Ciceronis, et Asconii uerbis elicitur, adoptiuus potius, quam naturalis. Nam Caesonium quendam Gallum Placentiam uenisse, eiusq. filium Caluentii Mediolanensis filiam duxisse, ex quibus L. Piso nepos, aut pro nepos huius natus sit, in quem tota illa oratione, quae in Pisonem inscribitur, inuehitur. Tertius Cn. Piso cos. cum M. Popillio Laenate an. DCXIV.

Quartus Q. Piso cos. quadriennio post superiori cum Ser. Fulvio Flacco.

Quintus L. Piso Frugi, hic primus cognomen id ob frugalitatem accepit. Tribunus Pl. fuit an. DCIV. cos post XVI annos cum P. Mucio Scaeuula. Censor eu L. Metello Caluo an. DCXXVII. lustrum non fecerunt. Legem Calpurniam de re petundis primam in tribunatu hic tulit. Sextus L. Piso Caesoninus superioris Caesonini filius cos. fuit cum M. Liuius Druso an. DCXL. Hic legatus occisus est a Gallois cum L. Cassio Longino cos. post annos quinq. Septimus C. Piso Frugi, qui filius, vel nepos fuit L. Pisonis Frugi; de quo antea diximus. Cos. fuit an. DCXXVI. cum M³. Acilio Glabrone. His temporibus L. Piso Frugi filius primi L. Pisonis Frugi Praetor in Hispania obiit, et Cn. Piso C. F. qui coniurare cum Catilina, et P. Autonio an. DCXXVIII. ausus est, Quaestor Pro. P. R. in Hispania occisus est. Fuit aliis L. Piso Frugi L. F. L. illius. primi N. Praetor ante an. DCXXXIV. Octauus Consularis fuit L. Piso Caesoninus, qui nepos fuit eius, qui a Gallis occisus est, ut C. Caesar gener testatur, ultum se priuatas iniurias familiae, quod autem socii occiderint. Cos. fuit cum A. Gabinio an. DCXCIV. quibus cos. M. Cicero in exilium missus est, quamobrem curreo iniurias exercuit. quamuis gener Ciceronis C. Piso L. F. Frugi propinquus esset L. Pisonis. Post consulatum in Macedoniam profectus est. Inde reuocatus post biennium ex sententia Ciceronis, quae extat in oratione de prouinciis consularibus inscripta. Censor fuit an. DCIII. cum A. r. Claudio Pulchro lustrum fecerunt LXXI. Calpurnia filia C. Caesari nupsit, quo anno in Gallias profectus est,

ANTONII AVGUSTINI E. P. I. L. E. D. E. S. I. 317
est, eaque Caesari superstes fuit. Laudatura Cicerone hic Piso in Philippicis, quod primus in M. Antonium cos. inuectus fit. Hoc tempore M. Pupius Pisonem quendam adoptauit, qui M. Pupius M. F. Piso Calpurnianus dictus cos. & triumphalis fuit, in cuius domo Cicero discere solebat. biennio post Ciceronem cos. fuit cum M. Valerio Messalla Nigro. Nonus Cn. Piso C. N. F. C. N. N. collega Augsti in XI. consulatu in locum A. Terentii Varronis Murenae, qui antequam iniret, mortuus est. an. DCXXX. iterum cos. fuit cum Ti. Claudio Nerone II post XVI annos. Decimus L. Piso Caesoninus L. F. L. N. filius, vt creditur, Censorii cos. fuit cum M. Liuius Druso Libone post annos octo; quam superior. Hic triumphalia ornamenta accepit legatus Augusti an. DCXLIII. de Bessais, & Scordisceis ex Thraecia. Postremus L. Piso Augur C. N. F. C. N. cos. fuit cum Cocco Cornelio Lentulo Isaurico postea dicto an. DCCLII. qui annus primus post Virginis partum fuit. Hic C. N. Pisonis bis cos. filius fuisse creditur. Bestiam Calpurnium consularem vnum reperio, cuius collega fuit in consulatu P. Scipio Nasica belli Jugurthini anno I. qui fuit urbis DCXLII. is L. Calpurnius Bestia dictus; eodem nomine alter inter sodales L. Catilinae a Sallustio nominatur: & postea Tribunus plebis fuisse dicitur eodem anno. Hunc crediderim a Cicerone defensum fuisse in ea oratione, quae inscriebatur pro Bestia, quae non extat. Laudatur a Paterculo Calpurnia Bestiae filia, quae P. Antistio Aedilicio viro suo a Damasippo Pr. occiso se ipsam gladio traxit an. DCXXI. Horum filia Antistia at Cn. Pompeio repudiata, ex abortu mortua est. Bibulum quoq. vnum consularem video, qui cum C. Caesare cos. fuit, M. Calpurnium an. DCXCIV. quem Caesar domo sua exire non sinebat, sed editis fortitudinem animi contra insolentiam armatorum ostendebat. Censor post quadriennium fuit cum M. Valerio Messalla Nigro. Istrum fece- runt LXX. vt quibusdam placet. Bello ciuili mortuus est. Huius filios in Aegypto occisos fuisse video, eumque M. Catonis generum fuisse. Porcia vxor M. Bruto Caepioni nupsit. Post mortem Augusti quinq. Pisones consules inuenio, Caesarem vnum paucis diebus, adoptatum a Galba Imperatore; Augustum vnum appellatum a paucis in Theffalia tempore Gallieni Imp. cui a senatu statua post mortem inter triumphales, & quadriga decreta est. His duobus Lucii praenomen fuit, Caesar M. Licinii Crassi filius a L. Pisoni Frugi adoptatus est, postea in Sulpiciam familiam a Galba translatus, occisus est cum patre adoptiuo eodem mense. Primus Piso L. Calpurnius L. F. L. N. cos. fuit cum M. Licinio Crasso an. DCCLXXIX. sub Ti. Caesare Imp. Secundus C. Piso Magnus cos. suffectus ex Kal. Iulis cum L. Vitellio Paullo an. DCXX. sub Ti. Claudio Imp. Tertius L. Piso L. F. primi illius, vt creditur, filius collega fuit Nero-nis Imp. in secundo consulatu nono anno post superioris consulatum.

Quartus L. Piso cos. fuit cum Vettio Rustico Bolano an. DCCLXIII. sub Traiano Imp. Quintus Calpurnius Piso cos. fuit cum M. Saluio Iuliano an. DCCCCXXVII. sub M. Philosopho Augusto. Praeter hos Pisones vnum consularem reperi Calpurnium Agricolam, qui sub Alexandro Imp. cos. fuit cum Clementino an. DCCCCXXII.

C A S S I A.

CASSIA familia duplex patriciorum, et plebeiorum. Patricius unus eorum sularis, cuius cognomen varie scribunt alii Vitellinus, alii Viscellinum, alii Bicelinus. Hic tertius fuit, bis triumphauit, primus Magister equitum fuit. Plebei se pte, consulatus totidem, censuras duas ante Caes. Dict. obtinuerunt. cognomen omnibus Longinus, uno Vario excepto, & altero Longino Rauilla dicto. Patricius Sp. Cassius clarissimus vir, primis illis libertatis temporibus post reges exactos, consul fuit cum Opitre Verginio Tricosto anno CCCL. Ambo consules triumpharunt Cassius de Sabineis, Opiter de Camerineis, & Aurunceis. Quadriennio post Magister equitum primus factus est, Dictatore, quem tunc Magistrum populi dicebant, primo seditionis sedandae, & rei gerundae causa dicto T. Latio Flaco. Iterum cos. fuit cum Postumo Cominio Aurunco II. anno nono post alterum consulatum, lustrum fecerunt VII. nondum enim Censores instituti fuerat, & censendi officium consulatum erat. Tertio consul cum Proculo Verginio Tricosto Rutilo septenno post factus agraria legem primus tulit. ac de Volscis, & Herniceis iterum triumpfauit. Ex lege Agraria tyrannidis affectatae criminis offensi senatores post consulatum damnarunt, ei interempto domus diruta est, in solo aedes Telluris facta: a patre de consilio propinquorum damnatum, & interemptum fuisse, aliqui historici prodiderunt, peculiumque Cereri consecratum. Primus ex plebeis Q. Cassius Longinus C. F. C. N. anno DXXCH. belli Persici anno primo consulatum ademptus est cum P. Licinio Crasso. Censor post XVII. annos cum M. Valerio Messalla. lustrum fecerunt LV. Post hunc Q. Longinus Q. F. L. N. cum A. Manlio Torquato cos. fuit an. DXXCH & in magistratu mortuus est. Huius filius fuisse creditur L. Longinus Rauilla, qui an. DCXXVI. cos. fuit cum L. Cornelio Cina, & biennio post censor cum Cn. Seruilio Caepione, qui lustrum fecerunt LX. Post hunc C. Longinus C. Longini, de quo primo loco dictum est, ut creditur filius. Cos. fuit cum C. Sextio Caluino post Rauillae consulatum anno tertio. Ambo consules plebeii triumpasse dicuntur, sed de Sextio certius est. Procos. de Liguribus Vocontieis, Salluueisque triumphasse. Sequitur L. Cassius L. F. Q. N. Rauillae, ut creditur, filius in consulatu a Gallis occisus est, cum L. Pisone Caesonino legato an. DCXLVI. cui Cn. Cornelius Dolabella suffectus est. Eius collega fuit C. Marius in primo consulatu. Huius frater esse potuit C. Cassius Longinus, qui cum Cn. Domitio Ahenobarbo cos. fuit post undecim annos. Praeter hos Crispus Sallustius L. Cassius Longinum Senatorii ordinis enumerat in coniuratis cum L. Catilina, & ab Asconio copetitor Ciceronis, et coniurationis particeps. Postremo anno DCXXC. G. Cassius Varus cos. fuit cum M. Terentio Varrone Lucullo. Ab his lex Terentia, & Cassia, de qua Cicero in Verrinis, nomine accepit. Aliae leges Cassiae dictae sunt, quod a L. Cassio L. F. Longino Tribuno PL. latae fuerunt, quas Asconius enumerat in Corneliana C. Mario VI. L. Valerio Flacco cos. ait latae fuisse, hoc est an. DCCLII. Potuit hic Tribunus eius consulis fuisse filius, qui a Gallis occisus est. Ab eodem mentio fit P. Cassii Praetoris, qui de Maiestate cognoscet M. Lepido L. Volcatio cos. hoc est an. DCXXCVIII. Saepius quoque a Cicerone & aliis refertur illud Cassianum, cui bono fuerit, dictum optimi judicis

iudicis L. Cassii, qui ab eo crimen ortum fuisse dicebat, cui bono erat id fieri. Addendum est C. Cassius unus ex intersectoribus Caesaris, qui cum D. Bruto cons. designatus fuerat in annum DCXCII. Hic puer Fausto, pueri Sullae filio collaphum impegit, quod laudaret patris dominationem. Vxor Iunia M. Brutifor, Filio togam virilem Idib. Martis, quibus Caesarem occidit, dedit. Viator a M. Antonio seipsum interemit, aut a seruo occisus est. Sub Augusto unicum consularem L. Cassium. L. F. L. N. Longinum inuenio. Cos. suffectus fuit ex Kal. Iulii an. DCCLXII. Sub Tiberio ultimus Longinus C. Cassius L. F. L. N. superioris, ut creditur filius, hic cos. fuit cum M. Vinucto Quartino an. DCXXXCI. Optimus iuris consultus, natusq. ex filia Q. Aelii Tuberonis iurisconsule, quae neptis erat clarissimi iurisconsulti Ser. Sulpicii Rufi. Hic familiam discipulorum duxit, quae Cassiana dicebatur: ut a Proculeianis distingueretur. Post haec sub M. Aurelio Antonino Imp. Avidius Cassius Cyprius genere, cuius avus maternus Avidius Seuerus, in oriente eminentia morte Marci se Imperatorem appellauit. Occisus tamen est, & Maecianus filius, cui Alexandria erat commissa. Alter filius Heliodorus deportatus est. Aliis filiis liberum exilium permisum, & Drunciano genere, cui Alexandria filia nupta erat. Alios Cassios reperi sub Gallieno Imp. sese Augustos in Gallia appellassem, quorum extant signati nomini. M. Cassius Postumius, & M. Cassius Hostilius, sunt qui etiam Labienos appellant. Cassios consulares sub aliis Imperatoribus eos solum reperio, qui Dionis, aut Apronianis cognomine significantur. Fuit autem Dion Cassius historicus, cuius pars historiarum Romanarum extat, & epitome Caesarum a Xiphilino conscripta: Apronianus filius, qui consul sub Commodio Imperatore fuit, cum M. Atilio Bradua i. an. DCCECXLI. Ipse Dion bis consul fuit: secundum consulatum cum Alexandro Imp. i. egit an. DCCECXCI. Prioris consulatus tempus ignoratur. Hic ex Nicaea Bithyniae originem duxit. Praefectus Aegypti fuit, & postea Delmatiae, ac Pannoniarum. Alter Dion cos. fuit cum C. Iunio Tiberiano an. DCCLII. sub Diocletiano, & Maximiano Imperatoribus, quem putant Dionis historici filium, vel nepotem fuisse.

C L A V D I A.

CLAVDIA gens origine Sabinorum duplex fuit Patriciorum, & Plebeiorum. Patricii minorum gentium fuerunt, utpote post exactos Reges adscripti; in quatuor stirpes praecipuas cognominibus distinctas dividuntur. Regillensis, quorum aliqui Crassini etiam dicuntur, Pulchorum, Centhonum, & Neronum. Plebeii clariiores Marcelli cognominati sunt. Vnaquaque familia plurimos habuit ornatissimos viros, qui rem. Romanam illustrarunt, & auxerunt usq. ad Neronem Imp. Regillenses, & Crassinos noue inuenio obtinuisse Dictatus tres, Decenarius legibus scribendis tres, Triumphi duos, Consulatus sex, Tribunatus militares consulari potestate duos. Inter omnes constat venisse Clausum quendam Sabinum ex Regillis Romam cum ita magna multitudine propinquorum, & clientium, ut ex eis Claudia tribus aucta fuerit, & nomine acceperit, vel, ut quidam arbitrii.

E e 2. trantur,

trantur, ceteris addita fuerit. Clafsum appellatur fuisse afferunt; cum inter patricios adscriptus fuit, Appium Claudium Regillensem, anno urbis CCXLIX. Hunc uidetur Verrius Flaccus Marcius Claudium appellare, cum eum auam esse afferat Appii Decemviri. Hic consul fuit post annos nouem cum P. Serquio Prisco. Huius filius consul fuit cum T. Quintio Capitolino Barbato anno CCXXXII, eiusdem cum patre nominis. Alter filius C. Regillensis cos. etiam fuit post XI annos cum P. Valerio P. f. Poplicola, qui in eo magistratus occisus est.

iv. Hostres etiam Sabini eos nomen ita scripторibus animaduertimis. Post hos tertius Appius Claudius Crassinus Ap. f. M. N. a. Verrio appellatur, quem alii, ut diximus, Appii nepote, de quo initio locuti sumus, tradiderunt. Hic consul fuit cum T. Genucio Augurino anno CCCII, sed abdicarunt, ut idem cum aliis Decemviri legum scribendiarum causa crearentur. Hic primum decem habuas conscripserunt, postea diab. aliis scribendis iterum, ac tertio idem Appius cum aliis, quos ipse uoluit, eundem magistratum sine provocacione retinuerunt. Hoc initium legis duodecim tabularum. Sed cum potestate in libidinem, et malos mores abuterentur, seditione in eos mota cum Verginia a patre fuisse occisa, quam M. Claudius cliens Appii in seruitutem vindicabat, coacti sunt Decemviri abdicare, multoq. ex eis damnati, alii in carcere, aut in exilio perierunt.

v. Sequitur alius Ap. Crassinus Regillensis Ap. f. Ap. N. Superioris, ut creditur filius, qui Tribunus militum consulari potestate fuit cum L. Sergio Eidenate, sp. Nautio Rutilo, et Sex. Iulio Iulo anno CCCXXIX. Huius filius P. Crassinus Regillensis Trib. Mil. cum aliis quinq. patriciis anno CCCL fuit. Huius deinde filius vi. Ap. Claudius eisdem cognominibus usus. Dictator fuit primus ex hac familia regerundae causa anno CCCXCI. Magistrum equitum dixit L. Cornelium Scipionem, primus ex eadem triumphauit de Hernicis. Cos. fuit post XIV annos cum L. Furio Camillo, et in magistratus mortuus est. Secutus est C. Crassinus Regillensis, quem quidam bis Dictator em affuerant, et Ap. f. P. N. Caeciq. patre, prior dictatura anno CDV. comitiorum habendorum causa, posterior rei gerundae causa anno CDXVI, in qua Magister equitum fuit C. Claudius Hortator, quem patricium, aut plebeium fuisse affirmare non possumus. Postremus Appius Cl. Crassinus Rufus Ap. f. C. N. a quibusdam appellatur Appii Caeci filius, is qui consul fuit cum P. Sempronio Sopho anno CDXXV. Cum apud Suetonium inueniam Appium Caecum duos filios habuisse P. Pulchrum, et Ti. Neronom, ex quibus duas familias Pulchrorum, et Nerorum ortae sint, nuncq. aliis placeat. Caecum ipsum ex Regillensis ortum fuisse: de Appio Gaeco tamquam communis parentis, in que tres haec familiae tigna sua immiserint, separatim agendum uidetur.

Verrius Flaccus in censura, & consulatu aperte Ap. Claudium G. f. Ap. N. Caecum appellat. Censuram constituit anno CDXII, collegam in ea adscribit, C. Flautum, qui in eo honore Venox appellatus est. Iustrum fecisse ait XXVI. Ab hoc censore Appia via strata est, aqua Claudia in urbem ducta, ut multi proddiderunt. Consulatus collega L. Volumnius Flamma. Violens anno CDXLVI, cum quo iterum post XI annos consulatu gessit. Dictator fuit, sed quo anno incertum est, quidam dissenseret in an. CDLXVI, retulerant in veteri titulo hi magistratus enumerantur. Appius Claudius G. f. Caecus Censor. Consul bis. Dictator.

Inter

Interrex ter, Praetor bis, Aedilis Curulis bis, Quaestor, Tribunus Militum ter, Quid uero egerit, ita recensetur. Complura oppida de Samnitibus cepit Sabinorum, et Tuscorum exercitum fudit. Pacem fieri cum Pyrrho. Rege prohibuit. In censura viam Appiam stravit, et aquam in urbem adduxit. Aedem Bellonae fecit. A Cicerone eius quattuor filii, filiae uero quinq. enumerantur. Filios fuisse credimus Ap. Crassinum, de quo antea diximus, P. Pulchrum, C. Centhoneum, et Ti. Neronom. Nunc igitur primum de Pulchrorum stirpe, postea de reliquis dicemus.

Fulchros decent inuenio, totidem consulatus habuisse, censuras tres, triumpbos duos assecutos, Princepem senatus unum lectum fuisse. Primus is, de quo diximus P. Pulcher, eos fuit an. DVI, cum L. Junio Pullo. Hic temere cum Carthaginiensibus congressus bello Punico primo magnam cladem accepit, iussus Dictatorem dicere M. Claudium C. f. Gliciam dixit viatorum suum, qui scriba fuerat, sine Magistro equitum, nam antequam eum diceret, coactus est abdicare, tum A. Atilius Calatinus Dictator factus est, et L. Metellus Magister equitum. Soror Publilia Claudia cum a populo in turba premeretur, optauit, ut frater saepius consul ficeret, ut minor esset populi multitudo. Ea de causa damnata est, alterius criminis rea innocens. Hic auspicia ita contempserit, ut pullos in mare protecerit, ut biberent, quando esse pultem nollent. Huius filius Ap. cl. Pulcher cos. fuit an. DXXI, cum Q. Fulvio Flacco ill. Huius tres filii fuisse uidentur. Appius, Publius, et Caius. Appius eos fuit X. V. II. anno post patrem cum M. Sempronio Tuditanu, Publius anno proximo cum L. Porcio Licino, Caius cum Ti. Sempronio Graccho an. DLXXVI. Ambo consules triumpharunt. Pulcher in consulatu de Istreis, et Liguriis, Gracchus biennio post de Sardis. Ambo censores fuerunt octavo anno post consolatum, iustrumq. ill. fecerunt. Appii filius Appius, ut creditur cos. fuit cum Q. Metello Macedonicu an. DIX, suis sumptibus triumphauit de Sallaseis ex Alpibus. Censor quinquennio post cum P. Cornelio Lentulo, iustum non fecerunt. Biennio post Princeps senatus electus est iustro LVIII. Hic ex Antistia uxore Claudiā procreauit, quam duxit Ti. Sempronius Gracchus, qui in Tribunatu plebis a P. Scipione Nasica occisus est, et ex ea liberos reliquit. Caii filii, quem consulari censoriū, et triumphalem diximus, C. Pulcher fuit consulq. an. DCXXIII, cum M. Perperna, quamvis Pulcher hic, an Lentulus Appius, an Caius fuerit incertum sit. Alter C. Pulcher huius filius fuisse creditur, collega alterius M. Perpernae consul fuit an. DCXI. Hunc Verrius C. N. appellat.

ix. Secutus est Ap. Pulcher superioris, ut creditur filius, aut frater, qui cum P. Servilio Vatia, qui postea Iauricus dictus est, consul fuit an. DCXXIV, quo anno L. Sulla Dictatura se abdicauit. Cinnae tempore exul fuit, et ei magistratus abrogatus. Huius soror Clodia mater fuit, L. Marcii Philippi consularis et censor, et uxoris Caecilia Q. Metelli Balbiarici filia ex qua filii tres Appius, Publius, et Caius, filiae totidem natae sunt: ex quibus duas L. Licinius Lucullus, qui de Mithradate triumpfauit, et Q. Metellus Celer duxerunt: quas parum pudicas fuisse constitit. Tertiam Q. Marcus Rex, uir consularis. Appius consul, et censor fuit, duas filias procreauit, quas filio Pompei Magni Cn. ut suspicor, et M. Brutus collo-

collecauit. Publius Clodius cum adoleſcens in domo C. Caſaris Pont. Max. in ſacrifici Bonae deae deprehenſus eſſet, eiisque criminis reus corrupto iudicio abſolutus, vt noceret Ciceroni teſti Tribunatum plebi obtinuit; cum ſe prius P. Fonteio plebeio minori natu in adoptione dediſſet. Ciceronē exulare coegit, ſed reſtituto Ciceronē cū Praeturā petere, a T. Annio Milōne occiſus eſt. Huic vxores Pinaria, & Fulvia haec pōſtea C. Curioni, atq. eo interfecto M. Antonio nupſit, Socrus Sempronio Tuditanus filia fuīt. Filium ſex. Clodiūm, & filium Clodiām Auguſti ſponsam reliquid. Caius filios duos reliquit eisfē cognib⁹ minib⁹. Appium maiores, & Appium minores, quorum Alfonius in Milottina meminīt. Appius Pulcher, de quo dicebamus, cōſul fuit an. dcccix, cum L. Domitio Ahenobarbo, censor quadriennio poſt cum L. Calpurnio Pisone Caſonino. Poſt cōſulatūm procos. iii. Cilicia fuit, cuius M. Cicero ſuccēſſor fuit. Admonet eum Cicero, ut de proauro ſuo in censura cogitet, ex quibus ueniens apparet eius proaūm fuīſſe Censoriū, uel Appium, uel C. Pulchrum Censoriū, de quibus anteā diximus. Hic Augur fuit, et libros de augurali disciplina edidit. Haec de Pulchris.

ⁱⁱ Centhonum cognominē duos ſolos reperio C. Centhonem Caeci filium, qui cōſul, censor, & dictator fuit, atq. Appium qui Propraetore ouationē obtinuit, eius filium, Caius cōſulatus fuit an. dxxiii, cum P. Sempronio Tuditanō, quib⁹ cōſulib⁹. Liuius Andronicius primus poeta Latinus fabulam dedit. Censuram poſt xv. annos geſſit cum M. Junio Pera, luſtrum fecerunt xlvi. Dictator fuit comitiōrum cauſſa an. dxl. Magistrum equitum dixit Q. Fulvium Flacceum. Appius Propraetore ouans ex Celtiberia retuſus eſt an. dLXXIX. Nero duos cōſulares uideo, quorum alter censuram, & ouationē obtinuit. Nam C. Claudioſ t. i. f. t. i. n. Nero cōſ. fuit cum M. Liuiō Salinatore mali dLVI. insignem uictoriā ambo cōſules Aſdrubale occiſo de Poeneis obtinuerunt. de quibus Salinator, in cuius prouincia reſ gēſta eſt, triumphum egit; Nero maiorem laudis partem ouans tantum obtinuit. Censor cum eodem Salinatore triennio poſt luſtrum fecerunt xlvi. inimicitias ſe non depoſuſiſſe obſtenderunt, notis collēgac̄ unusquiq. eorum notatus. Alter Nero fuit Ti. Claudius p. f. t. i. n. cōſul cum M. Servilio Pulice Geminō an. dLVI. His cōſ. Scipio Africānus Hannibalem uicit, & finis bellō Punico ſecundo impositus. Cum hi duō Nérōnes Tiberii nepotes a Verrio dicantur, & Ti. Nero Caeci filius fuerit, veriſimile eſt, hos prōnepotes Appii Caeci fuīſſe. Nérōnem lingua Sabina forteſ significati ueteres teſtantur. ex hac ſirpe pater Tiberii Caſaris Auguſti, & pater Ti. Claudi Auguſti, qui Nérōnem adōptauit, fuit. Praeteriam dicta cognomina unum relictum eſt patrīorum cognomen Caudex, quod cōſulatis vir, & ut quidam aſſerunt, triumphalis Ap. Claudioſ c. f. a. p. n. obtinuit initio primi bellō Punici. Eius collega fuit M. Fulvius Flacus an. dcccix, insignem uictoriā in Sicilia conſecutus eſt. Sed de triumpho relato varietas eſt inter ſcriptores, & Verrius Flaccus in fastis omiſſit. Hunc frātrem fuīſſe Ap. Caeci ſunt qui aſſerint, ego vel vterinum, vel conſobrinum eſſe crediderim potius, quam germanum. Plebeios Marcellos fuīſſe diximus, ſed clarissimos, & ornatissimos viros fuīſſe conſtat. Nouē enim uiri obtinuerunt. Dictaturam unam.

vnam cōſulatus xv. Censurā vnam, triumphos publicos iv. opima ſpolia ſemel. ouationem unā, in monte Albano ſemel. ſeptem primi M. Marcelli dicti ſunt. Primus cōſul fuit cum C. Valerio Potito Flacco an. dLXII. Dictator quadriennio poſt comitiōrum cauſſa Magistrum equitum dixit Sc. Postumium Regillensem Albinum uitio facti abdicarunt. Alter Marcellus cōſ. an. ccccLXVI, cum C. Nautilio Rutilo. Tertius inſignis uir, qui primus poſt Cannenſem pugnam Hannibalem uicit, & quinque cōſul fuit. Ante ſecundum bellum Punicum cōſ. fuit cum C. Scipione Caltio an. dLXXI. Kal. Mart. triumphum egit de Galleis Inſubribus, & Germanis, atq. ſpolia opima ſettulit duce hostium Virdumaro ad Clafidium. interfecte, ii. cōſul ſuſiectus fuit L. Postumio Albinus, qui ante quam iniret, occiſus eſt, ſed uitio factus abdicauit, & in eius locum Q. Fabius Maximus Veſrucoſſus iiii. cōſ. fuit cū Ti. Sempronio Graccho, poſt pugnam Cannenſem anno primo, hoc eſt anno vrb. dXXXIX. Sed anno proximo cum eodem Q. Fabio iv, ipſe iii. creatur. Triennio poſt captiis Syracuſis in monte Albano ii. triumphum egit, atq. ouationem iii. Procos. Quartum cōſ. fuit an. dLXIV, cum M. Valerio Laeuino i. in quinto cōſulatu, quē cum T. Quintio Crispino geſſit biennio poſt ab Hannibale occiſus eſt. ^{iv} Quartus Marcellus cōſ. fuit an. dLVI. cū L. Furio Purpureone, triumphum egit de Comensisbus, & Inſubribus iii. Non. Mart. Censor cum T. Quintio Flaminino poſt ſeptem annos luſtrum fecit XLVIII. ^v Quintus cōſ. cū Q. Fabio Labeone anno dLXX. Sextus uir inſignis, qui ter cōſul fuit, & ter triumphalis. Hic nepos Marcelli quinque cōſulis fuit, de quo Alfonius ait, cum ad aedem Honoris, & Virtutis ſanctam, & patris, & aui ſtatuaſ poſuifſet ſubſcripſiſſe TRES. MARCELLI, NOVÆS. cōſ. In mari periſſe Cicero auetor eſt. In primo cōſulatu, quem geſſit cum C. Sulpicio Gallo triumphauit de Galleis Contrubeis, & Liguribus, Veleatibusque Idibus intercalaribus an. dXXCVII. Iterum cōſ. fuit cum P. Scipione Nasica ii. & de Liguribus, & Veleatibus iterum poſt annos xi. triumphauit. Tertium cōſ. fuit triennio poſt cum L. Valerio Flacco, & procos. tertio triumphauit de Celtibereis an. dCII. ^{vi} Septimus M. Marcellus m. f. m. n. cōſ. fuit cum Ser. Sulpicio Rufo iuris cōſulato an. dCCII. Hic ille eſt, quem magnis laudibus exornat Cicero, tum in Bruto, tum in oratione pro M. Marcello in ſcripta, qua gratias agit in Senatu Caſari, quod ſe facilem in reſtituendo eo praebuerit. Sed a P. Magio Chilone in portu Attico interfectus eſt, ut ex Ser. Sulpicii litteris ad Ciceronem miſſis conſtat. ^{vii} Anno proximo C. Marcellus c. f. m. n. frāter patrueſis ſuperioris cōſ. fuit cum L. Aimilio Paullo. Huius mater Iunia dicebatur. Poſtremus cōſ. fuit anno ſequenti, quo bellum ciuile inter Caſarem, & Pompeium exarſit C. Marcellus m. f. m. n. Hic ultimi Marci frāter germanus, eius collega fuit L. Cornelius Lentulus Crux Flamen Martialis. Ferunt Octauiam maiorem ſororem Auguſti C. Marcelli uxorem fuīſſe, ex qua natus eſt ille Marcellus primus gener Auguſti, quem deflet Vergilius pulcherrimis uerſib⁹. & Marcellae duae, quarum alteram duxit M. Agrippa, & poſteā Antonius M. Antonii Triumuiſi filius. Octauia mortuo C. Marcello nupſit M. Antonio Triumuiro. Hunc C. Marcellum eundem eſſe arbitrantur, quem c. f. cōſ. fuīſſe diximus. A Marcellis Cornelii Lentu-

Lentuli Marcellini originem ducunt translato aliquo Marcello in Corneliorū familiam adoptione Plebeium fuisse C. Claudium Cāninam, qui bis consul, Censorius, & triumphalis fuit, collegae patricii indicant. eius parentes ignoti, uno tantum auo C. praeonomine excepto. Prior consulatus cum M. Aemilio Lepido gestus est an. CDLXIX. Posterior cum C. Fabio Dorso ne post XII annos. in eo triumphum egit de Lucaneis, Saminitibus, Bruttieisq. Quirinalibus. Censor triennio post fuit cum Ti. Coruncanio, lustrum fecerunt XXXIV. Antiquissimus C. Claudius Cicero Trib. plebis anno CCXCIX. apud Liuium lib. III. Ventum est ad Caesaris, & Augusti tempora, quibus gens utraq. Claudia patriciorum, & plebeiorum Augusti affinitate locū suum tenuit. De plebeis Marcellis dictū est, de patriciis uideamus. Etenim Liuia Augusta, quae etiam Drusilla dīcta est Liuii Drusi Claudiani filia origine gentis a Pulchris Claudiis genus duxit. uirum habuit Ti. Claudium Neronem, uirum Praetorium, qui partes Antonii aduersus Augustum defendit. ex eo Ti. Neronem peperit, cumq. praegnans esset, Augusto nupsit uiro priori consentiente, tertioq. post nuptias mense Neronem Claudium Drusum edidit. Tiberius in Iuliam familiā adoptatus ab Augusto, translatus est, eiusq. liberos in Iulia referemus. Nero Drusus, qui etiam Germanicus dictus est; ex Antonia minore Germanicum & Ti. CL. Drusum, qui postea Ti. CL. Augustus Germanicus appellatus est, procreauit, & Iuliam, quam duxit Drusus Caesar Ti. Caesaris filius. Germanicus a Tiberio patruo adoptatus in Iuliam familiam transfertur. De Tiberio Clodio postea dicemus. Consulares Clodii hoc tempore fuerunt A.P. Clodius C.F. Pulcher, qui an. DCCXV. cos. fuit cum C. Norbano Flacco. M. Clodius M. F. M. N. Marcellus Aeserninus, qui cos. fuit cum L. Arruntio an. DCCXXXI. Idem, ut arbitrör, est Magister XVvir sacris faciūdis ludis saecularibus quintus post annos quinq. quamuis cognomen Aesernini taceatur. Ti. Clodius T. F. Nero priuignus Augusti ante adoptionem cos. fuit an. DCCXL. cum P. Quintilio Varo. post quinquennium adiecto Germanici cognomine procos. ouans de Delmateis, Pannonicis, & Daceis. ex Illurico. Iterum cos. fit proximo anno cū Cn. Pisone II. & in consulatu Kal. Ian. de Germanis iterum triumphat. Proximo anno Tribuniciam potestatem in quinquennium accepit. triumphalia ornamenta bis affecutus est an. DCCXLII. et proximo anno. Anno deinde DCCLVI.

v. Kal. Iul. adoptatus est ab Aug. Caes. Quartus consularis fuit Nero CL. Drusus Germanicus frater superioris priuignus Augusti. Consul fuit an. DCCXLIV. cum T. Quintio Crispino, & in magistratu mortuus est. Triumphalia ornamenta affecutus est Praetor legatus Aug. an. DCCXLIII. Post obitum Augusti ante Ti. Clodii Aug. initium neminem Claudium consulem video, excepto ipso Ti. Claudio Drusi F. T. I. N. Germanico, qui cos. fuit cum C. Iulio Caesare Aug. Germanico ex Kal. Iulis an. DCCXXCIX. Ipse Tiberius Pont. Max. Trib. Potest. XIV. cos. V. Imp. XXVII. mortuus est. Triumphalia ornamenti accepterat an. DCCXXV. de Mauritanis ex Africa. Huic spōfæc duæ, vxores quattuor collocatae sigillatim sunt. Aemilia Lepida L. Paulli, & Iuliac filia, & Liuia Medullina Camilla sponsae, prima uxor Plautia Herculanilla triumphali patre nata, ex hac suscepit Drusum, & Claudiam. Secunda Aelia Paetina consu-

consularis filia, quae ei Antoniam peperit, Cn. Pompeii Magni, & postea Fausti Sullae uxorem. tercia Valeria Messallina Messallae Barbatæ, qui conforbrinus Ti. CL. Imp. fuit filia. ex hac Octavia nata est, postea Augusta dicta uxor Neronis Imp. & Germanicus prius, postea Britanicus dictus. quarta Agrippina Augusta Germanici fratri, & Agrippinæ filia, quae duobus anteā uiris nupserat Crispo Passieno, & Cn. Domitio Ahenobarbo, ex hoc Neronem suscepere. Hunc Neronem Tiberius ex Domitia familiā in Claudiam adoptione transfluit, cum filium Britannicum haberet, & affinitaret: neminem in Claudiam adoptatum, veneno ab uxore, eademque filia fratri diuus factus est. ueneno etiam Nero Britannicum sustulit. Drusus puer puerili ioco se ipsum interēmit, dum pirum in altum iactatum hancit ore excipit. Nero Clodius Caesar Aug. Germanicus P. M. T. I. R. O. T. XIII. cos. VI. Imp. I. I. occisus est. Inter Neronem, & D. Clodium Albinum, siue Seuerum Imp. hos consulares inuenio. Sub Traiano Imp. tres consulatus Clodii Crispini, vel potius trium Crispinorum inuenio. primo consulatu ex kal. Iul. cum C. Iulio Africano an. DCCCLX. Secundo post bieñniū cū Soleño Orfito. Tertio C. Clodius Crispinus post quadrienniū a superiorē cū L. Publio Celsio. Post hos Ti. Clodius Ti. I. Fuscus Salinator collega fuit Hadriani Imp. in secundo consulatu an. DCCCLXX. Hic patricius fuit, & Seuianiter confuluis filiani uxore duxit, ex qua Fucus natus est, quem cū suo Seuiano Hadrianus interfecit. Ti. Clodius Atticus Herodes vir doctus Marci Imperatoris praeceptor cos. fuit an. DCCXCV. cū C. Bellicio Torquato sub Pio Antonino Imp. Post trienniū Cn. Clodius Seuerus cos. fuit cum Sex. Erucio Claro in. Hic philosophus peripateticus Marci Imp. praeceptor fuit. iterum cos. sub eodem Imp. an. DCCXXV. cū M. Aurelio Clodio Pompeiano Antiocheno, cui nupta erat maior Lucilla filia Marci Imp. Ante hunc annum Clodius Maximus vir doctus eiusd. Imp. praeceptor cos. fuit cum Cornelio Scipione Orfito. D. Clodius Albinus occisus Commodō, Pertinace, & Iuliālio Imperator in Gallia appellatus est. Britārias tenuit, nam Septimius Seuerus ei Caesaris nomen concessit, pecuniamq. ea appellatione signari permisit. Sed occiso Pescennio Nigro in eum inuestus est: & occidi curauit. Consul iterum fuit, & patricius ab Herodiano appellatur. Septimi nomen accepit; cū Caesar appellatus est, quasi filius Seueri esset. Ex hoc tempore usq. ad Marcum Clodium Puppienum, qui cum D. Balbino Imperator factus est, hi cōsules fuerunt Clodii, uel Clodii. Primus Fl. Clodius Sulpicianus Pertinacis Imp. sacer Praef. vrb. & cos. suf. ex'kal. Mart. cū L. Fabio Cilone Septimino an. DCCCCXLV. sub eodem Pertinace. Secundus A.P. Clodius Lateranus, qui cum M. Mario Titio Rufino post IV annos a superiorē cos. fuit sub Seuero Imp. Tertius Ti. Clodius Seuerus, qui cum C. Aufidio Victorino triennio post superiorē cos. fuit sub eodem Seuero, & Antonino Augg. Quartus, & quintus Clodius Iulianus, & Clodius Crispinus, qui eodem anno sub Alex. Imp. cos. fuerunt an. D.C.C.C.L.XX.V.I. Sequitur M. Clodius Puppienus Maximus, qui cum D. Caesario Balbino II. post triennium cos. fuit sub eodem Alex. & postea ambo collegae Augusti appellati sunt, occisis duob. Gordianis Africanis, contra Ma-

326 EX LIBRO DE FAMILIIS ROMANORVM
 ximum Imp. Gordianusq; nepos Caesar appellatus est. Hic vir fortis fuit
 obscuro genere natus, pater Pinarius Valens, pater Maximus faber ferrari,
 aut rhedarius. Hi occiso a militib; Maximino, & filio, a Praetorianis
 occisi sunt. Eodem tempore cos. suffectus ex Kal. Septemb. fuit Ti. Clau-
 dius Julianus cum Celsio Aeliano an. ccccxxix. Sub Gallieno Imp.
 Claudius Censorinus Augustus appellatus in Italia est. Hic scurrarum adul-
 atione Claudius appellatus est, bis consul, bis praefectus praetorio, ter prae-
 fectus urbi, quater proconsul, ter consularis fuit. Senex, & aliud agens in agro
 suo a militib; Imp. salutatus, ab eisdem ob severitatem disciplinae occisus est.
 M. Aurelius Claudio Imp. quem etiam Flavium Trebellius Pollio appellat,
 fratres habuit. Quintillum, & Crispum. Crispi filia Claudia uxor Eutro-
 pii nobilissimi Dardanor. ex quibus Constantius major natus est. Ipse Clau-
 dius post Galliensem Pont. Max. Trib. Pot. ii. cos. ii. mortuus est. frater
 Aurel. Cr. Quinctillus Imp. dies xvii. superest occisus est. Claudio in
 Diuos relatus auctor generis Constantini, ob quem Flavii multi ex eis dicun-
 tur, ac posteriores omnes Imperatores. Ante hunc Imp. Gallieni fratrem
 Claudium Valerianum Caesarem appellatum fuisse. animaduerti. M. Clau-
 dius Tacitus sub Imp. Aureliano cos. fuit cum M. Maecio Memmio Furio Pla-
 cido an. cxxxv. sed biennio post occiso Aureliano successor fuit, & cos. ii.
 Augustus menses sex dies x x. Post quem frater Florianus menses duos dies
 xx. Hunc M. Annium Florianum in assibus triideo signatum quidam M. An-
 nium C. L. appellauerunt. Ab his ad F. L. c. L. Julianum neminem, aut
 Imp. aut cos. inuenio. Hic sub Imp. F. L. Iul. Constantio ter consul fuit eius
 collega in v. i. i. x. & x. consulatu, & ab eodem Caesar appellatus occiso
 Constantio Gallo Caesare Juliani fratre, qui ambo fratres patruelis Con-
 stantii Imp. fuerunt, nati Constantio patre, qui frater germanus fuit Con-
 stantini Maximi Imp. Mortuo Constantio Julianus imperavit annos duos,
 consulque quater factus est. Post hunc Imp. consulares tres video Clo-
 dios, uel Cladios. Primus fuit Q. Clodius Hermogenianus Olybrius,
 qui cum D. Ausonio Magno Pœonio Gallo poeta cos. fuit an. cipxxx. sub
 Valente, Gratiano, & Valentipiano Imp. in occidente. Alter Clodius Adel-
 phius, qui cum Imp. F. L. Marciano cos. fuit an. vrbis cicci. Christi ccccxcix.
 Tertius Cl. Iulius Aedesius Dynamius, qui cum F. L. Sifidio cos. fuit an. Chri-
 sti ccccxcix. sub Zenone Imp.

C O R N E L I A.

CORNELIA gens patricia in alias, atq; alias stirpes deriuata multos insignes
 viros, & omni honorum genere ornatos habuit. Plebeii vix aliquo numero
 fuerunt. Quod in multis familiis aliter evenit. Praecipui patricii in tres quat-
 tuorū stirpes dirimi possunt: Cossorū, qui etiā Maluginenses, & aliqui Rutili,
 aut Aruinæ appellantur; & Scipionum, qui alia etiā cognomina acceperunt,
 ut Asinac, Calui, Nasicae, Africani: necnon Lentulorum, qui plura aliis co-
 gnominis sumpserunt. Addentur his, qui propter paucos consulares viros
 non

ANTONII AVGUSTINI EP. ILERDENSIS 327
 non ita nobiles sunt: ut Rusini, Sullae, Dolabellae, Merulae, Cethegi. Cossorū ui-
 ginti consecuti sunt Pontificatum Maximum semel, opima spolia semel, dicta
 turas tres, censuras duas, triumphos tres, decemuiratum legibus scribēdis bis,
 consulatus decem, tribunatus militares consulari potestate duos, & uiginti,
 magisteria equitum quattuor. Primus Ser. Cornelius L. f. Maluginensis Cos-
 sus eos. fuit cum Q. Fabio Vibulano an. cclxviii. Huius filius esse creditur
 L. Maluginensis Cossus ser. f. L. N. qui cos. fuit cum alio Q. Fabio Vibulano iii.
 an. ccxciv. Lustrum fecerunt x. nondum enim Censores creati erant. Hoc uero
 fuit postremum consulum lustrum. In hoc consulatu ambo consules triun-
 pharunt Fabius de Aequis Non. Mai. Cossus de Volsceis Antiatibus iv. Id. Mai.
 Huius frater M. Cornelius Decemvir legib; scribēdis an. ccciii. & ccci.
 Hic cum ceteris duodecim tabularum leges conscripsit, & eoactus est abdica-
 re, quod imperio abuterentur. Secutus est alter M. Cornelius, quem qui-
 dam superioris filium existimant. Cos. fuit cum L. Papirio Crasso an. cccxvii.
 Post hunc A. Cossus superioris, ut ereditur frater, insignis vir Pontifex Max.
 an. cccxii. Cos. cum T. Quinctio Cincinnato ii. triennio post, triumphum
 egit de Veientibus, & spolia opima tulit post Romulū primus hostiū duce Lar-
 te Tolumnio rege interfecto. Incertum tamen est an. eos. uel Dict. uel Mag. eq.
 ea tulerit. Tribunus militum fuit post biennium, & eodem anno Mag. equitu
 Mamerco Aimilio Manercino ii. Dictatore rei gerundae caussa. Paullo post A.,
 Cossus Dictator seditionis fedandae, & rei gerundae caussa reperitur an. cc-
lxix. cum de M. Manlii Capitolini seditione ageretur, quem eundem esse
 cum superiore non uidetur verisimile. Sextus P. Cossus Tribunus mil.
 fuit an. cccxix. Hunc Verrius f. N. appellat. Proximo anno Trib. mil.
 Cn. Cossus, cuius parentes ignorantur. Iterum post decennium creatus est cum
 P. Maluginense. Octauus M. Cornelius Cossus cos. fuit cum L. Furio Me-
 dullino an. cclxi. Nonus Cn. Cossus, quem quidam A. F. M. N. vocant. cos.
 fuit cum eodem L. Furio Medullino ii. Trib. mil. fuit triennio post consula-
 tum cum P. Rutilio Cocco. Iterum deinde Tribunus an. cclii. Decimus
 P. Cossus A. F. M. N. superioris fortasse frater Trib. mil. fuit an. ccxlvi. Al-
 ter P. Cornelius M. F. L. N. Rutilus Cossus appellatur a Verrio Flaco, qui eo-
 dem anno Dictator fuit rei gerundae caussa Mag. equit. dicit C. Scrilius Aha-
 lam. Tribunus militum fuit biennio post cum Cn. Cocco, ut antea diximus.
 Duodecimus est P. Cornelius Maluginensis, qui Trib. mil. fuit cum Cn. Cocco
 an. cccxlii. Iterum uero post septem annos, sed uirio factus cum aliis quinq;
 abdicauit. Tertius decimus P. Cossus, qui cū P. Cornelio Scipione, & aliis qua-
 tuor Trib. milit. fuit an. cclix. Quartus decimus M. Cornelius Maluginensis
 triennio post confor suffectus C. Iulio Iulo mortuo, collega eorum fuit L. Pa-
 pirius Cursor, lustrum fecerunt xvii. Sub eo luctu urbs capta est a Gallis.
 Quoniam breue quis Censori in mortuo sufficeretur, decreatum est. Sequitur Ser.
 Maluginensis, qui sepe Trib. mil. fuit, quod paucis accidit. Hic M. f. a quibusdam
 appellatur parum certis conjecturis. Anno vrbis captae, hoc est cclxi.
 Trib. militum fuit, iterum quadriennio post, iii. an. ccclxi. quarto
 post biennium, v. item post biennium, hoc est uno solo interiecto, in quo

priuatus fuit Sextum Tribunus fuit an. cccxxci. biennio post vii. His temporibus uictis Gallis magnae seditiones ortae sunt de consule altero plebeio creando, ob quas Tribuni plebis sine curuli magistratu popularem statum xvi quinquennio rexerunt. Sextusdecimus M. Maluginensis superioris, ut xvii putant, frater bis Tribunus Militum fuit cum A. Cornelio Cocco an. ccc. xix xxci. & triennio post. Post hos duos, inuenio Ser. Cornelium Maluginensem, quem M. N. appellat Verius Magistrum eq. fuisse T. Quintio Capitolino Crispino Dictatore rei gerundae causa an. cccxcii. Hunc suspicantur xix Seruui septies Tribuni filium. Sequuntur Aruinae duo, quorum alter Magister eq. bis, consul bis, dictator, & triumphalis, alter consul bis, & censor fuerunt. Prior A. Cornelius P. F. A. N. Cocco Aruina Magister equitum fuit T. Manlio Imperiosso Torquato an. CD. Dictatore rei gerundae causa. Iterum eodem Dictatore post quadriennium comitiorum causa. Consul fuit an. cdx. cum M. Valerio Coruo III. Ambo de Samnitibus triūpharunt, Coruus x. Kal. Octob. Aruina viii. kal. Iterum consul fuit cum cn. Domitio Caluino an. cpxxi. Dictator decennio post Ludorum Romanorum, & rei gerundae causa. Non desunt scriptores, qui Dictatorem triumphasse affirment, sed Verius in his non est, quem sequimur. Huius filius P. Aruina A. F. P. N. cos. fuit cum Q. Marcio Tremulo an. cdxvii. Censor post xii. annos cum C. Marcio Rutilo Censorino, lustrum fecerunt xxx. Iterum cos. cum Q. Marcio collega an. cdlxv.

Cocco rugosos dictos Festus ait a uermibus eiusdem nominis, qui ligni materiam edunt. ab hoc cognomine credo Cornelios dici, non a cornu, uel corno: vt a Claudio Claudiu, a Voleso Valerii, a Fuso Furii, qui antea Fusii dicti sunt.

Scipionum gentem Africani duo nobilē alioqui, multo ceteris illustriorem reddiderunt. De his ita agendum uidetur, ut prius eos, qui ante Africanum maiorem Scipiones magistratus maiores, aut honores consecuti sunt, enumememus, postea de Africano, & alijs tractemus. Undecim inuenio ante Africanū consecutus fuisse Pontificatum Max. duos Dictaturam vnam, Triumphos tres, Censuram unam, Consulatus notam, Tribunatus consulari potestate duos, Magisteria equitum tria. Primus P. Cornelius an. ccclvii. Magister equitum fuit M. Furio Camillo Dictatori rei gerundae causa, a quo Veii capti sunt, & de ies triumphauit. Anno proximo Trab. Militum factus est, & iterum continuato in alterum annum magistratu. Interrex biennio post fuit. Huius filius Publius Scipio primus Aedilis curulis fuit anno cccxxcvii. & Magister equitum L. Furio M. F. Camillo Dictatori comitiorum causa an. cdliii. Eius fortasse frater L. Scipio eodem anno cos. fuit cum M. Popillio Laenate III. Magister etiā equitum fuerat A. F. Claudio Crassino Regillensi Dictatore rei gerundae causi fa an. cccxci. Quartus est P. Scipio Scapula Pontif. Max. an. cdxlii. quod dicitur post cos. cum C. Plautio Proculo. Hunc sequitur P. Scipio Barbatus, qui Dictator fuit comitiorum causa. Mag. equit. dixit P. Decium Murem an. cdxlvii. biennio post Pont. Max. fuit. Post hos L. Scipio cos. fuit an. cdli. cum Cn. Fulvio Max. Gentumalo. Hunc cn. F. quidam fuisse suspicantur.

Septimus cn. Cornelius I. F. cn. N. Scipio Afina cos. fuit cum C. Duilio anno quinto primi belli Punici, hoc est anno urbis cpxci. Iterum cos. post sex annos

annos cum A. Atilio Calatino II. anno proximo triumphum egit Procos. de Poenisi x. Kal. April. quorum omnium Verius in fastis testis est. Censor VIII fuit cum eodem C. Duilio an. cdxv. lustrum xxxvi. fecerunt. Huius filius P. Scipio Afina cos. fuit cum M. Minucio Rufo an. dxxxii. & triumphum egit de Istreis. Afinae cognomen cur primo ex hac familia haeserit, docet Macrobius in Saturnalibus. Patruus superioris esse potest L. Scipio L. F. C. N. qui cos. fuit anno proximo post Afinae, & Duilius consulatū, teste Vertio. Cuius collega fuit C. Aquilius Florus. triumphum egit de Poenis, Sardinia, & Corsica v. Id. Mart. Hic Africani auus fuit, cuius filii duo fuerunt Cn. Scipio Caluus pater Nasicae, & P. Scipio pater Africani, & Asiatici. Cn. Caluus cos. fuit cum M. Marcello, qui opima tulit an. dxxxi. P. Scipio cos. fuit quadriennio post cum Ti. Sempronio Longo anno primo belli Punici secundi. Ambo fratres in Hispania occisi sunt Proconsules. Ventum est ad P. Cornelium Scipionem Africanum, qui bis consularis & censorius, ac triumphalis ter princeps senatus, fratrem habuit consularem, et triumphalem, nepote uero filii adoptione bis consularem, bis triumphalem, & censorium & Augurem, ex fratri liberis viuis consularis fuit. Scipiones Nasicae patruo. Africani orti obtinuerunt Pontificatus Maximos duos, triumphos duos, principes senatus lecti sunt bis, censor unus, consules quinque fuerunt, unus uir optimus, quod certe honoribus maius est, omnium consensu iudicatus. Africanus matre natus est Romponia, quam serunt pariendo, aut paullo post mortuam. quamuis Polybio adscribunt fragmenta historiarum, in quibus Lucius, qui postea Asiaticus appellatus est, frater maior Africano dicitur, cum peteret Aedilitatem, Africanū habuisse competitorum matre consentiente, & ambos designatos Aediles curules. Patrem consulē seruasse dicitur in proelio saucium annos natus XVII. In Hispanianā profectus est an. xxiv. consulatum priorem gessit cum P. Licinio Crasso Diuite Pont. Max. an. dclix. Post quadriennium de Hannibale, & Syphace Numidarum rege ex Africa Procos, triumphauit. Iterum cos. cum Ti. Sempronio Longo an. dlx. Quadriennio post L. Scipio Africani frater cos. cū C. Laclio fuit, legatus fratris Africanus in Asiam profectus est, ex ea de Rege Antiocho Syriae Procos. L. Asiaticus anno proximo triumphauit. pro Asiatico Asiagetem existimo initio in Graecia dictum, cuius nominis exstant vestigia in nūmis, & in veterib. libris Liuianis, & in carmine Sidonii Apollinaris. Censor Africanus fuit cum P. Ailio Paito anno dlii. lustrum fecerunt xi. vi. Ter Princeps senatus electus est listro xlvi, xlviii, & xlii. noua ratione electus, non quia antiquior Censorius esset, sed quia dignior. Vxorem habuit Tertiam Aemilia L. Aemilius Paulli, bis cosul, & triumphalis, qui in Cannē proelio obiit, filia, ex qua filios duos, filias, totidē procreauit. Major Cornelius P. Nasicae viro optimo, aut uiri optimi filio nupsit: Minor Ti. Sempronio Gracchus bis cosuli, & Censorio. ex his nati sunt Ti. Gracchus, & C. Gracchus ambo Tribuni plebis, ac disertissimi, sed ab optimatibus occisi. Horū soror Sempronia Africana Minoris uxor fuit. Cn. & Publius Africani filii sine liberis decesserunt. Publius tamen Praetorius fuit, & L. Paulli, qui ter triumphauit, & bis cos. fuit & censor, filium in adoptionē accepit. Erat autē Paullus frater Aemiliae uxoris Africani. Cuius uxor

Papiria

Papiria C. Masonis Consularis, & triumphalis uiri filia fuit. Ex adoptione P. Cornelius p. f. Scipio Aemilianus appellatus est, qui postea minor Africanus dictus. Hic cos. fuit an. DCVI. cum C. Luijo Druso. Procos. anno proximo de Poenis, & Asdrubale ex Africa triumphum egit, euersa Carthaginem. Censor fuit cum L. Mumimio Achalcico post quadriennium, Lustrum fecerunt LVII. Iterum cos. fuit an. DCXIX. cum C. Finilio Flacco. Procos. iterum triumphauit biennio post de Numantineis ex Hispania Citeriore. Obscurum exitum uitae uterq. Africanus habuit, maior exul uoluntarius Liteini, minor Romae, ut creditum est, a C. Carbo i.e. suffocatus. Ex liberis fratris Africani maloris unicum nomen in factis re peritum. L. Asiatici, qui eos, fuit an. DCCLXX. cum C. Norbano Flacco. Is L. f. l. n. appellatur a Verrio. Capitolium eo anno conflagravit. Huius filiam duxit P. Sextius p. f. qui TR. PL. Ciceronis partes defendit, & ab eodem iudicio deuid. defensus est. extatq. oratio, quae inscribitur pro P. Sextio, in qua ad exulem L. Scipionem sacerum Massiliam uxorem deduxisse refert. Sextii mater Postumia C. Albini filia fuit. Nunc Scipiones Nasicas persequamur; omnes eiusdem praenominibus usos uidemus. Primus P. Cornelius CN. Calvi filius uir optimus appellatus est admodum adolescens nondum Quaestor, ut Pessinuntiae deae. I. 10 spes esset, cos fuit anno primo belli Antiochini, hoc est an. DLXII. cum M'. A. cilio Glabrone. De Boicis Gallois triumphauit in consulatu. Sunt qui hunc Pontificem Max. fuisse dicant an. DCII. sed id de filio Nasica dictum ratio ter aporum exposcit, ut probabilius iudicemus. Alter Nasica, quia quibusdam Corculum appellatur, fratrem habuisse dicitur Marcum. Cos. designatus est cum C. Marci Figulo an. DCXI. sed uitio facti abdicarunt in eorum locum facti sunt P. Cornelius Lentulus, & CN. Domitius Ahenobarbus. Post septem annos II. cos. cum M. Claudio Marcellio II. de Delmateis triumphum egit. Censor fuit an. DCXIV. cum M. Popillio Laenate, Lustrum fecerunt LIV. Princeps senatus duob. lustris lectus est lustro I. VI. & VII. Tertius Serapion ob similitudinem formae cuiusdam uictimarii appellatus est. consul fuit an. DCXV. cum D. Junio Bruto Callaico. Pontifex Max. quinquennio post. Ti. Gracchum propinquum suum, & Tribunum plebis, ut sedis osum priuato consilio interfecit. Quartus Nasica cos. fuit anno primo belli Iugurthini cum L. Calpurnio Bestia, hoc est an. DCXII. In consulatu mortuus est. Hic Serapionis filius Corculus ne pos. uiri optimi pronepos fuit. Filius Consularis non habuit. Vxor eius Caecilia Q. Metelli Macedonici filia. Filius Licinius duxit L. Crassus oratoris Consularis, & Censorii filiam, & Muciae Q. Scaeuulae Auguris, & Laeliae filiac. His parentibus ortus est P. Cornelius Nasica postea dictus Q. Metellus Pius Scipio, a Q. Caecilio Metello Pio adoptatus. cuius frater a L. Crasso a quo adoptatus est. Vxor Scipionis Metelli fuit Lepida, quam sponsam dimisit, sed cum ea M. Catoni promissa fuisse recuperauit. Quod iniquo animo tulit Cato, & Iabidis uersibus in eum inuestis est. Filia Cornelius P. Crassus Marita Parthis cum patre interempti, & postea CN. Pompeii Magni uxor. Addatur superioribus CN. Scipio Hispallus L. f. l. n. qui cos. fuit an. DCXXVI. cum Q. Petillio Spurino. Ambo consules in magistratu mortui sunt. Scipionis nomine baculum significari Plautus docet. in hanc familiam id cognomē uenisse ferunt, quod

Vidimus Cossorum, & Scipionum stirpes: nunc Lentulorum persequamur. His uaria cognomina adduntur Caudinus, Lupus, Sura, Spinther, Marcellinus, & si qua alia sunt. Sexdecim Lentulos inuenio consecutos fuisse Pontificatum Maximum, & Dictaturam semel, censuras quattuor, triumphos duos, ouationes duas, principatus senatus bis, consulaus sexdecim. Primus L. Lentulus cos. fuit cum Q. Publilio Philone II. an. DCXXVI. Dictator fuit post annos septem rei gerundae causa. Alter est Ser. Lentulus CN. f. CN. n. ut Verrio placet. cos. fuit an. CDL. cum L. Genucio Auentineni. Tertius L. Lentulus Ti. f. Ser. n. cos. an. CCCCLXXIX. cum Manio Curio Dentato III. triumphum egit de Samnitibus, & Lucanis Kal. Mart. Quartus L. Lentulus Caudinus superioris filius cos. cum Q. Fulvio Flacco an. DCXVI. Censor anno proximo cum Q. Lutatio Cercone, qui in magistratu mortuus est, & Lentulus abdicauit. Pontifex v Max. fuit an. DCXXXII. post L. Metellum, Huius frater P. Lentulus Caudinus L. f. Ti. n. cos. fuit cum C. Licinio Varo. Successor fratris fuit in consulatu, quo anno Ludi saeculares tertii facti sunt, Caudinus de Liguribus Idib. intercal. triumpfauit. Post hunc CN. Lentulus L. f. l. n. cos. fuit cum P. Ailio Paito an. DCXII. vii Procos, ouans reuersus est ex Hispania Citeriore post quinquennium. Huius frater L. Lentulus Procos, ouans ex Hispania an. DCIII. & anno proximo cos. fuit cum P. Villio Tappulo. Octavius P. Lentulus L. f. l. n. superioris filius, ut creditur, cos. suffectus fuit cum CN. Domitio Ahenobarbo in locum P. Cornelii Scipionis Nasicae Optimi filii, & C. Marci Figuli, qui uitio facti abdicarunt an. DCXI. Censor fuit, ut quibusdam placet, an. DCXV. cum Ar. Claudio Pulchro. Lustrum non fecerunt, Princeps senatus listro LIX. & IX. lectus est. Annus hic P. Surac fuit, ut ex Cicerone didicimus. Nonus L. Létulus Lupus CN. f. l. n. ut Verrius testatur, cos. fuit cum C. Marci Figulo an. DCXVII. Censor cum L. Marci Censorino post nouem annos fuit. Hic ille Lupus est, ut arbitror, quem Lucilius uexat, qui eiusdem temporibus fuit, eundemq. post consulatum damnatum fuisse lege. Caecilia repetundarum, ac postea Censem fuisse Val. Max. lib. vi. c. xi. scribit. Post hunc frater huius CN. Lentulus cos. fuit cum L. Mumimio anno DCVII. Undecimus alter CN. Lentulus, cuius parentes ignoramus, cos. fuit an. DCI VI. cum P. Licinio Crasso. Duodecimus CN. Lentulus CN. f. Clodianus cos. fuit cum L. Gellio Poplicola an. DCXXCI. Idem Censores fuerunt post biennium, lustrum fecerunt LXIX. Hic Lentulus ex cognomine uideatur a Clodia in Corneliam familiam adoptione transisse, cuius rei incerta historia est, nisi forte primus Marcellinorum sit. Tertiusdecimus P. Lentulus Sura p. f. p. n. cos. fuit anno proximo post superioris consulatum, cum CN. Aufidio Oreste. Huius pater naturalis Manius Aquillius uir consularis, & triumphalis fuit, quem M. Antonius orator defendit a P. Lentulo. Publili principis senatus filio adoptatus P. Cornelii Lentuli nomen accepit. Sura dictus est, quod Quaesturae pecunia interuersa, cum rogaretur a L. Sulla, cuius Quaestor erat, quam esset rationem redditurus, praebeo, inquit, Suram. illuc enim pueri, & tyrones peccantes percuti solebant. Id significat, qui dixit,

Ferimus, inq. uicem praebemus crura sagittis.

Hic post consulatum senatu motus a Censoribus iterum magistratus eosdem obtinuit, & Prætor iterum fuit consule Cicerone, & in coniuratione Catilinae, cum C. Cethego, & Publio, ac Seruio Sullis Seruii filiis, qui omnes Senatorii ordinis Cornelii fuerunt, & equestris ordinis C. Cornelius fuit, detecta coniuratione coactus abdicare se Praetura interfectus est. Vxor Suius Iulia mater M. Antonii Triumviri, soror L. Caesaris consulis anno DCCXIX. cui succedit M. Tullius Cicero cos. Quartus decimus P. Cornelius P. f. Lentulus Spinther cos. fuit cum Q. Caecilio Metello Nepote) sexto anno post Ciceronis consulatum, quo anno ipse Cicero ab exilio rediit. Cognomen Lentulus ab Spinther histrione, cui erat similius, accepit, ut Valerius Maximus, & Plinius retulerunt. Procos ex Cilicia triumphum egit an. DCXXII. Sequitur Cn. Lentulus Marcellinus P. f. cos. fuit cum L. Marcius Philippo anno proximo post superioris consulatum. Cicero in Bruto auctor est M. Marcellus ueterem duorum filiorum patrem fuisse, quorum alter Marcellus Aeserninus, alter P. Lentulus Marcellinus appellatus sit. Ab hoc Marcellini originem duxere, ex quibus hic primus consularis fuit. Postremus L. Lentulus Crispius Flamen Martialis, qui ultimo anno libertatis reip. Rom. cos. fuit cum C. Marcellio M. f. qui fuit annus DCCIV. Huic uxorem fuisse Publiciam, socrum Semproniam intendit. Alios Lentulos consulares, qui sub Augusto uixerunt postea referemus.

Quartus hic locus postulat, ut de aliis Cornelii dicamus, qui cognominibus a superioribus Cossis, Scipionibus, & Lentulis distinguuntur, ut Rufini, Sullae, Cethegi etc. Rufini duos habuerunt Dictatorios, alterum bis consularem, & Triumphalein. Nam P. Cornelius Rufinus Dictator rei gerunda causa dictus an. CDXIX. M. Antonium Magistrum equitum dixit, sed ambo uitio creati abdicarunt. Alter eiusdem nominis superioris filius fortasse, cos. fuit cum M. Curio Dentato an. CDLXIII. Ambo consules de Sannitibus triumphaverunt. Iterum cos. post annos XII. cum C. Iunio Bubulco Bruto II. Dictator anno proximo, siue quo alio res enim obscura est. Hic tamen fortissimus, ornatissimusque uir a C. Fabricio, & Q. Aemilio Papo Censoribus senatu motus est, quod decadem argenti facti pondo haberet, furacem fuisse iocus ille eiusdem Fabricii in eum dictus ostendit apud Ciceronem; cum illis gratias ageret, quod cum confidem fecisset bello praesertim magno, & graui malui inquit compilari, quam uenire, non est, quod gratias agas. Ab hoc ortus est L. Cornelius Sulla, qui Sextus ab illo dicitur fuisse. cognomen mutasse maiores dicuntur ob libros Sibyllinos, quibus interpretandis unus maiorum praefuit, Decemuit sacris faciundis ab eo munere Sibylla, uel Sibulla, postea Sulla, uel Sylla dictus est. quamvis aliqui, quod flauo, comptoq. capillo fuerit, ita appellatum afferant. P. Cornelius is dicebatur, Flamenq. Dialis fuit, ut apud Gellium L. Sullam libro rerum gestarum secundo scriptissime inuenio. Duos solos consulares inuenio Sullas, quorum alter cos. designatus ambitus damnatus est, alter Sulla Felix, qui Dictator bis consul, ac triumphalis fuit. Vir fortis, sed tyrannus, & sanguinarius. L. f. P. n. a Verrio appellatur. Quaestor C. Mario consuli Iugurthino in bello fuit;

ANTONII AVGUSTINI EPILEDENSIS. 333
fuit; cumq. Iugurtha ditionem fecisset, a Sulla Mario datus est; quam spem in anulis, & nummis exprimendam curavit. unde initium partium, & multorum malorum seminarium exortum est. Tribus tamen trophaeis postea usum, quod etiam Pompeio Magno placuit, Dion refert. Consul cum Q. Pompeio Rufo genero patre fuit anno DCLXV. cum bellum Mithradaticum suscepisset, contentione orta inter C. Caesarem L. f. Strabonem, & P. Sulpicium adolescentes disertos, prouincia consularis C. Mario ex lege Sulpicii tribuitur. Hinc maximum ortum inter Marianos, & Sullanos bellum ciuale. Victor Sulla in Asiam profectus est. Vbi fortis se, atq. felicem multis, magnisq. rebus gestis ostendit. Inde reuersus Samnites ad internicionem deleuit, Marianos occidédos, proscribendosq. curauit. Dictator ab Interrege L. Valerio Flacco Reip. constituenda longo interuallo Dictatura nomine inaudito, dictus est. an. DCLXXI. anno proximo triumphum per biduum egit ex Graecia, Asia, Ponto, & rege Mithradate IV. & III. kal. Febr. In sequentem annum cos. designatus est cum Q. Caecilio Metello Pio. Altero post consulatum anno se. Dictatura abdicavit: quod C. Caesar reprehendere solebat, ac dicere eum magistrum populi, sic enim ueteres Dictatorem appellabant, litteras nescisse, non quod Sulla indoctus esset, sed quod tyrannorum iura, siue artem tyrannidis retinenda, quas litteras reconditas appellabat, ignoraret. In quibus illud erat ex Euripide, Si uolandum ius est, regnandi caussa etc. in quo Caesar a Cicerone iure notatur. Vxores L. Sullae quinque fuerunt, Ilia prima, ex qua filiam suscepit, Aelia secunda, tercia Coelia, quam ut sterilem repudiauit; quarta Caecilia L. Metelli Delmatici filia, quae parum pudica credita est, geminorum Fausti, & Faustae mater. hacc prius M. Aemilio Scauro principi Senatus nupserat, ex qua filium, & filiam suscepserat. Quinta uxor Valeria Messallae filia Q. Hortensii soror, ex qua Postuma nata est. Faustus Pompeiam Cn. Magni filiam duxit, Fausta nupsit T. Annio Miloni, cum qua C. Sallustius Crispus historicus deprehensus loris caesus est, altera Fausta, siue eadem nupsit C. Memmio, ex qua C. Memmius natus est, & ab eo repudiata nupsit C. Apronio Limoni. Alia Sullae filia nupsit Q. Pompeio Rufo, Q. Rufi, de quo supra diximus filio, ex qua Q. Rufus T. f. L. & Pompeia C. Caesaris Dictatoris uxor, quam P. Clodius adamauit, procreati sunt. Alter Sulla consul designatus P. Cornelius Ser. f. L. N. appellatus, filius fratri Felicis Dictatoris cum L. Autronio Paeto damnatus est ambitus. in eorum locum accusatores successerunt, L. Aurelius Cotta, L. Manlius Torquatus an. DCCXCIX. Hunc defendit Cicerio in oratione, quae pro P. Sulla inscribitur. Accusabat L. Torquatus Lucii, de quo dictum est, filius Sullam cum Autronio, & Catilina coniurasse. eum in coniuratis cum fratre Seruio nominat Crispus Sallustius, Cicero negat ullam umquam de eo suspicionem habuisse: sed uixisse Neapoli otiosum. Sullas sequantur Cethegi, ex quibus quattuor consulares, totidem consulatus, censuras duas, duos etiam triumphos obtinuerunt. Primus M. Cethegus M. f. M. N. cum P. Sempronio Tuditanico Censor fuit an. D. XLIV. Iustrum fecerunt XLI. V. cum neuter consul fuisse. Nam consules fuerunt quadriennio post. Hic suauiloquens appellatur ab Ennio.

Gg Alter

334 EX LIBRO DE FAMILIIS ROMANORVM

Alter Cethagus L. F. M. N. cos. fuit cum Q. Minticio Rutilo an. DLVI. triumphum egit de Insibribus, & Coenomaneis Galieis. Censor triennio post fuit cum Sex. Ailio Paito Cato. Iustrum fecerunt XLVII. Tertius P. Cethagus L. F. P. N. cos. fuit cum M. Baebio Tamphilo an. DLXXIII anno proximo Procos. triumphauit de Liguribus. Quartus M. Cornelius C. F. C. N. Cethagus cos. fuit cum L. Anicio Galllo anno D XCIII. Si quis hotum parentes coniungere uelit, quos M. Verrius Flaccus diligenter enumerat, uix ullam propinquitatem elicet exceptis duobus prioribus, quos fratres patruelēs esse idem praenomēi aut ostendit. Quartus secundo coniungetur, si eius hepotem fuisse credideris. Ita fiet, ut Marcus sit pater Marci, & Lucii; secundus Marcus pater Marci Cens. & cos. Lucius uero pater Caii consularis, hic Caius Caii pater sit, & Caii consularis avus. Si tertium addere uelis, singendus est aliquis ex parentibus Marci Censorii habuisse etiam Publum filium, qui pater Lucii fuerit, Lucium Publum consularis patrem.

De Merulis pauca dicenda; duos enim solos consulares inueni, quorum alter Flamen Dialis fuit. L. Cornelius L. F. Merula an. DLX. cos. fuit cum Q. Minucio Therino. Alter eiusdem nominis Flamen Dialis cos. suffectus fuit L. Cornelio Cinnae, cui imperium abrogatum est, collega CN. Octavius occisus est, & ipse Merula cos. coactus a Marianis sibi manus intulit an. DCLXVI. Dolabellae sex; consulatus quinque, triumphos tres obtinuerunt. Primus P. Cornelius Dolabella Maximus cos. fuit cum CN. Domitio Caluino an. CCCLXX. triumphum egit de Etruscis, & Galieis Sennonibus. Alter CN. Dolabella CN. F. CN. N. cos. fuit cum M. Fulvio Nobiliore an. D XCIV. Tertius CN. Dolabella cos. suffectus, ut quidam arbitrantur, L. Cassio Longino, qui a Gallis occisus est an. D CXLVI. Alter consul C. Marius fuit, qui postea septies consul appellatus est. Hunc putant quidam Alconium in Verrinis, atque alibi secuti a M. Aemilio Scauro fuisse accusatum, & damnatum, sed mihi non fit uerisimile, de eo Ciceronem in Verrinis locutum; cum, si de patre Scauro loquimur, iam Scaurus mortuus erat, cum Verres Praetor, aut Quaestor fuit; si de filio, non hic Dolabella est, de quo Cicero in Praetura urbana lib. iii in Verrem ait Verrem defendisse legatum Proquaestore suum. Additque, Nemo iam Dolabella, neque tui, neq. tuorum liberum, quos tu miseros in egestate, atq. in solitudine reliquisti, misereri potest. Ille Dolabella Carbonis successor in consulatu fuit, hic xxv. annis antiquior est. Quartus L. Dolabella L. F. L. N. quinto Kal. Feb. an. D CLV. Procos. ex Hispania ulteriore de Lusitanis triumphum egit. Quintus CN. Dolabella, de quo Ciceronem locutum esse dicebamus. is cos. fuit cum M. Tullio Decula an. D CLXXII. Procos. quadriennio post ex Macedonia triumphum egit. Sextus est P. Dolabella P. F. P. N. gener Ciceronis, qui C. Caesari cos. v. Idib. Martis interfecto suffectus est an. DCCIX. collega eoru M. Antonius. Hic modo laudatur, modo uituperatur a Cicero, quod enim egerat aduersus eos, qui columnam Caesari statuerant, aut contra M. Antonium, effert summis laudibus; quod uero contra Trebonium, aut alias percussores Caesaris maxime uituperat. Hostis iudicatus est occiso Trebonio, isque paullo post a Cassio obcessus se ipsum interfecit.

Cinnae

ANTONII AVGUSTINI EPILERDENSIS. 335

Cinnae duo consulatus obtinuerunt quinq. Nam L. Cornelius L. F. Cinna cos. fuit cum L. Cassio Longino Rauilla an. DCXXVI. Huius, ut creditur, filius cos. cū CN. Octavio post annos XL. a collega urbe expulsus cū C. Mario urbem ingressus, & collegam, & qui ei suffectus fuerat, L. Merulam occidit. triennio consulatum continuauit. collegam habuit in secundo consulatu C. Marium Septimum consulem, quo Idib. Jan. mortuo L. Valerius Flaccus suffectus est. In tertio, & quarto cn. Papirius Carbo collega fuit. In hoc quarto Cinna seditione orta se consulatu abdicavit, & ab exercitu suo occisus est. Solus Carbo sine collega cos. fuit. Cinnac filii fuerunt L. Cinna & Cornelius C. Caesaris Dictatoris uxor, ex qua Iuliam procreauit cn. Pompeii Magni uxorem. Hanc ita adamauit Caesar, ut magno periculo eam retinuerit inuito L. Sulla Dictatore. Nunc de Merenda, & Blasione, quos consulares fuisse scimus a superioribus separatos, dicendum est. Ser. Cornelius Merenda cos. fuit an. CDLXXIX. cum M. Curio Dentato IV. CN. Cornelius L. F. CN. N. Blasio cos. fuit cum C. Genucio Clepsina n. post quadriennium a superiore. Triumphum egit de Saffinibus. Censor fuit cum C. Marcio Rutilo Censorino II. quinquennio post consulatum, Iustrum fecerunt XXXV. Iterum consul fuit an. CDXCVI. cum C. Attilio Regulo. Sine cognomine ullo Cornelios aliquot inuenio. Nam Seruio Tullio Rege Cornelius sacerdos fuit. & Ser. Cornelius Flamen Quirinalis mortuus est anno urbis CCC. & A. Cornelius Quaefitor de falso fuit anno sexto ante eum annum, ut Liuius testatur. P. Cornelius Trib. Mil. fuit an. CCCLXIV. Alter eiusdem nominis quadriennio post, C. Cornelius an. CCCLXVII. Haec tempore libertatis reip. Romanae. Postea ante Augusti mortem hos consulares inuenio. Lentuli septē totidē consulatus triumphalia ornamenta duo obtinuerunt. Namq. eodem anno P. Cornelius P. F. Lentulus Marcellinus, & CN. Cornelius L. F. Lentulus consules fuerunt an. DCCXXXV. & CN. Cornelius CN. F. Lentulus Augur postea Getulicus dictus cos. fuit cum M. Licinio Crasso post quattuor annos. Hic legatus Augusti triumphalia ornamenta accepit de Getuleis ex Africa an. DCCLIX. & an. DCCCL. CN. Cornelius Lentius L. F. Flanan Martialis cos. fuit cū M. Valerio Messallino Cotta. Et biennio post Cosfus Cornelius CN. F. Lentulus postea Isauricus dictus cos. fuit cum L. Carpurnio Pisone Augure. Hic etiam legatus Aug. an. DCCLIX. triumphalia accepit de Isareis ex Cilicia. Eodem anno P. Cornelius CN. F. Lentulus Scipio ex kal. Iulii cos. fuit cum T. Quinctio Crispino Valeriano. Necnon anno DCCXLII. ex kal. Iul. Ser. Cornelius CN. F. CN. N. Lentulus Maluginensis Flamen Dialis cos. fuit. Scipionis cognomine unum reperio P. Cornelius P. F. P. N. qui cos. fuit cum L. Domitio Ahenobarbo an. DCCXXXVII. Sulla quoque unus est L. Cornelius P. F. qui collega Augusti fuit in XII. consulatu an. DCCXLVIII. & VII. vir epulonum. Hunc credunt aliqui P. Sulla cos. des. fil. qui Ser. filius fuit. Cinna unus L. Cinnae quater consulis nepos cn. Cornelius L. F. L. N. Cinna Magnus cos. fuit cum L. Valerio Messalla. Voluso an. DCCLVII. Dolabella unus P. Cornelius P. F. P. N. cos. fuit an. DCCLXII. cū C. Junio Silano Flamine Martiali. Ipse Septemuir epulonū, & sodalis Titiensis fuit. Praeter hos, qui ex veteribus nobilissimis familiis patriciū fuerunt: reperio Balbos Cornelios consulares,

Gg 2 quorum

quorum origo Gaditana. Primus Balbus a cn. Pompeio ciuitatem Romanam accepit, de qua postea periclitatus est, & defensus a Cicerone. Huius filius, ut arbitror, cos. suffectus fuit, primus ex prouinciis ad Oceanum constitutus, ut Plinius animaduertit, L. Cornelius l. f. Balbus cum P. Canidio Crasso an. DCCXIII. Alter Balbus fuit L. Cornelius p. f. qui Procos. ex Africa vi. Kal. April. an. DCCXXXIV. triumphauit. Hunc existimo cos. suffectum fuisse ante annos XIII. cum Paullo Aemilio Lepido ex Kal. Iulis. quamuis Balbi nomen in fastis desit. Quod si non is est, inter eos, qui sine cognomine Cornelii fuerunt collocetur? Iulius Capitolinus auctor est. D. Caelium Balbinum, qui cum M. Clodio Pu-pieno Maximo Imperator factus est, aduersus Maximimum Imperatorem, patricium, nobilissimumq. fuisse, quod originem suam a Cornelio Balbo Theophane deduceret. Theophanē Pompeii Magni libertum fuisse credo, aliumq. a Cornelio Balbo. propinquum tamen fuisse indicat Cicero in oratione pro Balbo, & ab eodem Theophane adoptatum. Recte igitur idem Theophanes Balbus dici potuit. Balbinos uero a Balbis dictos uerisimile est. Itaque potuit aliquis Cornelius Balbus a Caelio adoptatus Caelius Balbinus dici, ut Claudius Marcellus a Lentulo adoptatus Cornelius Lentulus Marcellinus dictus est. Post Augustum, & ante Vespasianum Imp. adhuc retinuerunt antiqua cognomina hi consulares. Ser. Cornelius Ser. F. Cethegus cos. an. DCCLXXV. cum L. Vitellio Varrone. Cossus Lentulus Cossi f. cn. n. Isauricus cum M. Afinio Agrippa cos. anno sequenti. Cn. Lentulus Cn. f. cn. n. Getulicus cum C. Caluifio Sabino cos. anno proximo. L. Cornelius l. f. p. n. Sulla cos. cū Ser. Sulpicio Galba, qui postea Augustus appellatus est anno urbis DCCXXXV. quo anno IASVS CHRIS TVS dominus noster cruci affixus est. Superiores sub Ti. Caesare Imp. fuerunt. Ser. Cornelius Scipio Orfitus collega Ti. Claudi Imp. in v. consulatu an. DCCCIII. Ab hoc plures Orfiti consulares. P. Cornelius l. f. l. n. Sulla Faustus cum L. Saluio Othonem patre Imp. Othonis cos. anno sequenti. Eodem anno ex kal. Iulis suffectus est L. Sulla frater consul ordinarii cum M. Licinio Crasso Muciano, sub eodem Ti. Cl. Imp. Sub Nerone P. Scipio p. f. cos. fuit cum Q. Volusio Saturnino an. DCCCVIII. Cossus Cornelius Cossi f. Cossi n. Lentulus collega fuit Neronis Imp. in i v. consulatu an. DCCCII. P. Cornelius p. f. Scipio Asiaticus cos. ex kal. Sept. an. DCCXX. cum C. Bellico Natali sub Galba Imp. At homo nouus Cornelius La-co Praef. Praetorio a Ti. Cl. Aug. triumphalia ornamenta accepit an. DCCXVII. de Britanneis. A Vespasiano ad Gallienum Imp. unum. Scipionem Asiaticum, plures Scipiones Orfitos, ceteros Cornelios variis cognominibus consulares appellatos inuenio. Omnes temporum ordinem secutus referam. C. Priscus sub Vespasiano cos. fuit cum L. Ceionio Commodo. Vero auo L. Aelii Caesaris, quem Hadrianus Imp. adoptauit. annus consulatus fuit DCCXXX. Alter Cornelius Priscus cum Pompeio collega post xv. annos cos. sub Domitiano Imp. Post hunc P. Cornelius Tacitus historicus cos. suffectus T. Verginio Rufo iii. qui recusauit occiso. Vindice imperium, collegae Neruae Aug. in tertio consulatu an. DCCCLIX. Ab hoc Tacito Imp. M. Claudius Tacitus gloriabatur se originem ducere, eius libros saepius quo-

tannis

tannis describi, & in omnibus bibliothecis conseruari iussit. Eodem anno M. Cornelius Fronto ii. cos. cum Fabio Postumo ex Kal. Iulis. cos. iii. fuit cum Imp. Traiano iii. cos. post triennium. Huius filius M. Cornelius Fronto orator, & cos. magister fuit Imperatorum Antonini, & Lucii, eius etiam nepos Fronto cos. fuit, qui ex Aufidia Aufidii Victorini bis Praefecti urbis, & consulis filia M. Aufidium Frontonem procreauit. A. Cornelius Palma bis consul fuit sub eodem Traiano. Namq. anno DCCCLVI. cum C. Sofio Senecione ii. & decen-nio post cum C. Caluifio Tullo ii. occisus est ab Imp. Hadriano. Cornelius Scipio Orfitus ex kal. Mart. cos. suffectus an. DCCCLIII. Sub Hadriano Imp. P. Cornelius p. f. Scipio Asiaticus ii. cos. cum Q. Vettio Aquilino an. DCCCLXXVII. Prioris consulatus tempus incertum est. Ser. Cornelius Scipio Orfitus cos. fuit cū Q. Nonio Prisco an. DCCCI. sub Pio Imp. L. Cornelius c. f. Gal. Celsus cos. fuit sub Marco, & Lucio fratribus Imp. cū C. Iulio Macrino an. DCCCCXVI. Eiusdem cognominis Augusti tēpore Cornelius Cel-fus de rhetorica, de re medica, de agricultura, & de re militari scripsit elegan-tissime. Cornelius Scipio Orfitus, & Seruilius Pudens consules fuerūt anno se-quenti. Alter Scipio Orfitus cum C. l. Maximo cos. fuit anno DCCCCXXIV. sub Marco Imp. Tertius Orfitus post annos sex cos. cū Vettio Rufo sub eodem Marco, & Commodo Imp. P. Cornelius Anullinus ii. cos. fuit cum M. Aufidio Frontone an. CCCLXI. sub Seuero, & Antonino Imp. Alterius consulatus tempus ignoratur. Alter Anullinus, qui cos. fuit cum Q. Aquillio Sa-bino ii. sub Caracalla Imp. an. DCCCCLXVIII. non Sex. Cornelius p. f. appella-tur, ut quidā scriperunt, sed Sex. Aurelius Anullinus ex tubulo aquae Marciae. Peruenimus ad P. Licinium Gallienum Imp. cuius uxor Cornelia Salonina Au-gusta appellata est. Filii uero P. Licinius Cornelius Saloninus Valerianus Cae-sar, & Q. Iulius Licinius Saloninus Gallienus Caesar. Sed Valerianus Cae-sar sex annis ante patrem, Gallienus Caesar cum patre occisi sunt. Post haec tempora unum tantum consularem inueni. P. Cornelius Anullinus cos. suffectum ex Kal. Iul. occisum a Maxentio Caes. an. CCCLVII. sub Constantio Sen. & Galerio Maximiano Imp.

DOMITIA

DOMITIA plebeia gens consulares uiros, & Censorios aliquot habuit, aliisq. honoribus, & sacerdotiis usos, qui eam nobilem reddiderunt. In duas stir-pes Caluinorum, & Ahenobarborum distinguitur. Caluini tres, quattuor co-sulatus Cesuram, & Triumphum, & Magisterium equitum destinatum affecuti sunt. Primus Cn. Domitius, siue Caius, cos. fuit cum A. Cornelio Cocco Aruina ii. anno CCCCCXII. Alter Cn. Caluinus superioris, ut creditur, filius cos. fuit an. CDLXX. cum P. Cornelio Dolabella Maximo. Censor triennio post cū Q. Fabio Maximo Gurgite. Iustrū fecerūt XXXII. Caluinus plebeius Censor primus Iustrū condidit. Tertius longo interuallo Cn. Domitius M. f. m. n. cos. fuit cū M. Valerio Messalla an. DCC. Notatū in fastis est post viii. annos, hunc in insequentem annū designatū non inīisse, sed an de Magisterio equitū, uel de consu-

consularū dictum sit, incertum est. Iterum consul fuit cum C. Asinio Pollio
ne an. DCCXIII. Triumphum egit ex Hispania XVI. Kal. Sextil. post quattuor
annos sub Augusto Caesare. Praeter hos inuenio Cn. Domitium Cn. f. Calui-
num Aedilem Curulem fuisse cum Sp. Caruilio Q. f. Maximo an. CDLIV.
Ahenobarbi nouem, totidem consulatus, censuras duas, triumphos totidem,
triumphalia ornamenta, & Pontificatum Maximum semel obtinuerunt. Hos
patriciis allectos Suetonius appellat. Primus Cn. Domitius L. f. L. n. L.
Pron. cos. fuit anno DLXI. cum L. Quintio Flaminino. Huius filius Cn.
Domitius Cn. f. L. n. cum P. Cornelio Lentulo suffectus est in locum P. Scipio-
nis Nasicae Corculi, & C. Marci Figuli trigesimo post superioris consulatum
anno. Hic etiam Augur fuit. Tertius superioris filius Cn. Ahenobarbus Cn. f.
Cn. n. cos. fuit an. DCXXXI. cum C. Fannio c. f. Strabone. Hunc atavum Neronis
Imp. Suetonius appellat. Procos. triumphum egit de Galleis Aruerncis. an-
no proximo, uel biénio post. Censor fuit cū L. Metello Caluo anno DCXXXIX.
lustrum fecerunt LXII. acerba duorum plebeiorum censura fuit, duos & triginta
senatu mouerunt. Quartus Cn. Domitius Cn. f. Cn. n. superioris filius cos.
fuit cum C. Cassio Longino an. DCVII. censor post quadriennium cum L. Lici-
nio Crasso oratore. lustrum fecerunt LXVI. Idem Crassus parum collegae be-
niuolus dicere solebat, non mirum si barba ahenea esset, cui os ferreum, cor plu-
beum esset. Pontifex Maximus fuit an. DCXI. Hic tribunus plebis, quod in lo-
cum patris alium Augures cooptassent, ius sacerdotum subrogandorum a col-
legiis ad populā transtulit. Hunc auunculum Q. Catuli minoris fuisse Cicero
significat. Paterculus eā legē tulisse ait C. Mario III. cos. an. DCI. Idē diē dixit
M. Aemilio Scauro ad populum, quod sacra multa eius opera diminuta esse di-
ceret: cumq. seruus Scauri indicium professus ad eū uenisset; comprehēdi iussit,
& ad Scaurum deferri. Hunc Cicero fe puerum uidisse refert consulem, Censo-
rem, ac Pontificem Max. Quintus L. Domitius Cn. f. Cn. n. frater supe-
rioris cos. fuit cum C. Coelio Caldō an. DCIL. Sextus L. Ahenobarbus
Cn. f. quem Suetonius abauum constituit Neronis Imp. aitq. cum Practor esset,
Caesarem abeuntem consulatu ad disquisitionem senatus uocasse: consulem ē
Gallia reuocare temptasse. tandem successorem a Senatu eundem Domitium
datum fuisse, sed captum a Caesare Corfinii, ac liberatum Massilienses laban-
tes confirmasse, & in acie Pharsalica occidisse. Eius consulatus fuit an. DCXCIX.
cū Ap. Claudio Pulchro. Vxor eius Porcia M. Catonis soror germana. Septi-
mus Cn. Domitius L. f. Cn. n. superioris filius. cos. fuit cum C. Sofio an. DC-
XXI. sub Augusto. Hunc maxime laudat Suetonius, damnatum lege Pedia, ut
Caesaris percussorem, sed insontem, Bruti, & Cassii partes secutum, & post eorū
interitum classem retinuisse, eamq. postea tradidisse M. Antonio, restitutum
in patria amplissimos honores assecutum. Iterum oborta dissensione cum An-
tonio fuisse legatum, sed postea reuersum ad Caesarem Augustum. Triumphū
egit Procos. ex Hispania post consulatum anno proximo. Octauus L. Domitius
Cn. f. L. n. superioris filius. Hic consul fuit cum P. Cornelio Scipione an. DC-
XXXVII. Auus hic Neronis Imp. aurigandi artem, atq. facultiam eidem reliquit.
Triumphalia ornamenta ex Germanico bello tulit, an. DCXLVII. legatus Imp.
Caef.

Cael. Aug. Vxor Antonia maior M. Antonii Triumui, & Octaviae maioris
sororis Augusti filia. Ex ea suscepit Cn. Domitium Ahenobarbum Neronis
patrem, quem ex Agrippina Germanici, & Agrippinae filia procreauit. Con-
fessus est pater nato Nerone, nihil ex se, & Agrippina posse, nisi detestabile
procreari. Cum tierba Suetonii cum fastis Verrii confero, magnam uideo
uarietatem. Nam Suetonius septem consulares, Vertius nouem enumerat: Su-
etonius post tres Lucios tres Cnaeos, ceteros uarie Lucium, & Cn. alternando
constituit. Verrius duob. tribusue Luciis quattuor Cnaeos duos Lucios statuit,
ceteros alternando uariat. Sustulisse uidetur Suetonius quartum Cnaeum,
& quartum Lucium, Cnaeinorum fortasse familiae esse existimans. Censura ta-
men erit alteri addenda, cum Suetonius duos Censorios in his septem enum-
eret. Paternulus septem ante Cn. Neronis, vt arbitror, patrem ait fuisse
singulos parentibus suis natos, consulares, sacerdotes, & paene omnes triūpha-
les. Sed, ut hoc, quod de triumphis dicit falsum est, ita cetera falsa esse possunt.
Pater Neronis consulatum gessit cum A. Vitellio patruo A. Vitelli Imp. an.
DCCLXXXIV. sub Ti. Caesare Aug. Paullo post Cn. Domitius Cn. f. Cor-
bulu cos. suffectus fuit ex Kal. Febr. an. DCXC. sub Caligula Imp. eidem post de-
cennium ornamenta triumphalia data sunt de Chauceis ex Germania legato.
Ti. Cl. Imp. Anno proximo post superioris consulatus annum cos. fuit
Cn. Domitius Sex. f. Afer cum Q. Curtio Rufo ex Kal. Iulis sub Caligula
Imp. A Vespasiano ducta est Fl. Domitilla Fl. Liberalis filia, ex qua Titū,
& Domitianū postea Imperatores, & Domitillā suscepit, & uxore, & filiā adhuc
priuatus amīsit. Domitiāhus matris nōmen uidetur accepisse, ut pater Vespasia
nus a Vespasia Polla matre dictus est. Domitianū uxor Domitia Longina,
quae Aelio Lamiae nupserat, postea Augusta appellata est. Post haec
tempora ante L. Domitium Aurelianum Imp. duos tantum consulares inuenio.
Domitium Apollinarem, qui cum Fabricio Veientone cos. suffectus fuit ex
kal. Iul. an. DCCLXIX. sub Nerua Imp. & C. Domitium Dextrum, qui in secun-
do consulatu collegam habuit L. Valerium Messallam Thrasiam Priscum an.
DCCCXI. VIII. sub Seuero Imp. Prioris consulatus tempus ignoratur. Imp.
L. Domitius Aurelius Valerius Aurelianuſ humili genere Sirini, uel in
Dacia Ripensi natus Pont. Max. TR. POT. V. COS. III. IMP. III. occisus est, filiam
reliquit, ex qua senator Aurelianuſ, & alii orti sunt. Post hunc Imp. neminem
consularem uno excepto reperi, Domitio siue Domitio Leontio, qui cum Sal-
lustio cos. fuit an. CI. sub filiis Constantini Max.

F A B I A

FABIĀ familia patricia maiorū, ut opinor, gentium, quae clarissimos viros
habuit, & omni honorū genere ornatisimos: in sex stirpes diuiditur, quarū tres
frequentes sunt Vibulanorū, Ambustorū, & Maximorū; tres minus frequentes
Dorsonū, Pictorum, & Buteonū. Vibulanū septem consulatus obtinuerūt.
Tribunatus Militares consulari potestate v. Decemuiratum legib. scribendis
bis, triumphum, & ouationem semel. Primus Q. Fabius k. f. Vibulanus consul
fuit

fuit anno eclxxix, cum Ser. Cornelio Maluginensi Cocco. Huius pater Kaeso, siue Caeso. Quaeſtor perduellionis fuerat proximo anno. Iterum cos. fuit cum C. Iulio Iulo triennio post priorem consulatum, biennio proximo oecifus est.

ii Huius frater K. Fabius cos. fuit cum L. Aimilio Mamercino anno proximo post priorem fratris consulatum. Iterum cos. fuit anno proximo post posterioris consulatus fratris annum cū Sp. Furio Medullino Fuso. Tertio consul fuit an. cclxxiv, cum T. Verginio Tricosto Rutilo. Superiorum frater M. Fabius consul fuit proximo anno post primi consulatus Kaesonis fratris annū cum L. Valerio Voluso Potito. Iterum consul fuit proximo anno post secundi consulatus eiusdem fratris annum cum cn. Manlio Vulsone. Ita factū est, quod nunquam amplius evenit, ut tres fratres septem annis semper consulatus obtinerint. Biennio tamen post, siue anno proximo cccvi. Fabii cum familiis, & clientibus ad Cremeram Caecasi sunt a Veientibus, diē atrum, & portam Carnamentalem, qua exierunt, sceleratam Romani uocauerunt. Falsumq. est, unum tantum impuberem domi relictum, idq. iure reprehendit Dionysius.

Post horum caedem Q. Fabius M. P. K. N. consul fuit anno ccxxvii. cum Ti. Aimilio Mamercino ii. & Iterum cōſul cum T. Quintio Capitolino Barbato iii. biennio post fuit, & in consulatu lustrum fecerunt viii, nondum ad id munus Centoribus creatis. Tertium consul cum L. Cornelio Maluginensi Cocco sexto post superiorē anno, lustrum etiam fecerunt x. & triumpharunt Fabius Nonnis Mai de Aequis, Cossus iv. Idus de Volsceis Antiatibus. Quartum consulatum obtinuit suffectus L. Minucio Augurino, cuius collega fuit C. Nautius Rutilus n. anno proximo post tertium consulatum. Decemvir legibus scribendis fuit an. ccciii. Iterumq. anno proximo, sed cum ceteris legibz. xii. tabularum conscriptis abdicauit. Hunc securus est M. Vibulanus filius cos. fuit an. cccxi. cum Postumo Aebutio Helua cornicine. Tribunus Militum post annos ix. cum M. Foslio Flaccinatore, & L. Sergio Fidenate. Sextus Q. Vibulanus superioris frater cos. fuit cum C. Sempronio Atratino anno cccxxx.

vii Septennio post Trib. Mil. fuit. Iterumq. post biennium. Septimus Numerius Vibulanus superiorum frater. Q. F. M. N. cos. fuit cum T. Quintio Capitolino Barbato an. cccxxxii. ouans de Aequis reuersus est. Trib. Mil. fuit post sex annos inter duos Quinti fratris Tribunatus. Iterū Tribunus an. cccxlvi. De huius Fabii praenominie multi scripferunt, eum Fabium, qui occisis cccvi. superstes fuit, duxisse filiam Numerii Otacilii Maleuentani viri locupletis ea cōdīcione, ut qui primus nasceretur, praenomen aui ferret. natoq. filio Numerium Fabium eum esse appellatum: neminemq. patricium antea eo nomine uocatum esse. Ego hunc alii fratribus minorem fuisse credo, cum post eos fuerit magistratus affsecutus. Vibulanos sequuntur Ambusti, Ambustos Maximi. Ambusti duodecim obtinuerunt Pontificatum Maximū, & Dictaturas duas. Principatus senatus tres, Magisteria equitum tria, Censuras duas, triumphum, & ouationem, Consulatus v. Tribunatus militares ix. Primus Q. Fabius Ambustus, quem putant M. F. Q. N. fuisse, ut Numerium, & Kaesonē Ambustos, quos huius fratres fuisse arbitrantur! Quae si uera sunt, addamus horum patrem fuisse M. Vibulanū, de quo supra diximus. Ita Vibulanos Ambustos

bustis coniungemus. Illud certum est Q. Ambustum cos. fuisse cum C. Furio Pacilo an. cccxli. Interreꝝ anno proximo fuerat, quod solis patriciis cōcessum est, & si ceteri Magistratus postea plebeii fuerint cōmunicati. N. Ambustus post hūc Trib. Mil. fuit sexto postea anno. Hunc Verrius affirmat fuisse M. F. Q. N. Tertius K. Ambustus superioris frater Trib. Mil. fuit biennio post superiorē. Iterumq. post tres annos, & tertio an. ccclviii. Tres postea fratres Q. K. M. Fabii M. F. cum legati ad Gallos Clusium obſidentes de pace missi effēſt, Clusiniſ opem tulerunt: Gallos irritarunt, vt arma contra vrbē Romā mouerent. proelio ad Alliam victores vrbē ingressi sunt. tres Fabii Tribuni Militum eodē anno ccclxiii. proximo anno occisi sunt. Hos Marci nepotes esse quidā ſuſpi- cātur, vt sint Q. pronepotes: nati ex fratre superiorū. Sequitur M. Ambustus K. F. M. N. Tribunus Mil. fuit an. ccclxxii. Iterumq. post xi. annos. ac Censor an no cccxc. cū L. Furio Medullino. lūſtrū fecerunt xx. Hunc, siue aliū M. Ambustus cōſtat Pont. Max. fuisse anno ccclxiii. cum capta vrbs fuit. fortasse is est, cuius eo anno tres filii Tribuni militum fuerunt. Huius vero M. Censorii due filiae Fabia Maior nupta Ser. Sulpicio Praetextato patricio Minor C. Licinio Caluo Stoloni plebeio occaſionem præbuerunt petendi consulem plebeium; quod exerceuit multos annos ciuitatem Romanā. Eiusdem fortasse filius fuit C. Ambustus, qui cos. fuit an. cccxcv. cum C. Plautio Proculo. Nonus M. Ambustus ter consul fuit. Hunc Verrius N. F. M. N. appellat. primo consulatu eius collega fuit C. Poetelius Libo Visolus biennio ante superioris consulatum. secundum quadriennio post primum gesit cum M. Popillio Laenate ii. tertium biennio post cum T. Quintio Capitolino Crispino. In prīmo consulatu ouans rediit de Herniceis Nonis Septemb. an. cccxciii. in tertio triumphans de Tiburtibus iii. Non. Iun. an. cccxcix. Dictator fuit comitiorū cauſa triennio post triumphum. Censorem fuisse neceſſe est, cum ter tribus lustris princeps senatus fuerit, hoc est xxv. xxvi. & xxvii. Censura fortasse ea est, quam M. Ambusto fratri patrueli tribuimus anno cccxc. & quam aliqui huic tribuunt quinquennio post, eam illi M. Ambusto, siue alii conferrem, aut totam abilicereim. Cum enim princeps senatus legeretur antiquissimus Censorius, quo eum antiquorem constituamus, magis ad ueritatem, aut ueritatis imaginem accedemus. Huius filius Q. Maximus Rullianus fuit, qui septies princeps senatus lectus est. de quo paullo post dicemus. Est etiam aliis M. Ambustus superioris, ut creditur Marci filius, qui Magister equitum fuit A. Cornelio Cocco Aruina Dictatore lūdorum, uel rei gerundae cauſa an. cdxxxii. xi quo anno Q. Fabius Rullianus cos. fuit. Ante hunc Q. Ambustus, cuius parentes ignoramus, Magister equitum fuit P. Valerio Potito Poplicola Dictatore Latinarum feriarum cauſa an. ccccix. & Dictator anno cdxxxii. Comitiorum cauſa. Duodecimus est C. Ambustus Mag. eq. in locum Q. Aulii Cerretani in proelio occisi Dictatore Q. Fabio Max. Rulliano an. cdxxxii. Hunc M. F. N. N. Verrius appellat, ut ipsum Q. Rullianum, cuius fratrem esse cre-dendum est. Ambustos sequuntur Maximi, uel potius Maxumi, ita enim tunc dicebantur, ex quibus originem ducunt; qui fere omnes aliis cognominibus singularibus inter se singuli distinguntur, cū omnes fere Q. Fabii Maximi ap-pellarentur.

pellarentur. xi. reperio ante Augusti morte his honoribus, & magistratibus usos fuisse. Dictatura enim quattuor, triumphos decē, censuras quinq. principatus senatus xii. consulatus xxi, & magisterium equitū obtinuerunt. Hoc singulare accidit huic familiae Fabiae, vt quattuor Principes senatus essent, tres Maximi, & unus Ambustus, pater, filius, nepos, ac pronepos, siue abnepos, & ex his tres pri
i mi xiii. lustris lecti fuerint sine ulla interpolatione, pronepos post duos, quoru
alter Fabius etiā fuit. Primus Q. Fabius M. f. N. n. Rullianus fuit, qui cognome a Rullis originē ducere videretur, in adoptionē datus Fabiis; quod minime scriptū reperi, Rullos tamen Seruilios plebeios appellatos fuisse certum est, uel ex eo, qui legē Agrariā promulgauit TR. PL. Cicerone cos. Maximi cognomē, ex Cēsura obtinuit, in qua turbā foresem in tribus urbanae coegit, qui plurimū in Comitiis poterant. Verrius tamen id cognomen ante Cēsura eidēm tribuit. Hic quinque cos. fuit, ter triumphalis, bis Dictator, quod pauci Romae obtinuerunt, septies princeps senatus lectus est, quod nemini datum est. Magister equitū fuit L. Papirio Cursore Dictatore rei gerūdae caussa an. CDXXVIII, coactus est, abdicare honesta de caussa, quod absente Dictatore Samnites hostes uicisset. Consul fuit post trienniū cum L. Fulvio Curuo. Ambo cos. de Samnitibus triumpharū: Fulvius Q. quirinalibus, hoc est xiii. Kal. Mart. Fabius postridie. Dictator rei gerundae caussa an. CDXXXIX. Magistrum equitū dixit Q. Auliū Cerretanū, occiso a Samnitibus C. Fabiū Ambustū fratre. Consul iterū fuit post quinquenium cū C. Marcio Rutilo, postea Censorino appellato, iterumq. Procos. triumpauit Idib. Nouemb. anno proximo de Etrusceis. In sequenti anno tertium consulatum gessit cū P. Decio Mure II. cos. et cū eodē Censor fuit an. CCCXLIX. Istrū fecit xxxii. a quo lustro princeps senatus in septimū lectus semper est. Iterū Dictator fuit triēnio post rei gerundae caussa M. Aemiliū Paullū Magistrū equitū dixit, eoq. anno sine consulibus duo Dictatores fuerunt, Rullianus, & post eum M. Valerius Corvus, senis mensibus, quod tēpus omnibus Dictatoribus ante L. Sullā constitutū fuit. Quartus consulatus datus est quadriēnio post cū eodē P. Decio, cū quo tertium, & Censuram gesserat. uno postea anno interiecto uācū iidē consules refecti sunt Fabius V. Decius IV. Hoc consulatu Decius exemplo paterno se deuouit, & occisus est; Fabius triumphum egit tertium de Samnitibus, Etrusceis, & Galleis pridie Nonas Sept. an. CDLXII. Huius filius Q. Gurges ter consularis, bis triumphalis, & Censorius, ac princeps senatus quater a paternis virtutibus non longe absuit. Consul fuit cum D. Junio Bruto Scaeuā anno CDLXI, triumphū egit Procos. de Samnitibus anno proximo patre legato in equo currū sequente. Iterum cos. fuit cum C. Genucio Clepsina post XVI annos, iterumque triumphauit de Samnitibus, Lucaneis, Bruttieis Quirinalibus an. CDLXXVII. Tertium consulatum egit cum L. Mamilio Vitulo post XI. annos. Censor creditur fuisse, quod princeps senatus lectus sit, anno CDLXXIII. cum C. N. Domitio Caluino, qui primus e plebe Istrū xxxii. condidit. Lustro XXIV. & tribus proximis lustris Gurges princeps senatus lectus est. Tertius Q. Maximus Verrucosus a Plutarcho pronepos Rulliani Maximī appellatur, sed cum Q. f. Q. n. a Verrio appelletur, credendum est Gurgitis nepotem fuisse, patrem vero Quintum nullis maioribus magistratibus usum

usum fuisse. Ipse quinques cos. bis Dictator, bis triūphalis, bis etiā princeps senatus, semel Censor, Pōtifex, Augur, & quod omniū maximū fuit, cōseruator populi Romani creditus est, secundo bello Punico. quod magis prudenti cunctatione, & cōstanti patientia asseditus est, quam aliis uirtutibus. de quo Ennius

*Vnus homo nobis cunctando restituit rem;
Non ponebat enim rumores, ante salutem:
Ergo postque, magisque uiri nunc gloria claret.*

Primū consulatum obtinuit anno DXX cum Manio Pomponio Mathone. Ambo cos. triūpharunt Maximus de Liguribus Kal. Feb. Matho de Sardeis Idib. Mart. Censor triēnnio post fuit cum M. Sempronio Tuditano. Istrū fecerunt XL. post biennium iterum cos. fuit cum Sp. Caruilio Maximio II. Ex hoc apparet censurae honorem quinquennio nō durasse, sed xviii. menses. Hic enim & Censor, & cos. fuisse, quod numquam accidit. Dictator an. DXXXII. Magistrum equitū dixit C. Flaminium Comitorum caussa, siue alterius rei urgentis; sed ridula superstitione abdicarunt, quod uitio creati essent sororis occentu audito. tantis tenebris maximi uiri tenebantur. Huius rei Valerius Maximus auctor est, & Plutarchus idem Minucio Dictatori contigisse affirmat. Iterum Dictator, uel potius pro Dictatore a populo creatus fuit anno DXXXVI. occiso ab Hannibale C. Flaminio II. cos. apud Trasimenum, Magistrum equitū dixit M. Minucium Rufum, qui primus obtinuit, vt ei imperium aequaretur Dictatori, quod obtestatione militum, & ambitione Minucii, neque intellecta prudenti Fabii cunctatione factum est. Sed Minucius temere usus imperio partem exercitus, cui praerat, in summum periculum adduxit, Fabius utrumque exercitum seruauit; idq. Minucius agnouit, patremq. appellauit, eique fasces subimit. Biennio post cos. tertio suffecetus M. Marcello II. qui vitio factus fuerat, isque creabatur in locum L. Post unii Albini III. qui occisus fuit, antequam iniret. Eorum collega fuit Ti. Sempronius Gracchus. Refectus est anno proximo cum M. Claudio Marcello III. & gladius, & clypeus populi Ro. ambo cos. dicti sunt. Quintum consulatum gessit cum Q. Fulvio Flacco IV. an. DXLIV. iterumque triumphauit de Tarentineis, & Poeneis. Princeps Senatus lectus est XLIV. & XLV. lustro. Tantam gloriam maior splendor Scipionis Africani imminuit. Sed alter alterius ope adiutus est, & ciuitas utrius obnoxia fuit. Filium amisit consularem Q. Fabium Maximum, qui Ti. Sempronii Cracchi II. cos. collega fuit an. DXL. post duos patris consulatus. Proditum est patrem Proconsulem filio consuli obuiam uenisse, iussuimq. a filio, vt equo descenderet: id v patri gratissimum fuisse. Ex liberis L. Aemiliū Paulli, qui de Perse Rege triūphū egit, paterq. Africani Minoris fuit, maiorē filium Verrucosum adoptauit, natū Papiria C. Masonis consularis, & triumphalis uiri filia. Is cos. fuit cū L. Hostilio Mancino an. DCVIII. Sunt qui adoptionem in filiū transferant. Hic Q. Fabius Max. Aemilianus appellatus est Allobrogici pater. Sextus est Q. Fabius Seruianus, quē putant Aemiliani fratrē adoptiuū fuisse adoptatū a Verrucoso, uel ab eius filio Q. Maximo, filiumq. fuisse afferūt Cn. Seruiliū Caepionis, cuius filii Cn. Caepio & Q. Caepio duobus proximis annis consulatum Q. Fabii

Seruiani subsecuti sunt, Consul autem is fuit cum L. Metello Caluo an. DCXI. Censor sexto postea anno cum Q. Fulvio Nobiliore, lustrum fecerunt LVIII. vii filium minus castum occidit, seq. e conspectu patriae priuauit. Allobrogicus secutus est, quem Amiliani fuisse filium certum est. Is cos. fuit cum Q. Opimio an. DCXXXII, triumphum egit anno proximo. Procos de Allobrogibus, & Rege Aruerorum Betulto, ut Verrius notat. Censor fuit an. DCXLV. cum G. Licinio Geta. lustrum fecerunt LXIII. Tum fornix Fabianus dictus est arcus iuxta regiam in sacra via ab eo Censore constructus, ibique eius statua posita est.

viii Huius filius fuit Q. Max, cui Eburnus ob candorem cognomen fuit, quem etia pulum Iouis vocabant. Consul fuit cum C. Licinio Geta an. DCXXXVII. Huic proditum est a Q. Pompeio Praetore Urbano bonis interdictum fuisse. Superiores Maximi reip. Romanae tempore fuerunt. Sub C. Caesare Q. Fabius Q. f. Q. N. consul suffectus fuit an. DCEVIII, qui trib. mensibus consul fuit uno, aut altero minus die, namq. III. kal. Ian. mortuus est, cui C. Caninius Rebilus, in unum diem suffectus est. In quem pleraque Ciceronis ioca sunt. Vigilantem, consulem fuisse, qui toto consulatu suo somnum non ceperit. Antea Flamines, Diales habueramus, nunc habemus consulem. Dum ad gratulandum festina-

x rem, nox me oppresit. Atque alia id genus. Sub Augusto Paullus Fabius

xi Q. f. Q. N. Maximus cos. fuit cum Q. Aelio Tuberone an. DCXLII. & anno proximo Q. Fabius Q. f. Q. N. Maximus Africanus cum Iulo Antonio. Hos duos Fabios fratres fuisse uerisimile est. Maximos ueteres non Maximos dicebant. Primus C. Caesar traditur optimum Maximum scripsisse, Maxsumos etiam scribere ueteres solebant, quod usus postea mutauit. Tres familias frequentiores Fabiorum peregrimus Vibulanorum, Ambustorum, & Maximorum: minus frequentes facilius persequemur. Dorsonum antiquissimum is est, qui capta vrbe ex Capitolio in collem Quirinalem ritu Gabino accinctus ad statum sacrificium Fabiorum accessit: & inde in Capitolium reuersus est an. CCC-LXIII. Is C. Fabius Dorso appellatus est. Eius gentis duos tantum consulares inuenio M. Fabium, qui cos. fuit an. CDVIII. cum Ser. Sulpicio Camerino. & C. Fabium illius fortasse filium, qui an. CDXC. cos. fuit cum C. Claudio Canina iterum. Pictorum duos etiam consulares legi. Alter est C. Fabius c. f. m. n. qui cos. fuit cum Q. Ogulnio Gallo anno CDXXIV. Hunc Q. Fabium appellat Plinius, eo que cos. ait argentum signatum primo fuisse Romae quinto anno ante primum bellum Punicum. Alter Caii frater n. Pictor, qui triennio post cos. fuit cum D. Junio Pera. triumphum egit bis III. Nonas Octob. de Saffinatis. & kal. Febr. de Sallentineis, Messapieisque. Pictores historiarum scriptores referuntur Q. N. SER. Graeceque eas scripsisse constat. Seruius etiam, vt iurisperitus a Cicerone laudatur, pingendi artem didicisse primum eius cognominis constat, eius opera a Plinio referuntur. Buteonis familia duos etiam habuit consulares, quorum alter multis aliis honorum titulis ornatus fuit: nam Dictator, Censor, & Magister equitum, & bis Princeps Senatus fuit Numerius Fabius m. f. m. n. Buteo. Is cos. fuit anno DV. cum L. Caecilio Metello II. Censor cum C. Aurelio Cotta post sex annos. lustrum fecerunt XXXIX. Magister equitum an. DXXIX. L. Metello collega Dictatore comitiorum causa. Dictator

stator sine Magistro equitum senatus legendi caufa fuit post pugnam Cannensem, quod numquam amplius accidit an. DXXXVII. Princeps senatus lustro XLII. & XLIII. lectus est. Alter Buteo superioris frater biennio post fratri consulatum cum C. Atilio Bulbo consul fuit. Buteonis nomine accipitris genus significari, a quo huius familiae id cognomen haesit, Plinius auctor est. Apud Appianum quoque legi Buteonem quandam fratrem patrualem Africani Minoris fuisse. Addam hoc loco Q. Fabium Q. f. Q. N. Labeonem, qui Praetor ex Creta naualem egit an. DLXIV. & post sex annos cos. fuit cum M. Claudio Marcello. Hunc ferunt arbitrum decepisse Nolanos, & Neapolitanos de finibus agrorum contendentes, & regem Antiochum bello uictum. illorum enim agrum, de quo lis erat, adiudicauit populo Ro. huius naues dimidiatae pollicitus ei se relietur, secari iussit, vt dimidiatae relinquenterentur. Vnum etiam consularem reperi, cognomine Licinum, cuius in superioribus haberi ratio non potuit. Is est M. Fabius c. f. m. n. Licinus, qui cos. fuit anno DVII. cum M. Otacilio Crasso II. Huius fortasse pater is est, quem paullo ante in Dorsonibus rettulimus, C. Fabius m. f. quem Eutropius antiquus, & fasti Graeci Licinium appellant, alii Luscium. A licino Licinia familia dicta est. Veteris poetae carmen legi in Porticum Licinum. Marmoreo in tumulo Liscinus iacet, at Cato nullo, Pompeius paruo: credimus esse deos? Vetustissima memoria Fabiorum est, vt fabula Herculis, & nymphae negligamus, sub Romulo apud Ouidium lib. ii. Fastorum.

Risit, & indoluit Fabios potuisse Remumq.

Vincere, Quintilios non potuisse suos.

Hos Festus Lupercos Fabianos, & Quintilianos uidetur appellasse a Fabio, & Quintilio praepositis. Alibi legi Fabium Celerem Centurionem Remum occidisse, quod muros urbis transgredi ausus fuerit. Romulum Celeres quosdam satellites habuisse notum est. Post mortem Augusti aliquot Fabii consules fuerunt, unus tamen solus ex patriciis esse uidetur Paullus Fabius Persicus, qui cos. fuit cum L. Vitellio patre A. Vitellii Imp. an. DCCLXXXVI. post resurrectionem Christi domini anno primo sub Ti. Caesare. Ceteri noui homines fuerunt, quos ordine temporum seruato referemus. C. Fabius Valens cos. suffectus fuit cum A. Licinio Caecina ex Kal. Sept. an. DCCXXI. sub Vitellio Imp. Fabius Postumus cos. suf. ex Kal. Iul. cum M. Cornelio Frontone II. an. DCCXLIX. sub Nerua Imp. L. Fabius Iustus cum C. Iulio Vrso Seruilio Seruiano II. cos. suf. ex kal. Iul. an. CCCCLXIII. sub Traiano Imp. Q. Fabius Catullinus cum M. Flavio Apro cos. fuit anno DCCXXII. sub Hadriano Imp. L. Fabius m. f. Gal. Cilo Septiminus Catinus Acilianus Lepidus Fulginianus bis cos. fuit priori consulatu cum FL. CL. Sulpicio ex Kal. Mart. an. DCCCCXLV. sub Pertinace Imp. Iterum cum M. Annio Libone post XI. annos sub Seuero, & Antonino, quo anno ludi saeculares VIII. facti sunt. Hic alios Magistratus obtinuit in titulis statuarum enumeratos. Praefecturam urbis, Legationes Augustales, pro Praefectis multarum prouinciarum, Praef. aerarii militaris, Procos. prouinciae Narbonensis, x. Viratum Stlitibus iudicandis, sodata.

lit. Hadrian. atq. alia munera. Ti. Fabius Titianus cos. fuit cum Imp. M. Julio Philippo an. DCCCXCVII. Hoc nomine alii quattuor cos. fuerunt. Fabius Iustus cum Fl. Magno Ianuario cos. fuit anno CIOXXIX. sub Constantino Imp. Alter Ti. Fabius Titianus cos. fuit cum Feliciano cos. an. CIOXXIX. quo anno Constantinus Imp. mortuus est. Tertius cos. cum Neratio Cerreali an. CIOCIX. sub Constantio Iun. Imp. Quartus cū Q. Aurelio Auianio Symmacho anno urbis CIOCLII. Christi CCCXCI. sub Valentiniano Iun. Théodosio, & Arcadio Imp. Quintus Ti. Fabius Titianus cos. fuit cum Imp. Leone III. cos. an. urbis CIOCCXVII. CHRISTI. CCCLXVI.

F V L V I A.

FVLVIA plebeia gens, sed quae non paucos habuit claros viros omni honorū genere ornatos; in tres familias cognominibus discretas diuiditur. Nam Curui, Paetini, & Nobiliores unam, Centumali alteram, tertiam Flacci obtinent. Curui duos, Paetinos tres, Nobiliores quattuor inuenio, sed septem tantum qui omnes fuerunt; quod duo bis numerantur; propterea quod alter, & Curuus, & Paetinus, alter & Paetinus, et Nobilior appellati sint. Hi igitur septem totidem consulatus, censuram unam, triumphos sex, ouationem unam, magisterium equitum item unum affecuti sunt. Centumali tres consulatus totidem, Dictaturam unam, triumphos duos obtinuerunt. Flacci septem consulatus deceni, censuras duas, Dictaturam, Magisteria equitum duo, triumphos sex consecuti sunt. Primus L. Fulvius L. f. L. n. Curuus cos. fuit anno CDXXXI. cum Q. Fabio Max. Rulliano. Ambo cosules de Samnitibus triumpharunt. Curuus Quirinalibus, Fabius postridie, hoc est XII. Kal. Mart. Magister equitum fuit dictus a L. Aemilio Mamercino Priuernate II. Dictatore rei gerundae causa post sex annos a consulatu. Huius filius, uel frater fuit M. Curuus Paetus L. f. L. n. qui cos. suffectus fuit Ti. Minucio Augurino in magistratu occiso, cuius collega L. Postumius Megellus erat. triumphum egit in consulatu de Samnitibus III. Non. Octob. an. CDXLIX. Paetini cognomen adoptionis indicium est a Paeteis, quod cognomen Aeliorū fuit. Oculorum uitium significat amantibus suave, quam obrem Venerem paetam dixerunt ut caesiam Mineruam. Tertius est M. Paetus CN. f. CN. n. qui cos. fuit cum T. Manlio Torquato, qui in magistratu mortuus est anno CCCLIV. & triumphū egit de Samnitibus, Nequinatibusq. Hunc superioribus coniungere non possumus, nisi fingamus, aliquē Luciu duos filios habuisse Lucium, & CN. ex Lucio superiores natos esse filios, aut nepotes, ex CN. hunc nepotem. Quartus Ser. Paetus Nobilior M. f. M. n. cos. fuit cum M. Aemilio Paullo an. CDXCIX. Ambo nauales egerunt triumphos de Cosurenibus, & Poeneis Fulvius XIII. Kal. Feb. Paullus XII. Kal. Feb. anno proximo Procos. Quintus post hos consulares, & triumphales ouationem supra triumphum, & consulatum adiecit, ut iure nobilior ceteris diceretur, M. Fulvius M. f. Ser. n. Nobilior. In Praetura ouans ex Hispania reuersus est an. DLXII. consel biennio post fuit cum CN. Manlio Vulfone, & post biennium a consulatu triumphum egit X. kal. Mart. de Aetoleis Ambracibus, & Cephalenia.

nia. Secutus est alter M. Nobilior M. f. M. n. superioris, ut creditur filius, qui etiam post consulatum triumphum egit. Consul fuit cum CN. Cornelio Dolabella Procos. triumphauit anno proximo de Liguribus, & Veleatibus XII. kal. Sept. an. DXCV. Huius frater Q. Fulvius anno sexcentesimo primus Kal. Ian. consulatum iniit cum T. Annio Lusco Censor fuisse dicitur cum Q. Fabio Max. Seruiliiano post XVII. annos. Iustrumq. fecisse LVIII. Fulvius aliquando in hoc nomine M. Cato Censorius, qui paullo post consulatum Q. Fulvii mortuus est; & eum, de quo loquebatur, non Nobiliorem dicendum esse affirmabat, sed mobiliorem. Centumalus primus CN. Fulvius CN. f. n. Maximus cos. fuit cum L. Scipione anno CDLV. anno proximo post consulatum M. Fulvii CN. f. CN. n. Paitini, qui uidetur frater eiusdem fuisse. Hic etiam triumphum egit de Samnitibus, Etruscisq. Idib. Nouemb. Dictator fuit clavi figendi causa an. CDXC. ut Verrius hanc omnia diligentissime in fastis conscripsit. Secutus est alter CN. Centumalus item CN. f. CN. n. superioris, ut creditur filius. Consul fuit anno DXXIV. cum L. Postumio Albino II. Anno proximo Procos. ex Illireis naualem egit X. kal. Quintus. Tertius CN. Centumalus CN. f. CN. n. consul fuit cum P. Sulpicio Galba Maximo anno DXLI. Successorq. fuit Q. Fulvii Flacci quater consulis, post eius tertium consulatum. Cognominis huius origo mihi ignota est, Legi in Pandectis Florentinis Centemmanum appellatum fuisse Appium Claudium Caecum. Ab eo nomine potuit hoc deduci, hoc est a centum manibus, litteram uero n. in L. mutari Mallii pro Manliis, gemelli pro geminis exemplo sunt. Flaccorum primus M. Fulvius Q. f. M. n. cos. fuit anno primo belli Punici primi, post urbem conditam an. CDXXCIX. cum Ap. Claudio Caudice, triumphum egit de Vulfiniensibus Kal. Nouemb. Magister equitum fuit Ti. Coruncanio Dictatore Comitiorum habendorū causa an. DVII. Huius filius Q. Fulvius M. f. Q. n. quater cos. Dictator, Censor, Magister equitum, & triumphalis, princeps huius gentis fuit. Primum consulatum egit nono post superioris Dictaturam anno cum L. Cornelio Lentulo Caudino in eo de Liguribus triumphauit. Censor fuit cum T. Manlio Torquato an. DXXII, uitio tamen facti abdicarunt. Iterum cos. fuit post septem annos cum eodem Torquato II. etiam cos. Magister equitum an. DXL. Dictatore C. Claudio Centhone Dictatore Comitiorum causa. His comitiis cos. III. designatus est cum Ap. Claudio Pulchro, ab his cos. & urbs obsidione Hannibalis liberata, & Capua capta est anno proximo, & Flaccus inuitu collega, & senatus litteris non lectis supplicium de senatorib. Campanis sumpsit. Dictator fuit comitiorum causa biennio post consulatum, & his comitiis IV. cos. designatur cum Q. Fabio Max. Verrucosso v. cos. Huius tres filii fuisse dicuntur Q. & L. Flacci, tertius datus est in adoptionem L. Manlio Acidino. Duo fratres tu primū consules eodem anno fuerunt Q. Fulvius Q. f. M. n. Flaccus, & L. Manlius L. f. L. n. Acidinus Fulvianus an. DLXXIV. Ambo etiam ante consulatum triumpharunt, Fulvianus anno proximo cos. des. Propraetore ex Hispania citiore, Fulvianus an. DLXIX. Propraetore ex eadem prouincia ouans rediit. Iterum etiam in consulatu Fulvius de Liguribus triumphauit. Censor postea fuit an. DLXXIX. cum A. Postumio Albino. Iustum fecerunt LI. in Censura L. Fulvium

ium fratre senatu mouit, quod Tribunus Militū cohortem suam iniussu con-
fulis domum dimiserit. Quartus est Q. Flaccus C.N. F. M. N. qui cos. suf-
fектus fuit in locum C. Calpurnii Pisonis uitrixi fui, qui in magistratu mortuus
est an. DCXXIII. Eorum collega fuit A. Postumius Albinus. Huius mater Quar-
ta Hostilia damnata est, quod uirum suum occidisse diceretur. Quintus
Ser. Flaccus, cuius parentes ignoramus, cos. fuit cum Q. Calpurnio Pisone an.
DCXXIX, triumphum egit de Vardeis ex Illurico. Anno proximo C. Flac-
cus collega fuit P. Scipionis Africani Aemiliani in secundo consulatu. Huius
etiam parentes ignorantur. Septimus M. Flaccus M. F. Q. N. cos. fuit an.
DCXXXIX. cum M. Plautio Hupsaco. Procos. biennio post de Ligurib. Vōcōtieis,
Salluuieisq. triumphauit. Hic cum M. Flacco Praetore filio; alioq. praetextato
an. DCXXXII. occisus est cum C. Graccho TR. PL. a L. Opimio cos. Horum
foror fuit Fulvia L. Caesaris consularis, & Censorii uxor mater L. Caesaris con-
sularis, & Iuliae matris M. Antonii Triumui reip. constituendae, cuius uxor
Fulvia, quae C. Curionis antea, & P. Clodii uxor fuerat, & ingentes spiritus in
Ciceronem, & postea in Augustum generum ostendit. Sub Domitiano Aug.
C. Fulvius Valens annos natus x c. Cos. fuit cum C. Antistio Vetere, & in ma-
gistratu mortuus est an. DCCXLVIII. Sub Seuero, & Antonino Imp. Ful-
vius Aemilianus consul fuit cum M. Nummio Ceionio Annio Albino an.
DCCCCLIX. Alter eiusdem nominis ultimo Gordiani Imp. anno cos. fuit cū
Peregrino anno urbis DCCXCVI. Iterum post quinquennium cum Vettio
Aquilino sub Philippis Augg. Tertius Aemilianus cos. fuit post decen-
nium a posteriore consulatu superioris cum Pomponio Bassu II. sub Valeriano,
& Gallieno Imp. Sub eodem Gallieno Imperatores Augusti appellati sunt
tres Fuluii Macrianus Iunior, & Quietus, pater cum duobus filiis, sed ab Aureo-
li duce Domitiano uicti, occisi sunt: ex eorum genere superstites. Alexandri
Magni imagine in omnibus ornamentis, & poculis utebantur. eam Macrianoru
familiam appellat Trebellius Pollio, & ex ea Cornelium Macrum. Postea
collega M. cl. Taciti Imp. in secundo consulatu fuit Fulvius Aemilianus
an. CIOXXIX.

F V R I A.

FVRIA gens patricia, uel unico M. Camillo illustris, aliis etiam clarissimis
uiris exornata est. Diuiditur in Fusorum, siue Medullinorum, uel Pacilorum,
atq. in Camillorum stirpes frequentiores. Phili quoq. & Purpureones eiusdem
gentis sunt, sed pauci ex eis consulares fuerunt. Hos omnes constat Fusios pri-
mum dictos, ut Valesios, & Auselios, postea Fourios, siue Furios. Idq. Fusorū
cognomen indicat Fuso Fusios dictos, ut ab Iulo Iulios, a Claudio Claudios, a
Voleso Valerios, a Cocco Cornelios, a Licino Licinios, a Plauto Plautios, a Tul-
lo Tullios. Lusit in hoc nomine eleganter Ouidius,

Cur ego non dicam Furia te Furiam?

Sub Tullo Rege S.P. Fusi pater patratus reperitur, Liuio teste, quem ex
hac

hac familia fuisse certum est. Fusos, & Medullinos, ac Pacilos XVII. in-
uenio obtinuisse Pontificatum Max. Consulatus XI. Tribunatus Militares XVII.
Censuras duas. Camillos quinq. affecutos fuisse inuenio Dictaturas VII. Trium-
phos quinq. consulatus quinq. Tribunatus militares VI Censuram. Interreges
fuisse ter. Philos duos totide cōsulatus, Censurā, & triumphū adeptos fuisse.
I Purpureonem vnum consulatum, & triumphum consecutum. Primus Sex.
II Furius Medullinus Fusus cos. fuit cum Sp. Nautio Rutilo an. CCLXV. Secun-
dus Sp. Furius cos. fuit post annos VII. cum K. Fabio Vibulano II. Tertius L.
Furius cos. fuit an. CCLXXIX, cū A. Manlio Vulfone. Iustrū fecerunt VIII. ante pri-
mos Censores anno XL. Quartus P. Furius biennio post cos. fuit cū L. Pinario
v Mamercino Rufo. Quintus Sp. Furius cos. fuit cū A. Postumio Albo Regil-
lensi an. CXXCIX. Hoc eodē anno P. Fusus consularis frater consulis occisus est.
Iterū cos. fuit suffectus Sex. Quintilio Varo, qui in hoc magistratu occisus est
VI an. ecce. eorum collega fuit P. Curiatius Trigeminus. Sextus Q. Fusi Fusus
VII Pont. Max. post quadriennium a superiore secundo consulatu. Septimus
Agrippa Medullinus Fusus cos. fuit cum T. Quintio Capitolino Barbato III.
VIII an. CCEVII. Octauus C. Fusus Pacilus, qui post quinque annos cos. fuit cū Ma-
nio Papirio Crasso. Censor septennio post consulatu cum M. Geganio Maceri-
no. Iustrū fecerunt XII. Tribunus militum fuit an. CCCCXXVII. Nonus L. Furius
Sp. F. Medullinus Trib. Mil. fuit sexennio ante superiore. Iterum creatus est
X anno proximo post superioris Tribunatū. Tertio anno CCCXXXIII. Decimus
L. Furius L. F. Sp. N. Medullinus, sic enim a Verrio appellatur. cos. fuit an. CCC-
XL. cum M. Cornelio Cocco. Iterū quadriennio post cum CN. Cornelio Cocco.
Septies Tribunus Militum fuit, quod huic, & Ser. Cornelio Maluginensi tantum
concessum est. Primus Tribunatus fuit an. CCCCXLVI. biennio post consulatu.
Secundus post alterum bienniū. Tertius an. CCCLV. Quartus anno pro-
ximo. Quintus biennio post quartum. Sextus anno sequenti. Septimus an-
XI no. CCLXII. Undecimus est C. Furius Pacilus, qui superioris C. Fusi Pacili fi-
lius, ut creditur, fuit. Consulatum gessit cum Q. Fabio Ambusto anno CCCXL.
XII Huius nepos, aut pronepos fuit C. Furius C. F. C. N. Pacilus, qui cos. fuit cū L.
XIII Gaecilio Metello an. DII. Tertiusdecimus fuit M. Furius Fusus Tribunus Mil.
XIV an. CCCL. Quartusdecimus Sp. Furius L. F. Sp. N. Medullinus Lucii bis cos. se-
pties Tribuni frater, quamuis hunc etiam Luciu Liuius appelle, Tribunus Mil.
XV fuit an. CCLIII. Quintusdecimus Agrippa Furius Medullinus Fusus alterius
Agrippae, ut creditur filius Trib. Mil. fuit cum L. Medullino VII. an. CCCLXII.
XVI Sextusdecimus est L. Furius Sp. F. L. N. Medullinus, qui Trib. Mil. fuit anno de-
cimo post superiori cum M. Furo Camillo VI. Iterum decennio post; Censor
XVII fuit cum M. Fabio Ambusto an. CCCXC. Iustrum fecerunt vicesimum. Septi-
musdecimus Sp. Furius superioris, ut creditur frater, Trib. Mil. fuit an. CCC-
LXXV. Hanc numerosam familiam nimis ieiune persecuti sumus; quod de
ea historici non satis certa scripserint; & Verri Fasti in his tradendis des-
iderentur. Camillorum primus ille princeps Romanae Reip. alter
Romulus dictus, cuius parentes ignoramus, M. Furius Camillus, cuius hono-
res maximi, & frequentes fuerunt, nam quinques Dictator, sexies Tribunus
Ii militum

militum fuit, quater triumphum duxit, semel Censor, ter Interrex factus est. Hic tamen tantus, ac talis uir numquam consul fuit, & exilium passus est. Sed ex relegatione maior ei gloria nata est, & patriam liberandi exilium ei occasio fuit. Primus ei magistratus Censura fuit, quam cum M. Postumio Albino Regillensi egit an. cccl. lustrum fecerunt xvi. Primus Tribunatus fuit biennio post, secundus tertio postea anno, anno proximo Interrex. Dictator anno ccclvii. triumphum de Veientibus egit quadrigis albis, biennio post tertio Trib. Mil. fuit, & an. ccclxi. Interrex ii. Postea in exilium ob inuidiam missus capta a Gallis Senonib. urbe an. ccclxiii. restitutus, & absens Dictator ii. factus Gallos uicit, & de ieiis triumphauit. Anno proximo Dictator iii. fuit rei gerundae cauſa iii. triumphū egit de Volsceis, Aequais, Etrusceisq. eodē anno Interrex iii. fuit. Quartum Tribunatum egit an. ccclxvii. quinctū post bienniū, sextum anno tertio post quinctū. Dictator iv. fuit an. cccxxv. rei gerundae cauſa; sed magis, vt seditione de plebeio consule sedaretur; tamen cum videret majoris seditionis occasionē ex delectu; & edictis oriri, abdicauit. Anno proximo Dictator v. triumphū quartū egit de Galleis Senonibus. & consule plebeio accepto a patribus, ac Praetore urbano, & duob. Aedilib. Curulibus patriciis creatis, seditione sedata est. Primus Praetor urbanus fuit Sp. Camillus M. f. Alter L. Camillus M. f. bis Dictator, semel cos. fuit. Priorē dictatura egit an. cdii. comitiorū habendorū catuſa, & eisdē comitiis cos. designatus est cū Ap. Claudio Crassino Regillensi. ambo patricii fuerunt. Iterum Dictator fuit quarto anno post consulatum rei gerundae cauſa. Tertius Camillus L. Furius Sp. f. M. n. consul fuit an. cdxv. cum C. Mainio. Triumphum egit de Pēdaneis, & Titurtibus iii. Kal. Octob. Iterum cos. fuit an. cdxxviii. cum D. Iunio Bruto Scaeuua. Quartus longo interuallo M. Furius P. f. P. n. cos. fuit cum Sex. Nonio Quintiliano an. ccclx. sub Augusto. Suetonius etiam auctor est. Ti. Claudium Caesarem habuisse admodum adolescentem sponsas duas Aemiliam Lepidam Augusti proneptem, & Liuiam Medullinam Camillam e genere antiquo Camilli Dictatoris, quam ipso die nuptiis destinato amisit. Sed & sub Ti. Caesare Aug. M. Furius M. f. P. n. Camillus Scribonianus cos. fuit suffectus ex Kal. Iul. an. DCC. Nunc de Philis uidendū est. Duos consulares reperiō eodē nomine utrumq. P. Furiū Philū appellari. prior cos. fuit an. dxxx. cū C. Flaminio. Hic Sp. f. M. n. a Verrio notatur. Triumphum egit in consulatu de Galleis, & Liguribus iiii. Idus Mart. Censor fuit post annos nouē cū M. Atilio Regulo, sed in eo honore mortuus est, & Regulus abdicauit. Alter Philus cos. fuit cū Sex. Atilio Serrano an. dcxvii. Hic laudatur, quod Q. Metellū, & Q. Pompeiū cōfulares inimicos suos in prouincia Hispaniā duxerit legatos inuitus, testes suarū actionum. Purpureo vñus L. Furius Sp. f. sp. n. ante cōfusatū triumphū egit Praetor de Galleis an. dlii. quadriennio post cos. fuit cum M. Claudio Marcello. Sub Imp. Claudio an. cixxii. cōfule īuenio Furiū Orfitū cū F. Antiōchiano. Idem Orfitus post trienniū Praefectus vrbi fuit, quo anno cōfules fnerūt M. cl. Tacitus, qui postea Imp. fuit, & M. Maecius Mēmius Furius Balburius Caecilius Placidus sub Aurēliano Imp. Post quadrienniū Furius Lupus Praef. urbi, & cos. collega Imp. Probi in secūdo cōfusatū. Praefecturā tenuit eo, & aliis duobus postea

ANTONI AVGUSTINI EP.ILERDENSIS. 351
postea annis. Ante superiores consules Furia Sabinia Tranquillina Augusta uxor Gordiani iii. Imp. fuit.

IVLIA.

I. Patriciae maiorum gentium in duas praecipuas stirpes scinditur Italorum, & Caesarum. Alia cognomina minus frequentia usurparunt, vt Mento, & Libo, de quibus posterius dicemus. Iulorū familia duodecim maioribus honoribus vños habuit, qui Decemuiratum legibus scribendis, Dictaturā, Censurā, Magisteriū equitum, Consulatus vii. Tribunatus Militares cōfulari potesta te ix. consecuti sunt. Caesares ante Augustū quinque, Dictaturas quattuor, Censuram, triumphos sex, Pontificatū Max. consulatus ix. obtinuerunt. Mento unus consul. Libo alter consularis, & triumphalis. Iulorum primus C. Iulius L. f. cos. fuit an. ccclxiv. cum P. Pinario Mamercino Rufo. Huius filius fuisse creditur C. Iulus C. f. L. n. qui cos. fuit post septem annos cum Q. Fabio Vibulano ii. Decemuir legibus scribendis fuit an. ccxi. legatus occisus est anno deinde xiii. Tertius fuit Vopiscus Iulius Iulus, qui cos. fuit an. ccxc. cum L. Aimilio Mamercino iii. Hic fortasse superioris frater fuit.

II. Quartus C. Iulus, cos. fuit cum M. Geganio Macerino an. cccvi. Hic fortasse x. viri filius fuit. II. cos. fuit post annos xii. cum L. Verginio Tricosto, qui anno proximo refecti fuisse dicuntur, quod alii historici negant. Quintus L. Iulus, qui Vopisci filius fuisse creditur, Tribunus Militum fuit cum Mamerco Aimilio, & L. Quinctio Cincinnato an. ccxxv. Magister equitum fuit A. Postumio Tuberto Dictatore rei gerundae cauſa. Anno proximo cos. cum L. Papirio Crasso i. t. an. ccclxxiiii. Post hunc Sex. Iulius post sex annos Trib. Militum fuit. Huius parentes ignoramus.

III. Septimus C. Iulus L. f. Vopisci n. Trib. Mil. fuit an. ccclxv. & triennio post iterum. Censor mortuus est an. ccclxi. eique suffectus est M. Cornelius Maluginensis, qui cum L. Papirio Cursore lustrum fecerunt xvii. eo listro vñbs a Gallis capta est. Religio fuit deinceps aliquem in demortui locum sufficere; quasi vero aliquid ad eam rem pertinuerit. Huius frater fuit L. Iulius, qui Tribunatum Militum gessit an. ccclii. & iterum post quadriennium. Ante hunc alter L. Iulus eundem magistratum gessit biennio ante priorem superioris Tribunatum. eius parentes ignoramus.

IV. Decimus eodem nomine appellatus est. Tribunus Militum fuit an. ccclxv.

V. Undecimus eiusdem nominis similem Tribunatum gessit an. ccclxxiv.

VI. Duodecimus C. Iulus Iulus Dictator rei gerundae cauſa in Castris dictus an. ccccc. Caesarum primus Sex. Iulius Sex. f. L. n. cos. fuit an. dxcvi.

VII. cum L. Aurelio Oreste. Post hunc alter Sex. Caesar C. f. sex. n. a Verrio appellatur. cos. fuit an. dclxii. cum L. Marcio Philippo. Eius successor L. Caesar L. f. Sex. n. superioris frater patruelis cum P. Rutilio Lupo anno primo belli Marsici consul fuit. Ab eo lex Iulia appellata est, qua ciuitas data fuit sociis, qui in officio manserunt, aut qui cito redierunt. Censor fuit anno proximo post consulatum cum P. Licinio Crasso, lustrum non fecerunt. biennio post occisus est cum fratre C. Caesare Strabone;

ii. qui

qui Aedilis Curulis fuit, Quaestor, Trib. Mil. bis, x. vir agris dandis, adtribuendis, indicandis, & Pontifex. Horum mater fuit Popillia, quam mortuam laudavit publice Q. Lutatius Catulus maior, horum frater uterinus, eique mulier tum primum is honos datus est, qui antea tantum uiris haberit solebat. Vxor L. Caesaris Fulvia M. Fulvii Flacci uiri consularis filia, qui cum C. Gracchus occisus est a L. Opimio cos. Huius filius L. Caesar cos. fuit cum C. Marcio Figulo anno DCXXCIX, cuius soror Iulia ex M. Antonio Marci oratoris filio Marcum Antonium Triumvirum, & Caium, & Lucium Antonios suscepit, postea P. Cornelio Lentulo Surae consulari nupsit, qui in coniuratione Catilinae Cicerone cos. occisus est anno proximo post L. Caesaris consulatum. Hic semper optimarum partium fuit, nulla propinquitatis. C. Caesaris, uel M. Antonii habita ratione. Qua de caussa proscriptus est a Triumviris, conservatus a sorore inuito filio eius Antonio. Huius filius fuit alter L. Caesar, qui cum mandatis de pace missus est ad Caesarem initio belli civili, Sequitur C. Iulius c. f. c. n. Caesar, cuius pater Praetor repentinus mortuus est an. DCCLXVIII. Auia paterna fuit Marcia Marci Regis filia. Amira Iulia C. Marii septies cos. vxor, quam mortuam laudauit. In ea oratione dixit Iulius a Venere, & Aenea; Marcios a Numa Rege ortos. Mater ei fuit Aujrelia, quae cum Pontificem Max. uidit, & nescio, an cos. Initium Pontificatus fuit idem ille annus coniurationis Catilinae, in qua consensisse insimulatus est. Quadriennio post cos. fuit cum M. Calpurnio Bibulo an. DCXCIV. Omnia solus per uim, & populum egit. L. Calpurnii Pisponis successoris in consulatu filiam duxit, Pompeia repudiata, ob P. Clodii Pulchri amorem, cum in Bonae deae sacris domi suae Aurelia mater reperit Clodium ueste muliebri indatum, Pompeia L. Sullae Felicis neptis fuit, Q. Pompeiorufo, & Comelia nata. Habuerat ante hanc uxorem Corneliam L. Cinnae quater cos. filiam, ex qua Iuliam suscepserat CN. Pompeii Magni uxorem. Ante Corneliam Cossutia Equitis Romanii filia Caesaris sponsa fuit. Post consulatum decem annos Gallias tenuit, postea cum exercitu aduersus CN. Pompeium, & consules Romanum uenit. Dictator a M. Lepido Praetore urbano dictus est an. pcciv. Iterum cos. anno proximo cum P. Seruilio Vatia Isaurico, quo anno vixto Pompeio II. Dictator reip. constituenda, M. Antonium Mag. Eq. dixit. III. cos. cum M. Aemilio Lepido an. DCCVII, fuit. & III. Dictator, anno proximo cos. IV. sine collega, censum viciatim egit. Eodem anno IV. Dictaturam init, quae ei postea perpetua concessa est. In tertio consulatu quater triumphum egit, primum de Galileis & Germaneis, secundum de Pharnace Ponti Rege ex Asia, Tertiū ex Aegypto de Rege Ptolemaeo, Quartum de Iuba Mauretaniae Rege ex Africa. In quarto consulatu quintum egit ex Hispania. Anno DCCIX, Dictator IV. uel potius perpetuus, consul v. occisus est Eridibus Martiis. Eius collega fuit M. Antonius. In hac quarta Dictatura ouans ex monte Albano vi. kal. Febr. reuersus est. Sororem habuit Iuliam nuptam M. Attio Balbo viro Praetorio, ex quo Attiam peperit. Atria C. Octauio c. f. c. n. c. Pron. nupta est, postea L. Marcius Philippo. C. Octavius Praetor fuit, & Procos. prouinciam Macedoniam rexit, in qua Imperator appellatus est. ex priore vxore Ancharia Octauiam Maiorem,

iorem, ex Attia Octauiam Minorem, & C. Octauium, quem heredein C. Caesar testamento reliquit. Quamobrem C. Iulius c. f. Caesar appellatus est, quem etiam iure Octauianum aliqui uocant. Post Caesares quinque de Menrone, & Libone agere polliciti sumus. CN. Iulius Mento cōsul fuit anno CCCXII. cū T. Quinctio Penno Cincinnato L. Iulius L. f. L. n. Libo cum M. Atilio Regulo an. CCCXXVI. & triumphum egit de Sallentineis VIII. Kal. Febr. cū M. Regulo collega. Sine cognomine antiquissima mentio est Proculi Iulii Senatoris, qui Romulo a Senatoribus, ut creditur, occiso iurauit se eum uidisse postea mandantem patribus, & populo, ut Quirinum appellarent, seq. ut deum colerent. Iulios etiam plebejos fuisse video, ex quibus Tribuni plebis fuerunt Ap. Iulius an. CCCIV. C. Iulius an. CCCXXX. L. Iulium Annalem, qui proscriptus est a Triumviris, & Q. Iulium Candidum, qui patrem proscriptum prodidit, plebejos fuisse existimo. De Sexto Annali teste producto in reum, quem Cicero defendebat, notus est iocus; cum enim laefisset reum, & accusator, dic aliquid M. Tulli si potes, de Sexto Annali; tum Cicero persum ex sexto Annali Eunii recitauit,

Qui potis ingentes causas euoluere belli.

Primus ex his cognomen ex lege Iulia Annali, quam pertulit, inuenit. Sunt qui putent Annales non Iulios sed Villios fuisse, legemq. Villiam non Iuliam appellandam. Haec de Iulii ante Augustum, a quo, & a maiori auunculo C. Caesare haec familia super alias omnes excelluit. Nam, ut uerum fateamur, libertatis tempore non a patriciis solum, Valeriis, Corneliis, Fabiis, Aemiliis, sed etiam a plebeiis Caeclisiis, & Fuluiis personarum, & honorum dignitate Iulia familia uicta est. A Caesare, & Augusto menses duo, qui antea Quintiliis, & Sextiliis dicebantur; Iulius, & Augustus appellati sunt. Ab eisdem omnes Imperatores Caesares, & Augusti dicti sunt. Inter diuos falsos hi relati sunt, Divus Iulius, Divus Augustus, Diuia Augusta, quae Iulia post mortem Augusti appellata est, ut ex parte heres. Diuia Drusilla C. Caesaris Caligulae foror. Diuia Iulia Divi Titi filia. Diuia Iulia Augusta Seueri Imp. uxor. Diuia Iulia Maesa Elagabali, & Alexandri auia materna. Diuia Iulia Mamaea Alex. Imp. mater. Diuus Philippus Senior. Diuus Philippus Iunior, & quae uere Diuia dicta est. PL. Iulia Helena, quam Sanctam Helenam dicimus, & ueneramus. Ex hac familia praeter supradictos Imperatores & Augustas fuerunt; Ti. Iulius Caesar Augusti Caesaris filius adoptiuus, C. Iulius Caesar Germanici filius tr. n. Augusti pronepos, Agrippina Augusta eiusdem Germanici filia. Ti. Claudiu Imp. uxor mater Neronis Imp. Iulia Soemias Augusta mater Elagabali Imp. Iulia Aquilia Seuera Augusta uxor eiusdem Imp. Iulia Paula Augusta, cuius cognationem ignoramus. Maximinus Imp. & C. Iulius Verus Maximus Caesar eius filius. C. Iulius Aemilianus Imp. & Q. Iulius Gallieni Imp. filius. PL. Iulius Crispus Caesar Constantini Max. filius, & PL. Iulius Constantius Iun. Imp. Ex tanta gloria iterum in obscuras tenebras deciderunt; & uix fumi praetereuntis umbra quasi in somnis uisa sit, leuēm quandam sui memoriam reliquit. Nunc de Augusto, & eius liberis uideamus; postea de iis, qui sub eo, & ceteris consulatus gesserunt. C. Octavius, ante adoptionem Magister equitum designatus

gnatus fuit in locum M. Lepidi C. Caesare IV. Dictatore an. DCCIX. post adoptionem eos. suffectus anno proximo, & III. vir Reip. constituendae cum M. Aemilio Lepido, & M. Antonio ex ante die V. Kal. Decemb. ad pridie Kal. Ian. Sextas. II. Triumuir in alterum quinquiennium cum eisdem fuit, sed Lepidū abdicare coegit, M. Antonium hostem Reip. declaravit, & uicit. terdecies cos. fuit, duas ouationes, tres triumphos egit, Tribuniciam potestatem XXXVII. accepit, Imperator XXI. appellatus est, Pontifex Max. fuit mortuo M. Lepido an. DCCXL. Post Actiacam uictoriam, quae DCCXXII. anno urbis accidit, solus imperium tenuit, optimusq. Imperator fuit ad an. DCCLXVI. quo mortuus est. Prioris XII. annos tyranni instar egit. Sponas habuit duas Seruiliam P. Isaurici filiā, hanc reliquit, ut priuignam M. Antonii duceret, Claudiam Fulviae ex P. Claudio Pulchro filiam: Sed eam intactam dimisit mores socrus exosus. Mox Scriboniam L. Libonis saceri Sex. Pompei Magni sororē, quae duobus antea consularibus nupserat, & ex altero mater erat, duxit. Cum hac etiam diuortium fecit. Tandem Liuiam Drusillam, quae postea Liuia Augusta dicta est, prægnatam ex Ti. Nerone duxit, quae post tres menses Neronem Claudium Drusum Imperatoris Ti. Claudiū patrem peperit. Ex Scribonia Iuliam suscepit, quae prius M. Marcelllo Octaviae sororis Augusti filio, eq. mortuo M. Agrippae nupsit, qui tunc Marcellam eiusdē Octaviae filiā habebat in matrimonio, & ex ea liberos: sed eam repudiata Octavia Antonio M. F. collocauit. Agrippa mortuo Iulia Ti. Claudio Neroni priuigno Augusti nupsit, qui uxorem prægnatam, & ex qua Drusum filium habebat, dimittere coactus est. Ea autem erat Agrippina M. Agrippae, de quo diximus filia ex Caecilia Attica Q. Caecilii Attici Pomponiani, & Piliae filia: quae post diuortium abortum fecit; & nupsit C. Asfinio Gallo Pollionis F. qui Salonini ex eadem pater fuit. Nepotes Augusti ex M. Vipsanio Agrippa, & Iulia filia fuerunt tres Caius, Lucius, & Agrippa Postumus: neptes duae Iulia, & Agrippina. Caium, & Lucium adoptauit emptos per aes, & libram a M. Agrippa patre. Ita ex Vipsaniis Iulii facti sunt. Iuliam duxit L. Paullus Censoris filius, ex his Aemilia Lepida nata est Ti. Claudiū Imp. sponsa, postea repudiata, quod parentes Augustum offenderant, Agrippinam duxit Germanicus Neronis Drusū, de quo diximus, & Antoniae Minoris filius. Erat autem Antonia M. Antonii Triumuirī, & Octaviae maioris minoris sororis Augusti, de qua diximus, filia. C. & L. Caesares Pontifices, consules designati, quamvis aliqui Caium cos. fuisse tradidissent, & principes iuuētutis mortui sunt, Caius in Lydia, Lucius Massiliae. Tunc Agrippam Postumum tertium nepotem, quem mox abdicauit, & Tiberium Neronem priuignum in foro per legē Curiatam adoptauit. Sic Nero ex Claudia familia in Iuliam uenit praenominē retento. Ti. Iulius Augusti F. Caesar appellatus est. Duas Iulias filiam, & neptem Augustus relegauit. natum ex nepte filium ali, adgnosciq. uetus. A Tiberio Caes. Germanicus fratri filius adoptatus est; ita is quoq. ex Claudio Iulius effectus est. Ti. Caesar ujvo Augusto patre adoptiuo Tribuniciam potestatem X V. I. accepit, Pontifex, & bis consul fuit, Imperator VII. appellatus est. Post mortem Pontifex Max. consulatum ter amplius accepit, Tribunic. potest. ad XXXVIII auxit, Imperator Octauum

Octauum appellatus est. triumphos duos egit, ouationem unam, triumphalia ornamenta bis consecutus est. Vxores duas habuit, quas paullo ante retulimus, Agrippinā, ex qua Drusum suscepit, & Iuliā Augusti filiam; ex hac nullos liberos habuit. Drusus Liuillā siue Liuiā duxit Neronis Claudiū Drusū, & Antoniae Minoris filiā Ti. Claudiū Augusti, & Germanici Caesaris sororem, quae ei Tiberium, & alios peperit. Sed a Seiano adultero persuasa uirum ueneno sustulit. Tiberium Drusū filium C. Caesar Imp. necari iussit. Germanicus Caesar Ti. Caesaris adoptiuus filius ex Agrippina Iuliae filia, Augusti uero nepte, ut antea dictum est, nouem liberos procreauit. ex quibus tres infantes perierunt: tres mares Nero, Drusus, & Caius, quem Caligulam dicebant; tres feminae fuerunt Agrippina, Liuilla, Drusilla, pro Liuilla alii Iuliam scribunt, quod ipsum denariis, & assibus C. Caesaris confirmatur. Agrippinam duxit Cn. Domitius Antoniae Maioris filius Ahenobarbus, quae ei Neronem peperit Imp. & postea Ti. Claudio Augusto patruo nupsit, Neroni filio adoptato, a quo postea occisa est. Iulia M. Vinicio, Drusilla L. Cassio. Longino siue M. Lepido nupsit. Has tres forores dicitur Caligula uitasse, Drusillam in diuos retulisse, duas alias relegasse. Agrippinam Germanici uxorem, & duos filios Neronem, & Drusum Tiberius Caesar Imp. uariis criminibus excogitatis mori coegit. Ipsum Germanicum per Cn. Pisonem sustulisse creditum est. Piso damnatus poenas dedit. Caius successor Tiberii, cuius morte accelerasse dicitur, eius crudelitatis heres, quadriennium fere in imperio debacchatus est. Pontifex Max. cos. IV. Imp. II. Trib. potest. IV. & triumphalis occisus est. Vxores habuit ante imperium Iunia Claudillam M. Silani filiam, postea Liuiam Orestillā C. Pisonis, Lolliam Paulinam C. Memmii uxores abreptas, & mox dimissas; & Caesoniam impudicam trium filiarum matrem duxit, ex qua filiam procreauit Iuliam Drusillam. Sed hanc cum matre percussores Caligulae occiderunt. Hic finis Caesarum fuit. Consules sub Augusto tantum reperio Iulios ipsum Augustum, & Ti. Caesarē, de quibus antea diximus, & Caium, ac Lucium M. Agrippae filios, nepotes Augusti, quos a patre emptos adoptauit. Ex quibus C. Iulius Aug. F. Caesar cos. designatus fuit, sed non iniit an. DCCXLVII. Consul uero fuit an. DCCLIII. cum L. Aemilio Paullo. L. Iulius Aug. F. Caesar superioris frater cos. designatus est an. DCCXLIX, sed non iniit. Tertius post hos Germanicus Caesar fuit, cuius pater naturalis Nero Cladius Drusus fuit, adoptiuus Ti. Iulius Caesar. hic consul fuit an. DCCLXIV, cum C. Fonteio Capitone, triumphum egit Procos. de Cherusceis, Catteis, Angriuarieisq. Germaneis. VII. Kal. Iul. an. DCCLXIX. Iterum sub Tiberio patre, eiusdem in tertio consulatu collega fuit anno proximo, sed aut nō iniit, aut statim abdicauit. Sub eodem Tiberio Drusus Caesar filius non adoptiuus sed naturalis cos. fuit cū C. Norbano an. DCCLXVII. Iterum cos. post sex annos cum ipso Ti. Augusto. IV. & anno proximo Tribuniciam potestatem in decennium accepit; sed post annum mortuus est. Hic etiā Germanicus appellatus est, & ouas Procos. de Germaneis rediit an. DCCLXXIII. Post Caligulam ante Maximinum Imp. hos consules inuenio. Primus est C. Iulius Atticus Vestinus, qui cos. occisus est an. DCCCXVII. sub Neroni Imp. Eius collega fuit P. Silius Nerua, quem etiam Silianum appellarunt. Sub eodem

356 EX LIBRO DE FAMILIIS ROMANORVM
dem Imp. C. Iulius Rufus cos. fuit biennio post cum C. Fonteio Capitone:
Eisdem cos. C. Iulius Vindex Propraetore in Gallis primus aduersus Nerone
cum exercitu se in libertate vindicauit, Galbamq. ut idem faceret, exhortatus
est. Sub Vespasiano Imp. Cn. Iulius Agricola Iulii Graecini eruditii uiri filius
cos. suffectus fuit cū Domitiano Vesp. Aug. & vi. an. DCCXXIX. Huius Agricolae
uitam conscripsit P. Cornelius Tacitus eius gener. ortum fuisse ait ex Foro Iu-
liensi Colonia, patre, quem diximus Graecino, quem C. Caesar Caligula, quod
noluerit M. Silanum accusare, interfecit. matre Iulia Procilla, utroq. suo equite
procuratore Caesaris, uxor eius Domitia Decidiana. electus est a Vespasiano
inter patricios. post consulatum filia collocata in Britanniam missus. ex uicto-
ria Britannica ornamenta ei triumphalia a Domitiano Imp. decreta, & statua.
successore missis, annos natus sex & quinquaginta Romae mortuus est. sub eo-
dē Domitiano C. Antius, Iulius Quadratus cos. fuit ex kal. Iulis cum M. Lol-
lio Paulino Valerio Asiatico Saturnino an. DCCCXLV. Sequitur Iulius Fe-
rox cos. suffectus cum Acutio Nerua an. DCCCLII, sub Traiano Imp. Q. Quinto
deinde anno Ti. Iulius Candidus II. & A. Iulius Quadratus II. cos. fuerunt. quo-
rum consulatus priores conscripti non sunt. Quamobrem suffectos fuisse ere-
didimus. Biennio post C. Iulius Seruilius Vrsus Seruianus cos. fuit ex kal. Iulis
cum Surano II. Iterum an. DCCCLXIII. etiam ex Kal. Iulis cum L. Fabio Iusto sub
codem Traiano. Tertium cos. fuit sub Hadriano, cuius fororem duxerat, & ab
eo x. c. annos natus occisus est. Hic etiā appellatur Ser. Seruianus. eius collega
fuit C. Vibius Iuuentius Verus. consules fuerūt an. DCCXXXVI. Sub Traiano
C. Iulius Africanus bis cos. fuit. Priori consulatu an. DCCCLX. cos. suffectus cum
Clodio Crispino ex Kal. Iul. in secundo collega fuit Imp. Traiani in sexto con-
sulatu post quadriennium. Secutus est Ti. Iulius Alexander. qui cos. suffectus
fuit ex Kal. Iul. an. DCCCLXIX. cum M. Erucio Claro, sub codem Traiano.
Sub Hadriano Q. Iulius Balbus cos. fuit cū P. Iuuentio Celso II. an. DCCCLXXXI.
Et sexto postea anno, L. Iulius L. f. Atticus Aelianus cum Pompeiano Luperco.
Sub Pio Imp. C. Iulius Seuerus, & M. Rufinus Sabinianus cos. fuerūt an. DCCCC-
VII. Sub Marco & L. Vero Imp. C. Iulius Macrinus cos. fuit cum L. Cor-
nelio Celso post annos IX. Et sub Imp. Pertinace C. Iulius Fructus Clarus cos.
fuit cum Q. Sofio Falcone an. DCCCCXLV. Sub Alexandro Imp. Iulius Lupus
cos. fuit cum Maximo an. DCCCCXXCIV. Maximinus Imp. patre Mieea matre
Ababa altero Gotho, altera Alana in Thracia natus a magnitudine corporis ap-
pellatus esse uidetur. Cuius filius C. Iulius Verus Maximus appellatus est. bar-
baris ferisq. morib. pater biennio Imp. fuit. p. m. Trib. Pot. III. cos. II. Pater pa-
triae occisus est cum filio Caesare. Sub eodem Imp. cos. fuit C. Iulius Africa-
nus collega eiusdem Imp. an. DCCCCXXCIIX. & anno proximo cos. suffectus ex
Kal. Mai Iulius Silanus cum Messio Gallicano. Sub Gordiano C. Iulius Arria-
nus, & Aemilius Papus cos. fuerunt an. DCCCCXCV. Imp. M. Iulius Philippus
Pont. Max. Trib. Pot. VI. cos. III. cū filio eiusdem nominis Pontifice Trib. Pot.
III. cos. II. Pro cos. occisi sunt. C. Iulius Aemilianus Imp. Pont. Max. Trib.
Pot. cos. occisus est. Q. Iulius Licinius Saloniinus Gallienus Caesar Gallieni
Imp. filius cum patre occisus est. Iam uero C. Iulius Capitolinus collega
fuit

ANTONII AVGUSTINI EP. ILERDENSIS. 357
,, fuit in consulatu secundo L. Domitio Aureliano Imp. an. DCCXXVI. p. Iulius &c
,, Crispus Caesar Imp. Constantini Maximi nothus filius post triennium Cos
fuit eum Imp. C. Aurelio Licinio V. & II. cum F. Valerio Constantino Iunio.
re. II. an. MLXXII. sub Constantino Max. & eodem Licinio Imp. F. Iulius Co-
stantius Imp. annis xxv. imperauit. Cos. fuit decies. triumphū egit Cos. VI. de
Magnentio, Decentioque tyranneis ex Gallia Pridie Kal. Mai an. DCCCVI.
Consulem postea unum tantum ita uenio Iulium Felicem Valentinianum, qui
,, cum Sex. Aurelio Victore Cos. fuit anno CCXX. sub Valentiniano Valente &
,, Gratianus Augustus.

I V N I A.

Iunia duplex & patricia, & plebeia, utraque nobilis fuit. Sed illa unico uiro
Consulari præfulsit L. Iunio Bruto, qui & primus Consul fuit, & auctor li-
bertatis populi Romani: plebeia in plures stirpes propagata xiii. Consula-
res uiros ante Augusti imperium habuit. Eorum cognomina hæc sunt: Brutis,
Scaenae, Bubulci, Peræ, Pulli, Silani, & Penni. Lucius ille Brutus M. Iunii.
& Tarquiniae sororis L. Tarquinij cognomēto Superbi Regis filius, stultitiae
simulatione, ne a Rege Superbo, vt Marcus frater, & pater occideretur, Brutus
cognomen accepit. Sed post illud Sex. Tarquinij facinus, qui Lucretiae Sp.
Tricipitini filiae, L. Tarquinij Collatini vxori vim intulit, sapientiam dete-
xit, & primus Regibus exigendis auctor fuit. quamuis iam tum Tribunus
Celerum esset, quo magistratu visus est in abrogando Regibus imperio. Pri-
mus Consul fuit, siue Praetor, sic enim a præceundo dicebatur; cum eodem
L. Collatino, quem tamen abdicare se magistratu coegit, & in exilium abire
extra urbem propter odiosum Tarquinij nomen; collega subrogato P. Vale-
rio Publicola, quem tunc Valerium Popliculam dicebant, in proelio occisus
est. Aruntem enim Superbi filium, ita inuasit, vt ambo iustum contraria cecide-
rint, vt Cicero in Tuscul. auctor est. Id proelium fuit pridie Kalendas Martias
anno post urbem conditam ducentesimo quadragesto quarto. Eum mor-
tuum matronae annum luxere. Vxor eius fuit Vitellia, siue Gellia, cuius fra-
tres Marcum, & Manium, cum duobus filiis suis Tito, & Tiberio, & fratris fi-
liis, vt quibusdam placet, atq. sororis Collatini Lucio, & Marco filiis, & Aquil-
liis ob coniurationem interfecit. statua ei decreta est, atq. statuta in Capito-
lio ex aere inter regum statuas gladium distingentis habitu, vt Plutarchus
affirmat. Idem Possidonium refert afferre ex tribus filiis duos securi interfici
iussisse, tertium infantem relictū, & quo familia Brutorum deduccta fit. Alios
ex Bruti dispensatore ortos fuisse dixisse, eos præfectum qui M. Bruti odio,
qui C. Caesarē cū D. Bruto, et C. Cassio, ac ceteris cōjuratis interemit, flagra-
rent. Hanc vero patriciam L. Bruti familiam Dionysius a quodam Aeneat
socio progenitam scribie. Plebeius verusissimus L. Iunius c. f. Patereulus,
qui primus Tribunus plebis fuit cum L. Sicinio L. f. Veluto anno xv. post
Reges exactos, hoc est an. CCIX. vt ex Asconio in Corneliana didicimus quā
eis pro L. Iunio Lauinium quidam scripsere, hos C. Licinum, L. Albinum

K k Luius

Liuius appellat: Dionysius L. Iunium Brutum, & C. Sicium Bellutum, & his tres alios additos G. & P. Licinium, & c. Iusillum Rhiuganum. Brutum illum Tribunum appellatum fuisse, non quod sanguine cum L. Iunio Consule eōfigeretur; sed quod eo nomine ab amicis laudaretur, ab inimicis irridetur. Post hunc Q. Iunius Tribunus Plebis fuit anno CCCXIV. consul primus D. Iunius Brutus Scaeua cum L. Furio Camillo, iterum an. CCCXXIX. fuerat Magister Equitum ante quatuordecim annos Q. Publilio Philoni Dictatori rei gerundae caussa. Alter eodem nomine D. Brutus Scaeua consul fuit anno CCCLXI. cum Q. Fabio Maximo Gurgite. Hunc superioris filium fuisse probabile est. Vtrumq. Saeuam non Scaeuanam quidam appellant, sed pleriq. omnes Scaeuanam, quod placet; cum videam Scacuolam siue Scaeulam cognomen Muciorum ab hoc deductum; siue a sinistra, siue ab omnino, aut augurio bono. Sinistra enim auspicia Romanis meliora fuisse; ut pote quae finerent rem fieri, sic enim interpretabantur. Ea Graece ~~καὶ~~ dicuntur. Sic Festus ait Scaeuanam & in bona, & in mala reuocari. Et Varro lib. vi. de lingua Latina pue-
ris refert turpiculam rem suspendi in collo, ne quid ob sit bonae Scaeuae cas-
sa, vnde Scaeula appellatus est, Scaeuumq. bonum esse omen dicit: quod si-
nistra bona auspicia existimarentur. Bubulci Bruti duo item consulares
fuerunt, quorum alter ter Consul, bis triumphalis, Dictator, censorq. semel,
ac bis Magister Equitum: alter iterum consul triumphauit, ambo c. Iunii di-
cti, c. a. patre, c. a. quo prognati Verrio Flacco auctore sunt. Prior enim
consul fuit anno CDXXXVI. cum Q. Aimilio Barbula, iterum quarto demum
anno cum L. Papirio cursore quinctum consule. anno proximo Magister e-
quitum fuit c. Sulpicio Longo Dictatore rei gerundae caussa. Tertium con-
sul cum collega suo Q. Barbula iterum eodem anno designatus est, & de Sa-
nitibus Nonis Sextilib. in consulatu triumphum egit. Barbula de Etruscis
Idib. Sextil. Biennio post iterum Magister Equitum L. Papirio cursore iterum
Dictatore rei gerundae caussa, quo anno, vt Verrius afferit, Dictator, & Ma-
gister equitum sine consulibus fuerunt. censor cum M. Valerio Maximo an.
CDXLVII. lustrum fecit XXVII. L. Antonium senatu mouit, quod uirginem repu-
diasset sine amicorum consilio. Dictator de Aequiis. III. Kal. sextil. an. CDLII.
iterum triumphum egit. Aedem salutis, quam consul voverat, censor locau-
rat. Dictator dedicauit. Eam aedem qui primus ex Fabiis pictor appellatus
est, pinxit. Huius filius ut creditur, Consul fuit an. CDLII. cum L. Postumio
Megello tertium, qui Interrex erat. Iterum Consul de Lucaneis, & Brutieis
Non. Ian. an. CDLXXVI. triumphum egit. Eius collega fuit P. Cornelius Rufus
nus iterum Consul. Post hos tres consulares Brutos accepimus fuisse, nullō
alio cognomine distinctos. Quorum primus M. Iunius M. F. L. N. consul fuit cū
A. Manlio Vulsone anno post urbem conditam DLXXV. Huius, ut arbitror pa-
ter Praetor Urbanus fuit tertio decimo anteā anno, annoq. ei proximo. P. Iu-
nius Brutus Praetor Tuscos prouincia obtinuit, et postea Pro praetore in ul-
teriorē Hispaniam profectus est. His temporibus, ut Valerius Max. scribit,
marcus, & Decimus Brutus primi in funere patris gladiatores dederunt anno
DLII. sed Florus lib. xv. id D. Bruto soli defert bello Punico primo. Alter co-
fularis

fularis D. Brutus, quem M. F. cicero in Bruto fuisse scribit, in consulatu collega fuit P. Cornelij Scipionis Nasicae Serapionis cognomento appellati anno urbis DCXV. Post consulatum callaicus appellatus est, & triumphum gessit Proconsule de Lusitanis, & callaiceis ex Hispania. Utteriore. De hoc Plutarchus, post Ciceronem refert non vt ceteros mense Februario, sed Decembri parentasse. Eundem Attio familiarem fuisse, & ab eo tempora de manubijs ornata versibus Attij decorasse alij conscripserunt. Huius filius ex clo dia uxore D. Brutus D. F. M. N. a Verrio censetur, collega Mamerci Lepidi Iuliani an. DCLXXVI. Non desunt, qui supra scriptis inferant M. Iunium Pennum, quem M. F. M. N. Verrius appellat, & fuisse existiment M. Brutus consularis filium, ac patrem D. Bruti callaici. Hic consul fuit cum Q. Ailio siue Allio Paito anno urbis DXXVI. Huius filius M. Pennus laudatur a Cicerone, ut pote qui in tribunatu plebis c. Gracchum exagitarit Quaestorem an. DCXXVI. Eumq. Aedilicium mortuum fuisse afferit. Ante hos tamen M. Iunius Pennus Praetor Urbanus fuit anno DLII. & post annos XXIX. alter M. Pennus Hispaniam citeriorem Praetor optinuit, quem illius filium esse existimo, hunc vero eundem illum consulem. Perae cognomine duos consulares reperio, quorum alter censorius, & bis triumphalis; alter Dictator, & censor fuit. Prior D. Iunius D. F. D. N. consul fuit anno CDXXXVII. cum N. Fabio Piætore, & in eodem consulatu bis triumphum egit v. Kal. Octob. de Sassinatis, & Non. Febr. de Sallentineis, Messapieisq. censor fuit anno quingentesimo cum L. Postumio Megello, qui Praetor etiam erat, & eo in magistratu mortuo D. Pera abdicauit. Sunt, qui suspicentur hunc Peram D. Scaeuae consularis fi-
lium fuisse, & alterius Scaeuae consularis nepotem. quod a temporum ratio-
ne alienum non est. Sed id, vt incertum omittamus. Alter consularis M. Pe-
ra D. F. D. N. superioris ut arbitror filius, consul fuit cum M. Aimilio Barbula anno DXXIII. et censor quinquennio post cum C. Claudio A. P. F. centho-
ne, lustrum fecerunt XLII. Dictator uero rei gerundae caussa post pu-
gnam kannensem an. DXXXVII. Magistrum Equitum dixit T. Semproniu-
m Gracchum Aedilem curulem. Eisdem temporibus Pulli cognomine L. Iunium, c. F. L. N. consulem fuisse inuenio cum P. Claudio Pulchro anno ur-
bis DIV. vrgente bello Punico primo: Sed ambo consules classem amiserunt, et Pulcher damnatus a populo est, Pullus necem sibi consciuit. Eis-
dem consulibus tertij Iudi Saeculares acti Antiae, & Liuio auctoribus.
In haec etiam tempora incidit, quod plinius lib. XXXIV. cap. VI. scribit P.
Iunio, & T. I. Coruncanio interfectis a Teuca Illyriorum regina tripedaneas
statuas positas fuisse. Sed Polybius lib. ii. Eos c. & l. Coruncanios ap-
pellat, et vnum tantum ex his occisum fuisse an. DXXIII. Ad Silanos con-
sulares ventum est, quos ex Manliis Torquatis originem duxisse indicant Ci-
ceronis verba lib. i. de finib. cui Valerius Max. lib. v. cap. V III, et Florus
lib. LIV. subscribunt. Nam T. Manlius A. F. T. N. Torquatus, qui cum
c. N. Octavio Consul fuit anno urbis DXXCIIX. cum Decimo Silano fi-
lium in adoptionem dedisset, isq. Praetor Macedoniam optinuisset, de pro-

uincialium querellis domi audiuit, erat autem iuris ciuilis, et Pontificij peritissimus; cumq. contra filium pronuntiasset, in conspectum suum venire ueruit, filius eadem nocte laqueo sibi necem intulit. at pater adolescentis sueri non interfuit, & se consulentibus aditum patere iussit. Hac de causa titulum extare scio cuiusdam sepulchri Virginis Vestalis Maxima, cuius apud Tacitum lib. iij. mentio fit, vt C. Silani pro Consulis Afiae sub Tiberij Caesaris fororis, quae cum C. Silani filia esset Iunia Torquata dicta sit. Ex veteribus Silanis M. Iunium Praetorem fuisse cognouimus anno urbis. Quingentesimoquadragesimoprimo, Hunc arbitror a Bois occisum fuisse post annos xvi.

Primus M. Silanus Consul fuit anno Sexcentesimoquadragesimoquarto. cum Q. Metello Numidico. Hic male cum Cimbris pugnauit, & accusatus est a CN. Domitio Tribuno plebis quinquennio post apud populum, duae tantum tribus Sergia, & Quirina damnarunt. Huius filius, vt arbitror D. Silanus m. f. Consul fuit cum L. Licinio Murena anno urbis Quingentesimononagesimoprimo. Hic primus in Senatu a Cicerone Consule rogatus, cum designatus esset, sententiam in P. Cornelium Suram, & Cethegum Catilinae socios dixit. Huius uxor Seruilia fuit Soror M. Catonis mater M. Brutii, qui adoptione in Seruiliam gentem inseritus est. Itaq. appellatur in Philippicis, & in denariis eius nomine signatis Q. Seruilius Q. f. Cæpio Brutus. Huius forores tres fuere Iuniae dictae ex Silano, ut arbitrator, patre natae, quarum una M. Aimilio Lepido Pontifice Maximo; & postea Triumuo reipub. constituenda nupsit, altera C. Cassio percussori Caesaris, quam Tertiam, siue Tertullam cognominatam fuisse acceperimus, de qua notus est Ciceronis iocus. Nam cum male audiret Seruilia, quod a Dictatore praedia emeret minimo pretio: nil mirum inquit ille, Tertia deducta est. De alia Iunia forore nihil accepimus. Tacitus in calee libri tertii, Iuniam C. Cassi vxorem obiisse ait sexagesimoquarto post Philippensem pugnam anno. Viginti clarissimarum familiarum imagines antelatas, Manlios, Quintios, aliaq. eiusdem nobilitatis nomina. Seruiliae, & Catonis mater fuit Liuia M. Drusi Tribuni plebis foror. M. Brutti percussoris Caesaris pater post mortem Syllae bellis ciuibibus a Pompeio occisus est, cum Florus M. Brutum appellat libro nonagesimo.

Alij duo eodem praenomine, & cognomine fuerunt, M. Brutus pater vir Praetorius, iuris ciuilis peritissimus, qui multis in locis a Cicerone, & a Pomponio in Digestis laudatur; & M. Brutus filius accusator dictus, quem L. Crassus multis iocis uexauit. Fuit etiam percussor Caesaris D. Brutus marci propinquus hic ab A. Posthumio Albino adoptatus. A. Postumius Brutii filius Albinus appellatus est. Consul designatus mutinae a M. Antonio obsessus est. Ab eodem postea occisus est, & parum viriliter collum percussori

præ-

præbuit, vt Valerius obicit. At M. Bruti vxores duae Claudia Appi Pulchri filia, & Porcia Catonis auunculi filia, quae prius ex M. Calpurnio Bibulo Caesaris in Consulatu collega filium habuit. Porciæ, Bruti interitus a multis laudantur; quos ego minime laudo. At eorum igniculos virtutis suspicio. Fuerunt enim in Bruto magna quaedam animi ingenij, & eruditiois atq. eloquentiae bona. Reliquit orationes, & de philosophia libros, qui non extant.

Ad Silanos redeo, quorum cognomen a Silo deductum esse censeo, non ut quidam existimant a Sylla, qui eos Sillanos conscribunt. Silus Seriiorum, & Liciniorum cognomen, eum significat, ut Festus refert, qui nafso sursum versus repando sit, & galeae Silae dicebantur ab eadem similitudine. Hos patricios fuisse, ut Torquatos, a quibus originem ducunt, quaerendum Censeo. auget suspicionem, quod collegas habuerint plebeios in Consulatu: alter Metellum Numidicum, alter Murenam.

Sub Augusto tres Consules Silanos inuenio. M. Silanum collegam Augusti nono Consulatu, an. Septingentesimoquigesimoctauo, quo anno Ianus Clusus est. Hunc D. f. M. N. quidam appellant, vt ceteris Consularibus coniungant. C. Silanum c. f. qui post octo annos Consul cum C. Furnio fuit, quo anno ludi saeculares quincti acti sunt. C. Silanum Caii filium Marci Nepotem Flaminem Martialem, qui anno Septingentesimosexagesimosecundo Consul fuit cum P. Cornelio Dolabella. Sub Tiberio Caesaris duo Consules Silani fuerunt, M. Iunius m. f. qui cum L. Norbano Balbo Cos, fuit anno Septingentesimo septuagesimoprimo & AP. Silanus, qui nono postea anno Consul fuit cum P. Silio Nerua Marci Silani filia Iunia Claudilla nupsit C. Caligulae ante adeptum imperium, quae ex partu mortua est. Soorem idem Imperator ad necem compulit. Marci frater D. Silanus Iuliae neptis Augusti adulter exilium voluntarium suscepit, vt Tacitus libro tertio scribit Temporib. Ti. Claudij Imperatoris D. Silanus Appi filius consul fuit cum Q. Haterio Antonino anno Octingentesimoquinto. Hunc Proconsulem Afiae, & fratrem Lucium generum Ti. Claudij Imperatoris Agrippina Neronis mater occidi iussit, ne filio præferretur in imperio. Eos Tacitus initio libri decimiertii appellat Diui Augusti abnepotes, Plinius uero libro septimo, cap. decimotertio naturalis historiae, Marcus Silanus, inquit, ne pos neptis Augusti, natus quo anno excessit e vita Augustus, Asiam obtinuit post Consulatum, a Nerone veneno sublatus. Idem Tacitus libro decimo quinto refert Torquatum Silanum mori coactum a Nerone, qui Diuum Augustum atavum ferebat. & libro decimosexto huius fororem Lepidam C. Casi si uxorem, & amitam L. Silani, quem etiam occidi iussit.

Sub Hadriano Imperatore Iunius Silanus Sisenna cum Hibero Consul fuisse dicitur anno DCCXXCV. In titulo tamen quodam Praenestini monumenti exstat mentio horum Cos. Q. Iunii Silani, & L. Septimi Valeriani, in quo tulo

Kk 3 tulo

tulo mentio fit Aelij Augusti liberti. Sub Commodo duo Silani eodem anno consules fuerunt cassiodoro anno DCCCXL. alterum Iunium, alterum Seruilius quidam appellant. Maximini vero temporibus consules suffecti ex kal. Mai Iunius Silanus, & Messius Gallicanus anno DCCXXXIX. Sub quibus Maximino abrogatum imperium est, & Gordiani Africani Imperatores appellati sunt. Maximini filio C. Julio maximo Caesari Iunia Fadilla proneptis Antonini Imp. sponsa coniuncta non est, sed post eius caedem Toxotio nupsit eiusdem familiae Senatori, & postea Praetori, cuius poemata legit Iulius Capitoinus. Enumerat idem ex Iunijs cordi indagatione arras, & munera regia sponsae data. Sed nos ceteros consulares Iunios persequamur, quorum varia cognomina fuerunt. Primus sub caligula Sex. Iunius celer cum Sex. Nonio Quintiliano consul suffectus ex Kal. Iulijs fuit anno DCCXCI. Alter Q. Rusticus collega Imperatoris Hadriani in tertio consulatu anno DCCCLXXI. Tertius eiusdem nominis, quem etiam Praefectum Vrbis fuisse sub M. Antonino, & L. Vero Vlpianus significat, eius collega in consulatu Vertius Aquilinus, vel ut in titulo cuiusdam monumenti est, Q. Flauius Tertullus kal. Iul. anno DCCCCXIV. Hunc existimobis consulem fuisse, eumq. esse, quem Iulius Capitoinus ait summum philosophum Stoicae disciplinae, cuius auditor Marcus Imperator fuit, eq. mortuo statuas a Senatu postulauit. Anno proximo A. Iunius Pastor Consul fuit cum L. Papirio Aeliano, siue cum m. Pontio Laeliano. Quidam quennio post T. Iunius Montanus cum L. Vettio Paullo. Altero anno hoc est DCCXXII. sub eodem Marco Imp. L. Iunius Clarus cum m. Aurelio Seuero, quem etiam cethegum quidam vocant. At sub Valeriano, & Gallieno Iunius Donatus cum Cornelio Saeculari iterum Consule anno CIQXII. quo anno Valerianus Imp. a Persis captus est. Sub Probo Iunius Messalja Consul fuit cum Grato anno CIQXXXI. Item C. Iunius Tiberianus anno proximo collega Imp. Probi IV. Secundus eiusdem consulatus fuit cum Cassio Dione anno CIQXIII. Sub Diocletiano, & maximiniano, quo tempore idem Tiberianus Praefectus Vrbis fuit. Inter hos duos consulatus m. Iunius Maximus, qui etiam Vrbis Praefectus fuit, bis Consul fuit. Namq. anno CIQXXV. Consul suffectus ex kal. Iul. cum m. Aurelio Maximino, qui postea imperium obtinuit, & biennio post Consul ordinarius fuit cum Vettio Aquilino sub Diocletiano Imp. Fuit alter Iunius Maximus cum Imp. Maxentio IV. Consul suffectus anno CIQLX. Sub Constantino, & Liciño Flauius Iunius Rufinus Cos. fuit quartodecimo an. post superiorem cum Acilio Seuero. Postremo Iunius Quartus Palladius collega fuit in Consulatu Septimo Imp. Theodosij Minoris anno CIQCLXIX. & eisdem temporibus idem Palladius Praefectus Vrbis, & Praefectus Praetorio fuit. Haec de Consularibus Iunijs. Triumphalia ornamenta C. Iunius Blaesus tulit anno urbis DCCCLXXV. Proconsul Africae permittente Tiberio Caesare quod auunculus Aelij Seiani Praefecti Praetorio esset, qui tum plurimū poterat eidemq. permisum est, ut Imp. more maiorum salutaretur a militibus post victoriam de

de Tacfarinate & Numidis, ut Tacitus lib. ii. & iii. refert. Huius fortasse filius fuit a Vitellio Imp. occisus Iuniis, & Antonii auis clarus, ut Tacitus lib. xix. refert. de quo fortasse Sudas in Apicio. Tulit etiam similia ornamenta L. Silanus Appi filius, cui Octavia r. i. Claudi imp. filia destinata fuit, quam Nero Imp. duxit uxorem, cum legatus de Britanneis victoriam obtinuit anno DCCXVI. Hunc, eiusque patrem de medio sustulit idem Claudio Imperator, eiusque fratrem Decimum Silanum Asiae Proconsulem Agrippina post tiberij mortem, ut supra diximus.

L I C I N I A.

I. LICINIA familia plebeia, sed clara, ac nobilis in quatuor consulares praecipuas cognominibus distinctas stirpes propagata est: Caluorum, Crassorum, Lucullorum, & Murenarum. Sed & Vari, & Getae, & Neruae, alii q. minus clari extitere, de quibus postea dicemus. Primus Tribunus plebis C. Licinius fuit anno CCLIX. ut Liuius scribit, C. & P. Licinii cum aliis trib. ut Dionysius, ac post XIII. annos sp. Licinius. Primus quoque Tribunus Militum consulari potestate de plebe p. Licinius Caluus anno CCCLIII. ita ceteri plebei cedere debent Liciniis, quod primi & plebeios, & patricios magistratus fuerint consecuti. Magister Equitum e plebe primus C. Caluus, consul plebeius secundus fuit C. Licinius Caluus Stolo, quem constat auctorem fuisse, ut alter Consul plebeius esse posset. Namq. ut Liuius refert, M. Fabio K. F. M. N. Ambusto, qui Tribunus militum bis, Censor, & Pontifex Maximus fuit, duae filiae natae sunt, quarum alteram duxit Ser. Sulpicius Rufus praetextatus, qui Tribunus militum fuit anno CCCLXII. Minor huic C. Caluo Stoloni nupsit. Hanc ferunt inuidia sororis, quae patricio nupta amplissimis magistratibus domum exornatam cerneret, impetrasse a patre, & a uiro, ut in hanc rem maxime incumberent: ut plebeii patricios magistratus consequi possent. tum Caluus tribunus plebis leges promulgavit, quarum alteram facile pertulit, ne quis ciuis Romanus supra quingenta iugera possideret: alteram de plebeis consulibus, de qua magnae contentiones ortae sunt. Sed ita in ea re perstitit Caluus, ut non permiserit comitia ulli haberi, nisi hac lege perlata. Ita idem Caluus cum L. Sextio Laterano refectus quinques tribunus plebis fuit, & curulibus magistratibus toto eo quinquennio Roma caruit. quorum primus fuit post urbem conditam annus CCCLXXVI. Consul fuit anno CCXXXIX. cum C. Sulpicio Petico, iterumq. triennio post cum eodem collega. Sed quarto post alterum consulatum anno sua lege Licinia damnatus est, quod ultra quingenta iugera cum filio emancipato, cui donationem in fraude legis fecerat, possideret: Hunc primum Stolonem dictum fuisse Varro ait: quod nullus stolo in eius agris repertiretur, eosq. identidem tolli iuberet. sunt autem stolones arborum stirpes, ac radices, quae arantibus obsunt. Verius hoc ei cognomen non ad scripsit, qui eum dixit fuisse C. P. N. suspicior eius auum fuisse eum, qui primus tribunus militum e plebe fuit cum quinque patriciis. Cuius filius p. Caluus quadriennio post patrem eundem magistratum obtinuit. Post quem alter

ter C. Caluus p. f. p. n. anno CCCLXXV. Tribus etiam Militum fuit, & de-
cimo postea anno Magister Equitum primus e plebe P. Manlio Capitolino
Dictatori seditionis sedanda, & rei gerundae causa, qui M. Furio Camilio
Dictatori abdicanti suffectus est; & eo anno duo Dictatores, & duo Ma-
gistri Equitum sine alijs Curulib, magistratibus fuerunt. Ita quatuor Calui
duos Consulatus, Tribunatus Militares tres, ac Magisterium Equitum obti-
nuerunt. Celebris longo postea intercallo sicut C. Licinius Caluus optimi ora-
toris & poetae fama, cuius pater C. Licinius Macer vir Praetorius accusa-
tus Cicerone Praetore repetundarum, cum damnaretur, se ipsum intere-
mit. Erat tum Caluus filius annos natus xvii. Macri autem historia a veteri-
bus celebratur, sed oratio Calui in P. Vatinium illustrior fuit. Quae cum
haberetur, duna multi exclamarent; surgens Vatinius, num inquit, quia hic
dilectus est, ego innocens damnandus sum? Fuit autem Caluus Atticorum
imitator verbis, & sententijs valde pressus, quod Cicero improbare uidetur
non sine aliqua molestia, ne dicam inuidia, quod a multis doctis viris id ge-
nus orationis Tulliana praeferreretur. Crassi feliciores Caluis fuerunt.
Nam septem Consulares viri, octo Consulatus, Censuras quattuor, Ponti-
ficatus Maximos duos, triumphum, & ouationem, & Magisterium Equi-
tum ante Caesarem Dictatorem obtinuerunt. Primus P. Crassus Diues
P. F. P. N. Pontifex Maximus anno DCL, in locum L. Cornelij Lentuli
cooptatus est, biennio post Magister Equitum Q. Fulvio Flacco Dictatori
comitiorum habendorum causa, & eodem anno Censor cum L. Vetorio
Philone, qui in eo magistratu mortuus est: quamobrem Crassus abdicavit:
ut post urbem captam a Gallis factum semper est. Consul cum P. Scipione
Africano maiore fuit anno DCLIX. duobus, & viginti annis post Consula-
tum vixit. Eius funeralis causa uisceratio data, & gladiatores cxx. & ludi fu-
nebres triduo, & post ludos epulum, ut Lilius lib. xxxix. scribit. Alter
P. Crassus p. f. p. n. Cos. fuit anno primo belli Persici cum C. Cassio Longino,
hoc est an. DCCXII. Praetoris fuerat ante quinquennium, & in Hispaniam
provinciam ire reculauit. Tertio postea anno C. Crassus eisdem pa-
rentibus natus, ut fratrem germanum esse non dubites; M. Verrio teste,
cum L. Aemilio Paullo iterum Consul fuit, qui ante quadriennium Praetor
Vrbanus fuerat. Tertius P. Crassus, quem Verrius p. f. p. n. appellat, Pa-
tereulus Mucianum cognomento, alijs Diuitem, Pontifex Maximus in lo-
cum P. Scipionis Nasicae Serapionis an. DCCXI. cooptatus est proximo an-
no Consul fuit cum L. Valerio Flacco Flamine Martiali. cum quo postea
de provincia contendit, & Flaminem uetus a sacris discedere. Sed ipse in
Asia occisus est ab Aristonico, primus extra Italiam Pontifex Maximus pro-
fectus. Hunc ferunt P. Muccio Scaevola Consulari, & triumphali viro na-
tum a P. Crasso Diuite adoptatum fuisse, fratremq. germanum fuisse P. Sca-
evulae Pontificis Maximi, & Consularis viri, qui iuris civilis peritissimus fuit.
De hoc Sempronius Asellio, quinque maxima consecutus est Mucianus,
quod esset ditissimus, nobilissimus, eloquentissimus, iurisconsultissimus, et
Pontifex Maximus. Eius duas filiae fuerunt, quarum alteram C. Sulpicius
Seruji

Seruji Galbae oratoris, & Consularis filius. alteram C. Gracchus optimus
orator duxit. Huius filium uidetur Cicero appellare P. Crassum Vinu-
liae filium, & uiuo patre mortuum esse suspicari. Quartus P. Crassus
M. F. P. N. ex fastis Capitolinis, Consul fuit anno DCLVI. cum Cn. Corne-
lio Lentulo. Huius pater M. Crassus, is est, quem semel in aqua risisse; Luci-
lius scripsit, auum fuisse eum existimo. quem secundo loco constituius
P. Crassum. Pro consule de Lusitanis triumphat quarto anno post Consula-
tum pridie Idus Iunias. Censor quadriennio post triumphum cum L. Iu-
lio Caesarē factus est. aduersus unguenta exotica, & sumptus ambo edixe-
re. Idem a C. Mario, & L. cornelio cinna occisi sunt anno DCLXVI. quam-
quam hic sibi manus intulit. Occisus etiam est P. Crassus filius, & c. cae-
sar frater L. caesaris, & alij insignes viri. Superstes patris fuit M. Crassus,
quem diuitem plerique appellant, cn. Pompei Magni in duobus consulati-
bus collega. Eos gessit anno DCCXCIU. & DCXCVIII. Ante consulatum prior-
rem anno proximo pro praetore de Spartaco, & fugitiuis ouans Laurea, no
myrtea corona ut ceteris ex senatus consulto urbem ouans ingressus est.
Huius diuiae, & potentia a multis celebratur, quae fere in tyrannide evasit
trium virorum clarissimorum Cn. Pompeij, c. caesaris, & M. Crassi. cen-
sor fuit quarto anno post priorem Consulatum cum Q. Lutatio catulo, sed
dissensione inter eos orta abdicarunt. A Parthis cum Publio filio magnae
spei adulescente occisus est, aduersus quos cum exercitu profectus Procon-
sule est. Vxor eius Tertulla. M. Luculli consularis viri, & triumphalis fi-
lia, parum pudica c. caesar fuisse traditur. Sunt etiam, qui suspi-
cunt caeciliam Metellam Q. cretici filiam eiusdem uxorem fuisse, quod in
titulo eiusdem monumenti crassi nomen adscriptum fit. Venio nunc
ad L. Crassum disertissimum illum oratorem, quem maxime laudat M. ci-
cero. consul is fuit cum Q. Mucio P. F. Scaevula Pontifice Maximus anno
urbis DCLIX. Hic ne triumpharet, collega impedimento fuit, ut ex cicero
ne, & Asconio in Pisoniana didici: censor triennio post cum cn. Domitio
Ahenobarbo, cum quo saepe contendit. Anno proximo L. Philippo consu-
le annos natus fere quinquaginta mortuus est, ut cicero initio libri tertii de
Oratore, & in Bruto significat. Tribunum plebis fuisse Lucilius refert.
Huius parentes ignoramus. uxor eius fuit Mucia Q. Scaevulae Auguris, qui
Consul fuit anno DCCXVI. filia, & Laeliae Maioris C. Laelii sapientis filiae.
Filiae duas reliquit, ex quarum altera, quam P. Scipio Nasica duxit, nepo-
tem testamento in filium adoptauit, qui L. Crassus dictus est; fraterq. fuit Q.
Metelli Scipionis Corneliae patris, quae prius uxor P. Crassi M. F. a Parthis
occisi fuit, mox Cn. Pompei Magni. Alteram duxit C. Marius C. Marii sc-
pties Consulis filius. Sed & idem marius pater alteram muciam eiusdem Q.
Scaevulae Auguris filiam uxorem habuit. Ante quam ab hac Crassorum ge-
te discedo, commemorare libet, quae Valeatus max. lib. vi. cap. xi. scriptū
reliquit, Crassum quendam cognomine Diuitea decoxisse, bonaq. eius
a creditōrib. fuisse diuendita, ita non sine risu ueteri diuitis nomine postea
salutatum. Eodem fortasse pertinet, quod Cicero Attico scripsit, Noster
Mm amicus

amicus magnus, cuius cognomen una cum Crassi dicitis cognomine conseruitur.

LVCVLLORVM,

LVCVLLORVM tres tantum consulares fuisse inuenio, duos ex his etiam triumphales. Ante hos L. Lucullus, & Q. Fulvius Aediles curules ludos Romanos anno DLI. ter instaurarunt. Pecuniam ex aerario non sine Luculli infamia scribas; & uiatores sumpsisse compertum est. Sexto postea anno c. Lucullus T. Romuleius, & P. Porcius Laeca primi Triumviri Epulones facti sunt. & post xii annos M. Lucullus Praetor inter ciues, & peregrinos ius dixit. Est etiam apud Sallustium P. Luculli TR. PL. mentio, qui Iugurthini belli tempore cotinuare magistratum nitebatur. an. DCXLIII. Primus L. Lucullus consul fuit anno DCI, cum A. Postumio Albino biennio ante bellum Punicum Tertium. Sub hoc in Hispania Scipio Africanus minor militauit. Huius filius Lucius Caecilius Q. Metelli Numidici sororem L. Metelli Calui filiam duxit, qui anno nono post Luculli consulatum consul fuit; ex ea Lucium, & Marcum filios reliquit. Sed ambo coniuges in fama nota famosi uixerunt, alter furti, seu repetundarum Seruilio augure accusante damnatus, caecilia parum pudica uulgo credita. His parentib, ortus L. Lucullus praestanti uir ingenio clarissimus, & fortissimus fuit. Litterisque tam Graecis, quam latinis in primis eruditus, philosophiae quoq. ut cicero, & Plutarchus conscribunt, operam dedit. consul fuit anno DCXXIX, cum M. Aurelio cotta. post undecim annos M. cicerone consule de Regib. Mithradate, & Tigrane triumphum Proconsule egit. Vxores habuit duas clodium AP. Pulchri filiam, & Seruiliam M. catonis sororem, ex qua pupillum reliquit catonis tutelae commissum, quamuis ita post triumphum uixit, ut parum gratus catoni esset, in omni genere luxus, & deliciarum sumptus effundens. Huius & caenae, & piscinae, & uilla ut regii splendoris, & magnificentiae celebrantur. Lucii Luculli frater patruelis ni fallor fuit M. Lucullus M. F. quem adoptatum fuisse constat a M. Terentio Varrone. Ita a quibusdam M. Licinius Lucullus, ab aliis M. Terentius Varro Lucullus appellatus est. consul is fuit cum c. Cassio Varo anno proximo post L. Luculli fratris consulatum. & biennio post suum consulatum triumphum de Thracibus, & Dardanis egit ex Macedonia. Eum Cicero in Bruto uidetur iuris publici, & priuati peritum appellare. Huius filiam, ut antea diximus, M. Crassus Diues uxorem duxit, quae de C. Memmi cum uxore eius adulterio prodita sunt, fileamus. Occisum a M. Antonio Triumuo Valerius ait, eiusque amicorum summum C. Volumnium. Nunc ad Murenas uenio, quos Muraenas Gracci, ut pisces eiusdem nominis appellant. Triumphalis, & Consularis familia fuit. Namque anno DCXXXII. L. Licinius Murena Pro praetore de Rege Mithradate, ex Ponto & Asia triumphum egit. Huius filii duo fuere Lucius, & Caius. Lucius Murena Consul fuit cum Diuio Junio Silano anno DCXCI. Hunc Mos. designatum ambitus accusatum a Ser. Sulpicio, & M. Catone defendit M. Cic. Consul.

Consul extatq. pulcherrima eius defensio. Vitricus hic fuit L. Pinarii Nat tac, & pinariae uxoris P. Clodii AP. F. Pulchri Tribuni plebis, qui eundem Ciceronem aqua, & igni interdicendum sua rogatione curauit. Incerti temporis est, quod D. Murena Valerio teste aduersus Libertinos Volsinie fuit, qui cum omnem publicam disciplinam corrumperent, a Senatu Romano missus Murena omnes aut in carcere necari, aut ueteribus dominis restituui iussit. Atq. etiam P. Murena, cuius Cicero in Bruto mentionem facit, bello civili Mariano occisus. Ante hos omnes Crassos, Lucullos. Murenas C. Licinius Varus P. F. P. N. Consul fuit anno DXVI. cum P. Lentulo Catina. quo tempore ludi saeculares tertii facti sunt. Anno uero DXLI. P. Licinius Varus, & L. Veturius Aediles Curules ludos Romanos diem unum instaurarunt. Biennio Post Praetor urbanus idem P. Varus fuit. Post centum & uiginti annos a C. Vari Consulatu C. Licinius Geta Consul fuit cum Q. Fabio Maximo Eburno, & post Consulatum anno octauo Censor fuit cum Q. Fabio Allobrogico, iustrumq. fecerunt LXIII. Cum tamen proximo lustro fuisse post consulatum Senatu motus a L. Caecilio Metello caluo, & cn. Demitio Ahenobarbo censorib. Haec tenus consulares Licinios enumeravimus ante caesarum imperium. Ipsum Licinii nomen a Licinio deducimus esse arbitrator, ut Iulii ab Iulo, Postumii a Postumo, Planci a Planco, atq. alia nomina eadem ratione. Licini & Fabii, & Porci dicti sunt a Liciis fortasse quibus telae texuntur. Porci quoque Liciniani dicti Licinia priore uxore Marci catonis censori orti, Salonianu uero Salonina posteriore. Neruas Licinios duos Praetores inuenio, quorum alter c. Nerua Hispaniam Vlteriorem anno DXXCVI. & proximo anno A. Nerua Praetor aut eandem, aut citeriorem Hispaniam prouinciam optimuit. M. Cicero in Bruto c. Licinium Neruam Tribunum plebis cum L. calpurnio Bestia coniunxit, utrumq. non indifertum appellat, sed Neruam ciuem improbum fuisse, alterum bonis initii orsum Tribunatum, quod P. Popillium a c. Graccho expulsum sua rogatione restituerit, tristi euentu consulatum gessisse damnatus enim est Mamilia lege, quod a Iugurtha corruptis pecunia fuerit. Pollio cognomine Liuius L. Licinius quendam appellat a Senatu missum cum Sex. Caesare, & L. Cincio Alimento ad Consulem T. Quinctium Crispinum post obitum M. Claudii Marcelli collegae anno DCXLV. L. Damasippus Praetoris crudelitas celebrata est, qui partes Marianas secutus aduersae partis nobilitatem trucidare iussit, in quib. Q. Scaeuulam Pont. Max. ad eadem Vestae, C. Carbonem Praetorium, Antistitium Aedilicium, cuius uxor Calpurnia Bestiae filia se ipsam interemit. Acta haec anno urbis DLXXI. Sacerdotis cognomen C. Licinius Praetor habuit, qui ante C. Verre Siciliam optimuit. Apud Florum quoque inuenio Sex. Licinius Senatorem a C. Mario VII. Cos. de sacerdotio eiusmissum esse. & apud Valerium Liciniam uitrum suum claudium Asselum necasse, & a propinquis strangulatam, cuius rei Florus quoq. lib. XLVII. mentionem facit. Liciniam quoque Vestalem absolutam postea incestus esse damnatam a L. Cassio, alii tradiderant. Vid. Flor. lib. LXIII.

M. m. 2. Craf-

CRASSORVM familia quinq; Cōsulares eodem praenomine sub Caeſaribus habuit, quorū unus cognomento Mucianus ter Consul fuit. Primus M. Crassus M. f. M. n. collega Augusti fuit in quarto Consulatu anno DCCXXXIII. biennio post Proconsule ex Thraecia, & Geteis iv. Nōnas Iul. triumphum egit. Alter eodem praenomine Crassus M. p. Consul fuit cum Cn. Cornelio Lentulo anno DCCXXXIX, sub Augusto. Hunc superioris esse filium suspicuntur. Tertius post annos xl. Consul fuit cum L. Calpurnio Pisoni sub Tiberio Caesare. Hunc etiam proximi filium esse existimant. Quartus M. Crassus Mucianus ter Consul suffectus ex Kal. Iul. fuit, in primo Consulatu cum L. Cornelio Sulla anno DCCCV. sub Ti. Claudio Imp. in secundo collega Domitiani Caesaris, temporib. Vespasiani an. DCCCXXII. in tertio vero Consulatu collega eiusdem Domitiani quinquennio post fuit. quamquā haec nō certis indicis, sed suspicionibus quibusdam collecta sunt. Quintus M. Crassus Frugi Cos. fuit cum C. Lecanio Basso anno DCCXVI. sub Nerone. Hic ex Calpurnijs Frugi in Liciniam familiam adoptione translatus est. Huius, vt arbitror, filia Licia Magna L. Pisonis Pontificis vxor fuit. Nam se in titulo cuiusdam monum̄te Crassi Frugi Pontificis filiam appellat. Eisdem temporibus L. Piso Frugi. M. Crassi filium adoptat, qui L. Piso Frugi Licinianus dictus est. Hunc postea Ser. Galba Imp. adoptauit. Reliqui Consulares Licini ante Imp. Valerianum, qui ex eadem familia fuit, sex fuerunt, quorum unus Nerua Silianus, duo Caecinae, ex quibus alter etiam Largus, unus Sura, qui ter Consul fuit, duo Sacerdotes appellati sunt. Primus A. Licinius A. f. Nerua Silianus cum Q. Metello Cratico Consul an. DCCLIX. sub Augusto. Hic P. Silij filius ab A. Nerua adoptatus est, vt Paternulus asserit. C. Caecina Largus, quem Asconius Lögum appellat, Consul fuit cum Ti. Claudio Imp. iterum Cos. an. DCCXCIV. Hic in magistratu mortuus est. At vero A. Caecina Consul suffectus ex Kal. Sept. an. DCCCXI. cum C. Fabio Valente. Sed ultimo die bimestris Consulatus magistratus ei abrogatus est, quod a Vitellio Imp. ad Vespasianum defecisset, & in eum diem Consul Dialis, vt Cicero lusit, cum de C. Caninij Rebili simili Consulatu ornata C. Caesare ageret, Roffius Regulus creatus est. Anno proximo c. Caecina Paetus, & L. Annius Bassus mense Nouembri Consules fuerunt sub Vespasiano Imp. Sed an hic Caecina Licinius fuerit, incertum est. Quartus L. Sura ter Consul cum C. Sosio Senecione fuit sub Traiano Imp. Primo Consulatu suffecti fuerunt ex Kal. Iul. anno DCCCL. Alter Consulatus Surae, tertius Senecioni fuit quadriennio post, & postea quinto ab hoc anno tertius Cōsulatus Surae, quartus Senecioni. Hoc Surae cognomen P. Cornelio Lentulo accessit, qui a Cicerone Consule ob coniurationem Catilinae ex S. c. occisus est. Fieri potest, vt adoptione a Cornelij in Licinius uenerit. Sacerdotum alter vi cuni Tertullo temporibus Pii Antonini an. DCCCCX. alter collega M. Antonini

tonini Elagabali Imp. in secundo Consulatu post annos vnum & Sexaginta. Triumphalia ornamenta hostibus deuictis acceperunt A. Caecina Seuerus legatus Ti. Caesaris Imp. de Germanis an. DCCXLIX. M. Licinius Crassus Fruigi legatus Ti. Claudio Imp. bis ante annum DCCXCVI. ex Britannia, & M. Crassus Mucianus legatus Vespasiani Imp. de Sarmateis an. DCCCXXII. Valerianus Imperator, eiusque filii Valerianus minor, & Gallienus Licini furent, quamuis adoptione ex Valeria familia, ut ipsum Valerianus nomen significat, & quod pater Valerius fuerit, ut Trebellius Pollio testatur. Victor cognomen colobii addit Valeriano; alii nomen Aurelii & Valerii. Sed in nummis eodem tempore signatis P. Licinium Valerianum tantum legimus. Censor ante Imperium fuit sub Decio Imp. anno urbis MII. sine collega, & lustrum non fecit. quater consul fuit, Tribuniciam potestatem septies accepit, annos LXXVII. natus in prælio uictus a Persis captus est. Ex duabus uxoriibus duos filios habuit, quorum alter P. Licinius Gallienus Aug. alter P. Licinius Valerianus cæsar dictus est. Gallieni uxor fuit cornelia Salonina Pipa Marcomannorum Regis filia ex hac duos filios procreauit. quorum alter P. Licinius cornelius Saloninus Valerianus cæsar appellatus, alterum sunt qui Q. Iulium Licinium Saloniunum Gallienum Caesarem appellant. Gallienus cum patre Imperium adeptus est, posteaq. filios cæsares appellauit, consul septies fuit, Tribuniciam potestatem xv. accepit. Triumphum de Persis egit. Valerianum fratrem, & cæsarem. & consulem iterum, & deinde Augustum fecit. Ambo fratres, & Q. Iulius filius Gallieni simul occisi sunt, cornelius Saloninus ante sex annos occisus fuerat. Post horū caedem quadragesimo anno Galerio Maximiano & Constantino Maximo, & Maxentio Augustis adiectus est Valerius Licinianus Licinius. Hic inter agricolas natus fortis miles fuit, bonarum litterarum non solum expers, sed etiam hostis, ut spadonum, & palatinorum, quo stineas & mures palatii appellabat. Vxorem duxit constantiam constantini Imp. sororem, Eium habuit Valerium Licinianum Licinium cæsare. consulatus quatuor optimuit, Tribuniciam potestatem xv. coactus est abdicare se imperio a constantino, & postea occidi iussus; nec multo post Licinianus cæsar filius, qui se mel tantum consul fuit. Post hos neminem Licinium Imp. aut consulem fuisse accepimus.

L I V I A M.

LIVIA M. familiā, quamvis plebeiam olim floruisse admodum, octo consulatibus, censuris duabus, triumphis tribus, dictatura ac magisterio Equitum honestatā Suetonius in Tiberio cæsare auctor est. Sed cū eius uerba cū his fastis consularibus, qui hodie circumferuntur, contuli, ante eiusdem imp. tempora septem consulatus, Magisteria Equitum duo inuenio, cætera eodem modo. Quo fit, ut existimem alterum magistrum Equitum, non Magistrum sed consulem in illis fastis, quos Suetonius secutus est, proditum fuisse. Liuiorum cognomina fuerunt Denter, Salinator, Drusus, Libo, Aemilianus, Claudianus. C. Denter inceitis suspicionibus Magister equitū fingi-

370 EX LIBRO DE FAMILIIS ROMANORVM

singitur C. claudio crassino Regillensi dictatori comitiorum habendorum causa anno CDV. Huius nepos M. Dehter consul fuit anno CDLI. cum M. Aimilio Paullo. Hic etiam ornatur a quibusdam Magisterio Equitum post annos XVI. Q. Hortensio dictatore seditionis sedandae causa, a quo lex Hortensia de plebiscitis lata est. Sed nos incertis haerere nolumus. Ad Saliatores uenio, quorum primus M. Liuius M.F. M. N. Magister deceuuius faciens fuit cum Manio Aimilio Manii filio ludis saecularibus tertius anno DXVII. ex Verrio Flacco. Idem, aut alius eiusdem nominis patre & aucto ortus simili etiam praenomine appellatis Consul fuit cum L. Aimilio Paullo an. DXXXIV. qui proximus fuit ante secundum bellum Punicum ambo Consules de Illuricis triumphum egerunt. Peculatus accusatus ob inuidiam multa ei irrogata est omnium tribuum una excepta Maecia suffragio. Iterum Consul post duodecim annos urgente Hannibale creatus cum C. Claudio Nerone, cum quo inimicitias gesserat, cas reip. causa depositus. Maximam que rem ambo gessere uicto Asdrubale, & Poenis, de quibus triumphum iterum Salinator, in cuius Provincia res gesta fuit, egit; Nero ouans Vrbem ingressus est. Eodem anno Dictator comitiorum causa a collega dictus est. Triennio post Censores ambo fuerunt, qui cum equitum centurias recognoscerent, in quibus adhuc ambo censeri soliti fuerant, in Pollia tribu Salinator a collega equum uendere iussus est, quod olim populi iudicio fuisse damnatus. At si omnes tribus una excepta Maecia aerarias reliquit, quod magna inconstancia in se usae fuerint, quem & damnauerint, & iterum Consul, atq. Censem fecerint. De collega questus est, quod non sincera fide cum eo in gratiam redierit, & quod falsum in se testimonium dixisset. Ob quas causas eum uendere equum iussit. Ambo Censores cum a CN. Baebio Tribuno PL. rei agerentur ob nimis aspera etiam Censuram, Senatus, ne causam dicerent, decretum interposuit. Salinatoris cognomen in censura inuenisse Liuius existimat uestigali nouo ex salario negotiatione inducto. Sed aliis antiquum cognome fuisse uidetur. Post hunc C. Salinator M.F. M.N. superioris, ut arbitror filius, Consul fuit cum m. Valerio Messalla anno DLXV. Ante Consulatum anno XIV. Praetor Brutios prouinciam optimuit. huius ut arbitror patruus eodem praenomine; at hic idem triennio ante Praetor classem prouinciam sortitus est. Drusorum primus Consularis C. Liuius, quem Verrius M. Aimiliani filium, marcie nepotem fuisse affirmat. Consul is fuit cum P. Scipione Africano Aimiliano anno DCVI. Drusi cognomen a Drauso hostium duce occiso primum inuenisse Suetonius scribit. eundemque Propraetore ex prouincia Gallia aurum retulisse Senonibus Capitolium ob sidentibus datum. Huius ab nepotem ob eximiā aduersus Gracchos operam patronum Senatus dictum. Hunc ipsum patronum m. Cicero m. Drusum C.P. appellat, qui in Tribunatu C. Gracchum collegā iterum frerget, eumque & C. Drusum fratrem laudat. Fuit autem C. Drusus, ni fallor, iuris peritus sumus, cuius senis, & caeci domum multi frequentabant, ut Cicero lib. v. Tuscul. & Val. lib. viii. scripserunt. Nec displicet nobis eorum opinio, qui eundem ipsum esse arbitrentur m. Drusum, qui Consul fuit cum L. Calpurnio

nio Pisone Caesonino an. DCXL. & superioris Consularis C. Drusi filium. Idem M. Drusus triumphum anno proximo post Consulatum Proconsule egit de Scordisceis ex Thraecia. Censor Biennio post fuit cum M. Aimilio Scauro iustro mors Drusi impedimento fuit. Ex Cornelio uxore M. Drusum, qui Tribunus Pl. occisus est anno DCXLII. & Liuiam matrem M. Catonis, & duarum Seruiliarum, & Q. Seruillii Caepionis procreauit. Seruiliarum altera M. Bruti, & trium Iuniarum mater, altera L. Luculli Consularis, & triumphalis uiri uxor fuit. Hos Drusos ab Aemiliis ortos fuisse Aemiliani nomen docet, & pro senatu Tribunos plebis ea de causa stetisse credimus. Gratius tamen patris Drusi Tribunatus fuit, ob quem filius praetextatus diliebat. Parua de re ob anulum forte orta cum Q. Caepione sororis eius uiro contentio maximas tragoeidas in pernici reipublicae excauit. Plurimas leges promulgavit, quas omnes L. Philippo Consule auctore eo praetextu, quod aduersus auxilia latiae essent, Senatus abrogavit. Dum ciuitatem Latinis pollicetur, causa belli socialis extitisse creditur. Hunc existimo aut eius filium adoptasse aliquem ex Claudia Pulchrum familia, qui Liuius Drusus Pulcher Claudianus appellatus fit. Namq. Tranquillus refert Tiberium Caesarem paternum genus a Tiberio Nerone, maternum ab Appio Pulchro ducere, qui ambo Appi Claudi Caeci filii fuerint. Insertumq. Liuiorum familiae adoptato in eam materno auo. Mater Tiberii Liuija Drusilla filia fuit Liui Drusus, quem nobilissimum, & fortissimum uirum appellat Paterculus, licet falso Calidianum, pro Claudiano, eumque uictis Bruto, & Cassio se ipsum interemisse, & Aufidia Lingonis filiae. Hanc cum ex Tiberio Nerone priori uiro Tiberium, quem diximus, filium haberet, & praegnas esset Augustus, duxit; quam semper unice dilexit. Huc Tiberium adoptauit, & Germanicum Drusi Neronis filium, quem Liuija in domo Augusti peperit post tres menses a die nuptiarum, Tiberius idem adoptauit. Haec Liuija postea obitum Augusti Iulia Augusta appellata est ob testamenti condicione, post obitum uero ob consecrationem Diua Augusta dicta. Tertius Drusus Consularis fuit temporibus Augusti M. Liuius L.F. Drusus libo, qui cum L. Pisone Cos. fuit an. DCXXXVIII. Ex Scribonia familia adoptatum Libonis nomen indicat, & Tacitus lib. II. refert mortem Libonis Drusi, cuius proauus Pompeius, amita Scribonia Augusti uxor, consobrini Caesares essent. an. DCCLXIX. Drusi cognomen Claudio cudit. Suetonius addit, quem refert statua sibi cum diadematè ad Appi forum posita Italiam per clientelas occupare temptasse. Antiquissimam Liuiorum memoriam reperio apud T. Liuium lib. ix. cum de Caudinæ pacis expiatio ne ageretur an. CCCXXXIII. Nam L. Liuius, Q. Maclius Tribuni plebis impedi re deditioem Consulum coeperunt. Sed Cicero lib. III. Officiorum eosdem Tribunos T. Numitium Q. Aemilium appellat. At cum se P. Decius P. F. Mus Cos. deuoquit, M. Liuius Pontifex uerbis sollemnib. praeiuit an. DCCLIX, & cum lictoribus Decii Propraetore Gallos uicit. Ex Liuiis Mamer cus Aimilius Lepidus ortus est, qui Consul fuit anno DCCLXXVI, ac postea Censor, & princeps Senatus. Quem a M. Verrio Lepidum Liuanum Appel-

appellari didicimus. An autem is D. Drusī filius fuerit, nobis incertum est, quamvis id alio loco retulerimus. Non omittam primum illum Latinū poetam L. Liuium Andronicum, & T. Liuium Patauinum optimum historicum huic familiae decus adiecisse. Ille primus fabulam dedit an. **DXXXII.** Sed eius scripta uix digna iudicantur a Cicerone, ut iterum legantur: huic eloquentiam mirantur omnes. Nunc Liuias quasdam referam, quae aut Imperatorum uxores fuerunt, aut celebres. Nero Claudius Drusus Germanicus Liuiae, & Ti. Neronis, ut supra scripsimus, filius ex Antonia Minore M. Antonii filia Germanicum Caesarem, & Ti. Claudium Drusum, qui postea Augustus quoq. appellatus est, & Liuiam sive Liuillam, quae Dru so Tiberii Caesaris Imp. filio, & Agrippinac Atticae filiae nupsit, cuique filium Tiberium peperit. Haec Liuia ab Aelio Seiano corrupta uirum ueneno sustulit, ut Seiano nuberet: sed poenas ambo dedere; ut Tacitus, & alii scripserunt. Germanicus Caesar ex Agrippina Iuliae filia c. Caligula Imp. & quinq. Sorores, quarum una Liuilla dicta est, procreauit. Inter Caligulae uxores Liuia Orestilla fuit, quam is c. Pisoni nubentem sibi vindicauit. & post paucos dies repudiata in biennio post relegauit. At Tiberii Claudii Imp. sponsa fuit Liuia Medullina Camilla, quae genus ducere a M. Furio Camillo dicebatur; hanc ipso nuptiarum die amisit. Ad Haec Liuia Rutilii uxor septimum & nonagesimum annum uixisse memoriae proditū est. Denique Liuia Ocellina Ser. Sulpicii Calbae Imp. nouerca eundem adoptauit, & L. Liuius Ocella usque ad imperij tempus appellatus est.

L V C R E T I A

L V C R E T I A patricia familia cum Tarquinii Regibus propinquitate coniuncta, & ab eis propter iniuriam deficisca uindicandae libertati causa fam praebuit, & exactis Regibus intra cxxx. annos septem viri Consulatus sex, Tribunatus Consulari potestate totidem, Triumphos duos obtinuerunt. Omnes cognomine Tricipitini, uno excepto Flauo sunt appellati. Primus Cōsul SP. Lucretius pater illius caſtissimae & infelicissimae feminæ Lucretiae L. Tarquinii Collatini uxor, quae uim passa a Sex. Tarquinio superbi Regis filio, & si infamia timens cōſensit, ne feruum cū ea simul occideret, ut Sextus minabatur; se ipsam in uiri, & patris, & aliorū conspectu interemit. Erat tum Praefectus Vrbis a Rege constitutus idē SP. Tricipitinus Tribunus Celerum L. Iunius Brucus. imperio Regibus abrogato, ab eodem Praefecto comitia centuriata habita sunt, & primi Consules quos tunc Praetores appellabant, creati idem L. Brutus, & L. Collatinus Lucretia coniuge orbatus. quorum alter Tarquinia fratre Regis natus erat, Collatinus fratri patrueſ, ut multi, aut sobrini eiusdem Regis filius, ut Dionysius affirms, & altera fratre Superbi natus. Sed abdicanti Collatino & Lauinum abeunti P. Valesius Poplicula sufficitur, & L. Bruto in proelio occiso SP. Lucretius magnus natu, & infirmis uiribus, qui paullo post moritur; cui M. Horatius Pulillus succedit. Erat is annus ccxlii, post Vrbem Condi-

conditam M. Verio Flacco, quem libens seguor, teste. Alter T. Lucretius anno proximo cum eodem P. Valesio iterum Consul fuit, & lustrum quin etum condiderunt. Tunc enim Consulū munus erat, quod postea Censo ribus, quos Magistros morum dixerunt, proprium fuit. Antea Ser. Tullius Rex quater lustrum condidit, & primus centuriata comitia instituit. Iterum Consul fuit post quadriennium cum eodem Poplicula iv. Consule. Ambo Consules de Sabineis, & Veientibus triumphum egerunt. Tertius L. Tricipitinus T.F.T.N. Consul fuit cum SP. Vetusio Crasso anno urbis ccxci. Hunc superioris filium fuisse existimant, ex patris, & aui praenominibus a Verio adiectis. Triumphum Consul de Volsceis, & Aequis egit. Sequitur Hostus Lucretius. sive Hostius, incertum enim uictus facit, & in hoc fere singulare praenomen, quo ex Valerio Iulius Paris ait uocatos eos, qui peregre apud hospites, quos tunc hostes dicebant, nascerentur. Perduelles enim a duello hoc est bello dicti sunt, quos nunc hostes dicimus: unde perduellionis crimen nomen accepit. quamvis ea nomina una tantum L littera tunc & scriberentur, & proferrentur. Hic igitur Lucretius Consul fuit cum L. Sergio Fidenate iterum an. cccxxiv. Huius filius P. Lucretius decimo postea anno Tribunus Militum fuit cum Agrippa Menenio Lanato SP. Nautio, Rutilio, & C. Seruilio Axilla, & post unius anni otiosi intervallo iterum cum eodem Agrippa, & L. Seruilio Strusto iterum, atq. SP. Vetusio Crasso. Post hunc quater Tribunus Militum fuit L. Lucretius Tricipitinus ab anno ccclxii. ad septuagesimum secundum, inter primum & secundum Tribunatum uacui honoribus anni duo; inter secundum & tertium anni quattuor, inter duos postremos annus relictus est. Collegas enumerare operosum, & molestum est. Vnus Flavi cognomine L. Lucretius Consul fuit cum Ser. Sulpicio Camerino anno urbis ccclx. Praeter hos sine aliquo cognomine P. Lucretium Praefectum. Vrbis fuisse inuenio anno ccxciv. & SP. Lucretium Aedilem Plebis creatum Praetorem in an. DCLIX. Ariminum, sive Galliam ei prouinciam obrigisse. nec non alterum SP. Lucretium Praetorē Hispaniam ulteriore an no ccxci. prouinciam optinuisse. Anno proximo C. Lucretius Gallus Praetor etiam fuit. Paullo ante idem sive alter C. Lucretius cum C. Matieno Duumuir naualis creatus est anno DLXXII. Sed hic Gallus Praetor, cui classis prouincia etiam fuit, cum ea in Afia; & Graecia auare uersatus magistratus exacto a populo damnatus est, multaq. ei decies aeris dicta. Ante haec tempora anno primo belli Punici secundi, hoc est urbis DXXXV. duo Quaeſtores Romani a ueniente in Ligures Hannibale intercepti sunt C. Fulvius, & L. Lucretius. Sub Augusto Q. Lucretius Q. F. Vespollo Cos. fuit cum C. Sentio Saturnino anno ccxxxiv. Fuerat autem is a Triūiris proscriptus. Primus ex ea familia hoc cognomine appellatus est is Lucretius Aedilis, qui Tiberii Gracchi occisi a P. Scipione Nasica corpus in Tiberim proiecit. Vespae, & Vespillones Festo dicuntur, qui uesperi eos efferrūt, qui fūnebri pompa duci propter inopiam nequeunt. Annus Gracchanae caedis fuit DCXX. A Cicerōe Bruto Q. Lucretius Vespollo inter oratores enumeratur,

Nn qui

qui in priuatis caussis versaretur, & laudatur, ut acutus, & iuris peritus. Of fellae eognomine Lucretium quendam legi fuisse, occisum a L. Sulla Felice Dictatore, siue a L. Bellieno auunculo L. Catilinae ex eius auctoritate, quod ausus esset petere Consulatum contra eius voluntatem; quod cum populus Romanus indigne tulisset, aduocata concione omnes se id iussisse certiores fecit: vt verba a tyranni facto non discreparent. Hinc Florus & Asconius Asellam appellant non sine mendo, vt credimus. Sed ego eos omnes, quos post Tricipitinos, & Flavum primo excepto enumeraui, suspectos habeo, vt ex patriciis Lucretiis non fuerint; & in eam opinionem propensior sum, vt credam plebeios fuisse. Quamobrem duplacet Lucretiam, vt plerasq. face re oportet patriciorum, & plebeiorum familiam.

L V T A T I O R V M.

L V T A T I O R V M plebeia familia, sed nobilissima fuit, clarissimis viris, atq; ornatissimis illustris. Consulatus quinque, censuras duas, Triumphos tres, & Principatum Senatus quinq. tantum viri consecuti sunt. Omnes Catuli cognomine, vno excepto Cercone, & ipsi eorumq. parentes solo Caii, aut Quincti praenomine nuncupati. Primus c. Lutatius C. F. C. N. Catulus consul cum A. Postumio Albino Flamine Martiali anno urbis conditae D XI. insigniē victoriam de Poenis optimuit, et finem bello Punico primo post XXII. an. imposuit. Anno proximo III. Nonas Octob. Pro consule nauale triumphū egit. Cum Q. Valerio Praetore contendit Atilio calatino sponsionis iudice; et facile vicit; vt quamuis, dum proeliū commissum esset, cōsul in lecto claudus accubuerit. Praetorq. pugnauerit: tamen cum imperium cōsulis fuerit, et auspiciū eidem ius triumphandi competisse. Eodem anno Q. cerco frater et consul fuit cum A. Manlio Torquato iterū, & triumphauit de Faliscis kal. Mart. Quinquennio postidem Quinctus censor fuit cum L. Cornelio Léto lo caudino, et in magistratu mortuus est. cerconis cognomen a cauda dictū credimus, vnde cercalopex, et cercopithecus. Eodem cognomine C. N. Lutatius ad Regem Persen cum alijs legatus profectus est an. DXXC. Sequitur c. catulus, qui cū L. Veturio Philone consul fuit an. DXXXIII. Huius parētes ignoramus, sed ex superioribus fuisse credimus. Post hos fuere duo Q. catuli insignes viri, quos cicero ita distinguit, vt alterum patrem, alterum filiū appellat. Pater collega c. Marij in quarto Consulatu fuit an. DCL. et ambo consules de cimbreis, alijsq. barbareis gentibus praeclarissima victoria potiti, anno proximo Proconsulibus triumphum egerunt. Huius mater Popillia post mortem Q. catuli prioris viri L. Julio caefari nupsit, ex quo liberos duos L. caesarem, et c. caesarem Strabonem suscepit. Laudata Popillia est a Q. catulo filio suo post mortem exemplo singulari. Hic est ille Q. catulus, quem cicero cū c. caefare fratre fixit lib. II. de oratore interfuisse illi sermoni, quo L. crassus, et M. Antonius de ratione dīcēdi usi sunt. Eius vxor Domitia C. Domitii Ahenobarbi filia C. Domitii soror, qui Tribunus plebis legē de sacerdotiis tulit. Ex ea Q. Catulu, et Lutatiam procreauit, quam L. Hortensius orator duxit. Sunt qui hanc Seruilia matre fuisse credant. mortem sibi consciuit cubiculo inclusus nuper calce illito, et igne admoto, cū L. cinna, et c. marius caecares

fares fratres, & alios Senatores occidi iussissent, & a militibus a collega Mario missis quaereretur anno DCLXVI. Post quattuor annos Capitolium conflagravit, quem Q. Catulus filius curauit restituendum, quamobrem Capitulinus a Suetonio appellatur. Consul fuit cum M. Aimilio Lepido anno DCLXXV. cum L. Sulla se Dictatura perpetua abdicasset; maximis contentiobus hi duo consules in ter se, ut pote diuersarum factiōnū homines cōtenderunt, & Lepidum catulus ex Italia eiecit. Censuram cum M. Licinio Crasso post XIII. annos gessit, sed discordiae causa lustrum non fecerunt. quadriennio post principem Senatus a Censoribus lectum, & eodem anno mortuum esse ferunt. eius adulescentia delicatior quam pār erat, fuit. Sed cum demittendo in Asiam aduersus Mithridatēm duce ageretur, & Manilius Tribunus plebis legem promulgasset, ut Cn. Pompeius mitteretur, diffusa sit hic idem Q. Catulus, qui cum in concione diceret, non in uno Pompeio omnia esse ponenda, neq. eum omnibus periculis obiciendum esse: quem enim haberent, si quid ei accidisset, in quo spem essent habituri: una uoce populus exclamauit in te. Ceptit inquit Cicero, qui tūc Praetor erat, & Maniliae rogationis suasor, cepit magnum suae uirtutis fructum, atq. dignitatis: cum omnes prope una uoce in eo ipso uos spem habituros esse dixistis. Etenim talis est uir, ut nulla res tanta sit, ac tam difficilis, quam ille non & consilio regere, & integritate tueri, & uirtute confidere possit. Utterq. Q. Catulus & pater, & filius eruditissimi tum Graecis, tum Latinis litteris fuerūt. pater libros scripsit de reb. gestis & consulatu, eiusq. carmina ut mollia, & delicata laudantur. Filius non fuit in oratorum numero, sed elegās quoddā, & eruditū orationis genus sequebatur. Huius filiam duxit Mummius L. Mummi Achaici, qui Corinthum euertit, nepos; ex qua Mummiā Achaiā cham suscepit Ser. Sulpiciā Galbae Imperatoris matrem. Itaq. Galba statuarum titulis se pro nepotem Q. Catuli Capitolini semper adscripsit: & cum generis sui imagines longo ordine in atrio collocaret, paternam originem ad Iouem; maternam ad Pasiphaen Minois uxorem retulit. Tanta erat illis temporib. caecitas; ut nobilissimum hic se esse putaret, si genus duceret, uel ab illo omnium cubilium adultero, uel ab hac suae pudicitiae supra sexum, atq. feminae conditiōnem prodiga.

M A N L I A

M A N L I A gens patricia clarissima fuit, & ab ipsis initiis libertatis ad Cn. Pompei, & C. Caesaris Consulatum tempora multis praeclaris uiris effloruit. Initio Vulsonis, & Capitolini cognomine, postea Imperiossi, & Torquati multi usi fuerunt, unus. atq. alter Atticus, Acidinus, Fulianus, Longus appellatus est. Fuerunt etiam Vulsones posteriores a Torquateis, & Imperiosseis distincti. Nos igitur prius de iis ageamus, qui ante primum Imperiossum in maioribus magistratibus fuerunt, hos sequentur Imperiossi, illos Torquati, Torquatos Vulsones posteriores, & Acidinus Fulianus. Nouem igitur Manlii fuerunt, primo loco a nobis constituti, qui Consulatus tres, Tribunatus Consulari potestate duodecim, Dictaturam, Decemuiratūm legibus scribendis, & ouationes

duas optinuerunt. At Imperiosi tres Consulatus duos, Dictaturam, Censuram, & Magisterium Equitum. Torquati autem septem Consulatus undicim, Dicturas quattuor, Censuras duas, Triumphos tres consecuti sunt. Postremo Vulsones posteriores tres consulatus quattuor, triumphos duos. Acidinus novo exemplo Consul cum fratre germano fuit, & ante Consulatum ouans urbem ingressus est. Tot praemiis secunda uirtus Manliorum ex ornata annos quadringentos & amplius emicuit. Primus Consul, uel ut tunc appellabant, Praetor Cn. Manlius fuit, cuius cognomen ignoramus, cum M. Fabio Vibulano iterum anno urbis Cccxxiii post Reges exactos anno xxix. Fortiter aduersus Etruscos pugnans cum Q. Fabio collegae fratre occisus est. M. Fabius uictor, quamvis fauciis, & triumphum recusauit, & se Consulatu abdicauit: Sexto ab hinc anno A. Manlius Cn. F.P. N. Consul fuit cum L. Furio Medullino, & lustrum octauum fecit; non enim Censores adhuc creati erant. Idibus Martiis ouans ingressus est, quod inducias cum Veientibus fecerit. Anno ccxcix. missus legatus est ad leges Graecorum conscribendas cum S.P. Postumio Regillensi, & Ser. Sulpicio Camerino: eas cum attulissent, Cōsulibus abdicantibus Decemuiri cum aliis collegis creati sunt legibus scribendis anno urbis trecentesimo secundo. His duodecim tabularum lex fons, & origo totius iuris ciuilis Romanorum debetur. Huīus cognomen Bassi uel Vulsonis fuisse, ut superioris Cincinnati, aut Caecinati alicubi inueni; sed parum tutum esse existimauit eorum librorum fidem sequi. Tertius L. Manlius est, quem capitolinum Liuius appellat, Tribunus militum fuit anno cccxxxii. Hunc sequitur M. Manlius eodem magistratu functus post alterum annum, cuius & parentes, & cognomen ignoramus. Post hunc M. Verrio debemus A. Manlium, A.F. cn. N. Vulsonem capitolinum, qui cum aliis quinque Trib. Mil. fuit anno cccxlvi. & biennio interiecto iterum. Additurq. a quibusdam tertius Tribunatus anno ccclvi. quod Liuius A. Manlius hoc anno Tribunus nūcupetur. Sed eundē est se non significat, cum is numerum tertium non addat. Ventum est ad M. Manlium capitolinum, qui bonis initis, dum altissimum gloriae gradum consecutus altiora se cogitat, ex eodem capitolino faxo, quod seruarat, deiectus est. consul is fuit anno cccxli. Cum L. Valerio Potito, ouans de Aquae urbem ingressus est. Biennio post urbe capta a Gallois, in arce Capitolina, dum anseres obstrepunt, hostes adesse intelligens, eos deiecit ex cuniculo, qua aggressi arcem erant. Interrex fuit triennio post, damnatus est anno ccclxx. Post hunc nemo Manlius Marci praenomine est usus. Huius fratres fuerunt Aulus, & Titus Manlius, quorum alter fortasse est is, de quo locuti sumus A. Vulso Capitolinus. Sex ciuicas tulisse hunc M. Capitolinum, in quibus unam de duce Seruilio Plinius lib. xvi. auctor est. Sed Liuius spolia hostium caeferum triginta, dona imperatorum xl. in quibus insignes duas murales coronas, ciuicas octo: inter seruatos ciues c. Seruilius Mag. Eq. nominatum. Capitolini nomen non hunc primum adeptum ostendunt alii, quos retulimus, quod in Capitolio habitarent, ita appellati: id deinde patriciis prohibitum. Septimus est A. Manlius, quem ter Tribu-

num

num Militum fuisse Liuius affirmat anno urbis ccclxv. & ccclxx. & ccclxx. Sunt qui quartum Tribunatū addant post annos duodecim, quo anno Liuius A. manlii Tribuni mentionem facit. Octavo loco C. manlii Tribunatus cum P. manlii Tribunatu coniungitur anno ccclxxiv. Publius hic Capitolinus cognomento Dictator fuit suffectus m. Furio Camillo abdicatori seditionis sedanda, & rei gerundae causa anno cccxxcv. Is C. Licinius Caluum primum plebeium Magistrum Equitum dixit. Anno huic proximo idem P. manlii siue alter eiusdem nominis Tribunus militum fuit, quem Verrius Flaccus A. F. A. N. Capitolinum appellat, nec addit notam, quam solet secundis magistratibus. Imperiosi cognomen primus habuit L. manlius A. F. quod nimis seuere delectum habuerit Dictator anno urbis ccxc. Claudi singendi causa creatus. Cui m. Pomponius Tribunus plebis diem dixit, quod aliquot sibi dies ad Dicturam gerendam addidisset, quodq. Titum filium, qui postea Torquatus appellatus est, rus ab hominibus relegasset. Sed filius Pomponium coegerit iurare se ab accusatione discessurum. Alter Torquati frater is est, ut arbitror, quem M. Verrius cn. manlium L. F. A. N. Capitolinum Imperiosum appellat. Consul is fuit cum m. Popillio Laenate anno quarto post patris Dicturam. Iterumq. anno in teriecto cum C. marcio Rutilo, ut quidam arbitrantur; neq. enim a veteribus proditum est eundem iterum creatum. Interrex biennio post fuit. Cetero cum eodem Rutilo primo e plebe fuit anno cdii. lustrum fecisse dicuntur xxii. Tertius alter Cn. manlius superioris, ut creditur filius, nisi forte idem ipse est, Magister Equitum fuit a Dictatore L. Furio Camillo dictus an. cdviii. Torquati cognomen inuenit T. manlius L. F. A.N. Imperiosus cum anno ccxcii. cum Gallo pugnat, & ei torquem aureum detrahit, eq. se induit. Hic ter Dictator, ter Consul fuit, & in tertio consulatu triūphauit. Primam Dicturam gessit anno urbis quadringentesimo rei gerundae causa Magistrum Equitum dixit A. Cornelium Cossum. Iterum Dictator quarto deinde anno comitiū habendorum causa eundem Mag. Equit. dixit. & biennio post Cosul fuit cum C. Plautio Vennone. Iterumq. Consul cum C. marcio Rutilo tertium anno cdix. Tertium consulatum gessit cum P. Decio Mure quadriennio post; & urguntibus Latinis insignem uictoriā optinuit. Collega se deuouit, & occisus est. Hic Titum filium, quod eius in iussu pugnauit, licet uictorem occidi iussit. Quamobrem odiosum se iuuentuti Romanae fecit, nemoq. ei adulescens nobilis obuiam processit urbem ingredienti, dum triumphum agit xv. kal. Iunias de Latineis, Capaneis, Sidicineis, & Aurunceis. Tertia Dictatura fuit anno dxxxii comitorum, ut creditur, causa. Alter Torquatus superioris fortasse nepos in Consulatu, quem cum M. Fulvio Paitino gessit anno cdli. ex quo lapsus, dum se exercet, mortuus est. Tertius a Verrio Flacco A. Manlius T. F. T. N. Torquatus Atticus appellatus Censor fuit anno dvi. cum A. Atilio Calatino, & lustrum fecerunt xxxviii. Consul triennio post cum C. Sempronio Blaeso iterum factus est. Iterumq. Consul cum Q. Lutatio Cercone anno dxii. cum eodem de Falisciis triumphum egit. cerco kal. Martiis, Atticus iv. Nonas Quar-

- iv Quartus T. Torquatus T.F.T.N. proximi frater, aut fratrī filius ut suspic̄mur, consul fuit cum C. Atilio Būlbo iterum sexennio post illum triumphum, & de Sardeis vi. Idus Martias hic quoq. triumphauit. eodem anno pace ubiq. parta templum Iani iterum cl̄ usum fuisse ueteres prodiderunt. Sub Numa Rege antea solum clusum fuerat. Tertio temporibus Augusti Caesaris. Censuram gessit cum Q. Fulvio Flacco an. DXXII. Sed lustrū non fecerunt, quod uitio facti fuisse dicerentur. Itaq. abdicarunt Verrio teste. Septimo postea anno cum eodem Flacco iterum Consule iterum hic ipse Torquatus Consul fuit. Dictator quoq. anno DXL. tum comitiorum habendorum, tum ludorum causa fuit. Triennio antea cum comitiis Consularibus praerogatiua centuria eum consulem faceret, & aliae idem facturae esse uiderentur: oculorum ualetudinem excusauit, quae cum excusatio recepta non esset; neq. ego uestros, inquit, mores consul ferre potero, neque uos imperium meum. Hunc filius, ut opinor, Auli sequitur T. manlius A. F. T. N. a Verrio dictus, quem Valerius iuris ciuilis, & Sacrorum Pontificium peritissimum appellat. consul hic fuit cum Cn. Octauio anno Vrbis DXXIX. filium D. Iunio Silano in adoptionem dedit, in quem auditis mace donum legatis sententiam tulit pecunias eum a sociis accepisse, eaq. de causa & rep. & domo sua indignum esse. Eam notam filius tam acerbe tulit, ut eadem nocte se ipsum laqueo interemerit. Pater funeri noluit interesse, sed consultoribus eodem tempore uacare. Proximo anno A. Torquatus fratri in consulatu successit, cuius collega fuit Q. cassius Longinus. Praetor triēnio ante fuerat, de reb. capitalib⁹ quæstiones exercuit. Septimus L. Torquatus Consul fuit cum L. Aurelio Cotta anno DCXXIIX. Hi uidentur praemio legis Consules facti, cum accusassent ambitus P. Sullam, & P. Autronium competitores Consules designatos, & optimuissent. Sed maximū periculum Kal. Ian. & Nonis Febr. subierunt ab eisdem, quos accusauerāt, inita coniuratione cum L. Catilina, & Cn. Pisone. Sed detecta coniuratio est, & Cn. Piso in Hispaniam missus, Catilinā Consulatum cum optinere non potuisset, Cicerone Consule biennio post iterum coniurationem instituit. Extat Ciceronis Oratio pro P. Sulla, ex qua appetet L. Torquatum L. Torquati consularisui filium, cuius mater Asculana fuisse dicitur, Sullā accusasse, ut utriusque coniurationis non expertem. Hic est L. Torquatus filius, quem ut Epicureum fingit idem Cicero lib. i. de finibus cum eo longum habuisse sermonem. Fuit eodem tempore A. Torquatus quæsitor in Milonem de ambitu. Nunc ad Manlios Vulsones posteriores uenio. Primus L. Manlius A. F. P. N. Vulso Longus Consul fuit anno CCCCXCVI. cū Q. Caedicio, & eo mortuo cum M. Atilio Regulo iterum. bello Punico primo in Consulatu naualem de Poeneis triumphum egit. Iterum Consul fuit sexto anno a priore eiusq. collega C. Atilius Regulus iterum. Alter Cn. Vulso Cn. F. L. N. a. Verrio dictus, superioris, ut credimus, nepos Consul fuit cum M. Fulvio Nobiliore anno DLXIV. triumphum egit III. Nonas Martias biennio post de Galleis Asiaticis, Huius res gestas Hannibal Graece scripsit. Tertius A. Vulso superioris frater, ut existimamus,

cum

cum a Verrio Flacco Cn. F. L. N. ut ille appelletur, Consul fuit cum M. Iunio Bruto an DLXXV. Praeter hos P. Manlius Vulso Praetor Sardiniam optinuit an. DCLIII. & anno postea XIII. L. Vulso PR. Siciliam eandem prouinciæ. am biennio post C. Vulso Praetor sortitus est. Reliquum est, ut de Acidino Fuluiano agamus. Q. Fulvius Flaccus, qui quater Consul, semel Dictator, Censor, Magister Equitum, & Triumphalis fuit, filium in adoptio nem dedit L. Manlio L. F. Acidino. Itaq. filius, qui antea, ut credimus. M. Fulvius Flaccus dicebatur, postea L. Manlius L. F. L. N. Acidinus. Fuluianus appellatus est. ~~duobus~~ Graecis imbecillum significat, ac tenuem: inde fortasse Acidini cognomen deducitur, nisi potius ab acido Acidinus est. Hic cum fratre germano Q. Fulvio Q. F. M. N. Flacco quod numquam alias ante Caesarum imperium accidit, Consul fuit anno urbis DLXXIV. Triumpharunt duo fratres germani Metelli eodem die, duo etiam Censores eodē anno fratres patruelēs fuerunt, & ut Paterculus refert, duo quoq. Censores fuerunt Scipiones, siue Caepiones fratres germani; quod, ut alia multa, quo anno acciderit, ignoramus. Acidinus biennio ante Consulatum cum P. Scipione Nasica, & C. Flaminio Aquileiam Coloniam Latinam Triumuir deduxit. ex Hispania Citeteore Pro praetore fuisse reuersum ouantem constat anno urbis DLXVIII. Praetoris fuerat ante triennium Alius quoq. L. Acidinus Praetor fuit an. DCLIII. M. Marcello IV. Consule. Idemq. ut arbitror post undecim annos ex Hispania reuersus a senatu, ut ouans ingredetur, impetraverat; sed a M. Porcio Laeca TR. PL. prohibitus est. magnum tamē auri & argenti pondus in aerarium tulit. Praetor hos omnes P. Manlius Cos. fuisse dicitur cum C. Papirio Carbone anno DCXXXIII. sed is Mallius, aut Manilius fortasse est, quae ambae Consulares familiae fuerunt; quamuis a multis tam Graecis, quam Latinis & inter se, & cum hac Manlia confundantur. ut in collega P. Rutilii Rufi. Cos. an DCXLIX. quem Cn. Mallum in titulo ueteris monumenti appellatum esse scio, & in collega L. Marcii censorini, qui consul fuit an. DCIV. quem Manium Manilium P. F. P. N. Verrius appellat. Praetorem quoque L. Manlium fuisse scimus anno primo belli Punici secundi, urbis conditae DXXV. & post undecim annos C. Manlius Praetor Siciliam optinuit. Nec dubito, quin apud Liuum lib. xxviii. Q. Manilius Thrinus fuerit is, qui Aedilis Plebis cum M. Pomponio Mathone ludos plebeios instaurauit an. DLVI. & anno proximo Praetor peregrinus fuit. quamvis Q. Manlius mendose legatur. At P. Manlius an. DLVIII. Praetor Hispaniam citeriore prouinciam optinuit, adiutorq. M. Porcio Catoni Consuli datus est. Idem iterum Praetor eandem prouinciam optinuit post annos tredecim. Quaerendum quoq. est, quis nam L. Manlius fuerit, qui cum L. Minucio Myrtilo iussu M. Claudii Praetoris Urbani, quod le gatos Carthaginēs pulsassen traditi legatis sūt, ut Carthaginē duceretur.

M A R C I A

M A R C I A gens duplex patriciorum, & plebeiorum, utraq. nobilissima: illa uetus state, atq. origine a duobus Romanorum Regib. orta, atq. decora ta, & Coriolano clarissimo uiro, atq. fortissimo illustris: haec in uarias stirpes

pes diuisa multis insignibus uiris eluxit. Nam & Rutili, & ex his orti Censorini, & Philippi, & Figuli, ac Reges, & si qui alii aliis cognominibus distinguntur, omnes plebeij fuerunt. At patricii, quos maiorum gentium dicere possumus, si eorum opinionem sequamur, qui credunt a L. Junio Bruto primo Consule adscitos ex equestri ordine, primos patricios minorum gentium fuisse appellatos, ex Sabinis Romam cum Numa Pomphilio Regem migrarunt. Numa Marcius princeps gentis appellatus est, quod Marci filius esset, ut Numa Rex, quod Pomponis esset, Pompilium gentis nomen inuenit. Hunc Numam Marcium Praefectum Vrbis fuisse, & Pontificem Maximum sub Numa, & Tullo Hostilio inuenio. ex uxore Pompilia Numae Regis filia Anum Marciū Regem quartum Romanorum suscepit. Numae Regis uxor Tatia Titi Tatii Regis Sabinorum filia fuit, qui Romae cū Romulo regnauit. Ex ea Pompilia nata fuerit, nec ne, ignoramus. Sunt, qui affirment eundem Regem quattuor praeterea filios procreasse Pomponem, Pinum, Calpum, & Marcum siue Mamerum, utroq. enim nomine idem significatur, ut cum Mamers Mars dicitur. Ab his ortos fuisse Pomponios, Pinarios, Calpurnios, & Marcios, quos falso Mamerios Plutarchum appellasse quidam arbitrantur. Ita duplex origo Marciorum, aut a Numae Regis filio, aut ab Anco Rege, & a Numae filia, orationibus, & laudationibus, funerum iactabatur. Quibus affirmat Cicero historiam rerum Romanarum effectam esse mendacem. Multa enim, inquit, scripta sunt meis quae facta non sunt, falsi triumphi, plures Consulatus, genera etiam falsa, & a plebe, uel ad plebem transitiones, cum homines humiliores in alienum eiusdem nominis infunderentur genus. Anci praeponens Marcius Regis Sabinum esse Varro significat, quidam Graecum esse putant a uitio brachii nimis adunci. Regnauit annos xxiv. triumphum bis egit de Veientibus, & Sabineis, Ostiam Coloniam deduxit. Duos filios, qui postea i. Tarquinium Priscum Regem occiderunt, reliquit, quos Ser. Tullius Rex in exilium misit. Tarquinius annos xxxix. regnauit. occisus est anno urbis conditae clxxv. Ab hoc anno ad cclx. nulla Marciorum mentio, quod scia, fuit. Tum Cn. Marcius, quem Caium Plutarchus appellat, a Postumo Cominio Consule laudatus, quia fortem se, dum Corioli Volscorum oppidū caperetur, ostenderat; qui cum ei multa dona optare concederet, equum, & hospitem tantum Marcius Coriolanus, sic enim appellatus postea est, optauit. Anno proximo cum repulsam in Consulatus petitione tulisset, & de Tribunorum PL. potestate abroganda in Senatu consilium dedisset, ne dannaretur praefens, solum uerit in patriam magnum Volscorum exercitum quadriennio post duxit sed Vetusiae matris, & Volumniae uxor, & aliarum matronarum precibus ab incepto destitit. Matronis multa concessa a Senatu enumerantur, aram Fortunae muliebri eodem loco faciendam curarunt, quo id imperauerant. Coriolani mortem uarie ueteres scriperunt. Alii a Volscis proditioni scimine iniuisum occisum esse, alii se ipsum inter emisse, ut Themistoclem; tertii senem admodum in exilio esse mortuum.

iii. Plebeiorum uetusissimus C. Marcius, qui Tribunus plebis fuit. anno post urbem

urbem conditam ccclxiv. Rutilorum, & Censorinorum tres Consulares ante Augusti tempora fuerunt, quorum primus quater Consul, bis triumphum egit, idemq. primus e plebe Dictator, primusq. plebeius Censor fuit. Alter cum bis Censor fuisset, quod nemo unquam optimuit: censorini cognominis cauſa fuit. Tertius & Consulatum, & Censuram consecutus est. Primus igitur C. Marcius L.F.C.N. Rutilus in primo Consulatu, quē cum Cn. Manlio Imperioſſo ii. gessit an. ccxcvi. de Priernatibus triumphauit kal. Iuniis & anno proximo de Tusceis pridie Nonas Mai Dictator, Quarto postea anno iterum Consul fuit cum P. Valerio Potito. Publicola. Anno uertente Censor cum Cn. Manlio Imperioſſo, lustrum fecerunt xxii. Tertium Consul fuit anno cdix. cum T. Manlio Torquato ii. & cum Q. Seruilio Ahala quartum Consul uno anno interiecto honoribus uacuo. Ex hoc clarissimo principe familiæ natus est c. Rutilus, qui cum Q. Fabio Maximo Rulliano iterum an. cdxlxi. Consul fuit. Censuram priorem gessit post annos xvi. cum P. Cornelio Aruina. lustrum fecerunt trigesimum. Iterum Censor post annos nouem & uiginti, hoc est anno ccccxxxix. cum Cn. Cornelio Blasione fuit, lustrumq. fecerunt xxxv. Tunc Censorini nomen accepit, quod posteris quoq. accessit. Populum increpuisse dicitur. quod bis eidem tantam potestate detulerit: & ne aliquis bis Censor fieret, legis promulgandæ auctore fuisse. Tertius L. Marcius C.F.C.N. Censorinus Manii Manili in Consulatu collega anno primo tertii belli Punici, hoc est anno urbis dciv. biennio post Censor fuit cum L. Cornelio Lentulo Lupo. lustrum fecerunt lvi. Hunc nepotem, aut pronepotem superioris fuisse credimus.

PHILIPPI.

iii. PHILIPPI quattuor, Consulatus quinque, Censuras duas, Magisteriū Equitum, & triumphum optimuerunt. Primus Q. Marcius Q. F. Q. N. in Consulatu, quem cum L. Aimilio Barbula gessit, triumphauit de Etruscais kal. Aprilis anno cdlxii. Magister Equitum fuit anno xii x. Cn. Fulvio Maximo Centumalo Dictatore clavi figendi cauſa. Sequitur Q. Philippus L. F. Q. N. Verrio teste, quem proximi nepotem fuisse suspicamus. Cōsul fuit cum SP. Postumio Albino an. dlxvii. ob Bacchanalia ex Senatus cōsulto Consules quaestiones exercuerunt in plerasq. feminas non uiles; quae facrorum praetextu turpiter uixerant ante biennium Praetor Siciliam optinuit. Iterum Consul fuit cum Cn. Seruilio caepione an. dxxciv. quinquennio post censor cum L. Aimilio Paullo. Lustrum fecerunt lvi. Huius filius Q. a Liuio commemoratur. Tertius L. Philippus Q. F. Q. N. cuius mater clodia foror fuit Appii Pulchri c. F. consularis uiri, clarissimus uir fuit, & post L. crassum, & M. Antonium eloquentissimus: in Tribunatu plebis legem Agrariam promulgauit, Sed eam non pertulit, in Tribuni Militaris, & cōsulatus petitione repulsa tulit, cōsul tamen factus est cum Sex. Julio cæfare anno proximo ante marſicum, siue sociale bellū: hoc est urbis an. pclxii.

Oo in

in eodem consulatu M. Drusi TR. pl. conatus fregit, eiusq. leges Liuias ne
minem tenere decernendi senatui auctor, ut consul & Augur fuit, ut pote
contra auspicia latas, censor cum M. perperna quinquennio post lustrum
condidit LXVII. ^{iv.} Quartus L. Philippus L.F. hoc est superioris L. Philippi
filius consul fuit cum cn. Lentulo Marcellino an. DCXCVII. Hic uitricus fuit
c. Octauii, qui postea adoptione maioris auunculi c. caesar Octauianus ap-
pellatus est, & postea Augusti cognomine imperiu tenuit. Namq. Attia Au-
gusti mater post c. Octauii praetori uiri morte L. Philippo nupsit ex qua
L. Philippum procreauit, ut Dion scribit. Ouidius uero in calce lib. vi. fasto
rum materter caesaris Augusti Philippo nupsisse ait, & ex eo natā Marcia,
quae tū ab Anco Rege, tū ab eo philippo, qui templū Herculis Musarū aedi-
ficauit, genus duceret. Hunc autem Augusti tempore fuisse, qui id templū
costruxerit, Suetonius auctor est. Ex alia uxore Philippi Marcia nata est M.
catonis, & Q. Hortensii uxor, quae uiuo catone ab Hortensio expetita esse di-
citur, & mortuo Hortensio ad Catonem rediisse. L. Philippum patrem in-
uenio Gellii uitrum fuisse, & Geliae Postumii matris. Est autem is Gel-
lius quem catullus turpissimis uerbis proscidit, in quem cicero in Sextiana
^{v. iv.} inuehitur frater, ut arbitror L. Gellii Publicolae uiri censore. Figulos
duos tantum consulares reperio ambo eodem praenomine Prior c. Marci
us c. F. Q. N. consul cum P. Cornelio Scipione Nasica, qui corculum dictus
est, an. DCXI. Sed Figulus e Gallia, Nasica e corsica redierunt, & abdicarunt
se consulatu, quod uitio facti esse dicentur. In eorum locum facti sunt P.
Lentulus, & cn. Domitius Aheno barbus. Iterum tamen consul sexto postea
anno fuit cum L. Lentulo Lupo. cum Delmatis uarie pugnauit, uictoria tan-
dem potitus est. C. Figulum Praetorem fuisse inuenio an. DXXCIV. eum hunc
ipsum fuisse arbitror, & Classi praefectum fuisse. Huius filius C. Figulus
iurisconsultus cum in petitione Consulatus repulsa tulisset, postridie fer-
tur consulentibus dixisse, Vos consulere scitis, Consulem facere nescitis.
Alter consularis C. Figulus C. F. a Dione appellatur, Figuli iurisconsulti,
ut arbitror, filius, aut nepos. Consul fuit cum L. Julio Caesare an. DCXXCIX.
Ante hos T. Marcius Figulus an. DXXCIV. nuntiauit Senatu palam enatam
in impluio suo.

R E G E S.

^{v.} R E G E S duos etiam Consulares inuenio, & alterum triumphalem Prior Q.
Marcius Q. F. Q. N. Consul fuit cum M. Catone Liciniano an. DCXXXV. Pro
consule anno proximo triumphum egit de Liguribus Stoencis III. Nonas
Decembres. Hic in consulatu unicum filium amisit magnae spei adulescen-
tem; eodem die Senatum habuit. Alter Q. Rex superioris ut creditur fra-
tris filius consul fuit an. DCXXCV, maioreq. parte anni solus consulatum ges-
sit, propterea quod cū L. Metellus collega initio anni mortuus fuisse, & eū
qui ei suffectus fuerat, antequam iniret, mortuum fuisse audiret, religioni ha-
bitum est Regi collegam creare. Ex hac familia Marcia fuit auia paterna c.
Caesa-

I Caesaris Dictatoris. Nam cum is funebri oratione Iuliam amitam, quae
C. Marii septies consulis uxor fuit, laudaret; eius paternum genus cū diis
immortalibus coniunctum esse dicebat, cum a Venere Iulii essent: & mater-
num ab Regibus ortum; cum ab Anco Marcio Marcii Reges essent, quo no-
mine fuisset mater amitae. Captasse quoq. P. Clodium A.P.F. Pulchrum cō-
stat Q. Marcii Regis consularis hereditatem, qui Tertiam Clodium eius so-
rorem duxerat, ex Ciceronis ioco discere quis potest. sed ad Consules re-
uertamur. Ante hos omnes, quos diximus Philippis, Figulos, Reges
Q. Marcius Tremulus fuit, qui bis Consul, & triumphalis Marciae genti
maximum ornamentum addidit. Priori Consulatu, quem cum P. Corne-
lio Aruina gessit, triumphum egit de Anagnineis, Herniceisq. prid. Kal.
Quinctiles an. DCXLVII. statua ei equestris togata ante aedem Castorum sta-
tuta est, quod Samnites bis deuicerat, & Anagnia capta populum stipēdio
liberauerat. Praetorem inuenio urbanum fuisse M. Marcius Rallam an-
no DCXLIX. & biennio post legatum Carthaginem missum cum L. Veturio,
& L. Scipione. sine cognomine insignis uir L. Marcius fuit Septimii filius e-
ques Romanus, qui morte Publpii, & Cn. Scipionis, quorum alter Africa-
ni, alter Nasicae pater fuit, perditas res in Hispania collecto exercitu restau-
rauit, & maximos hostium exercitus uicit. Senatum tamen offendit: quod se
Propraetore appellauerit in litteris, quibus de rebus gestis eum certiore
fecit. A militibus enim nouo exemplo fuerat dux electus, & Propraetore fa-
lutatus. Eidein ferunt concionanti caput ardere uisum; clypeumq. in Ca-
pitolino templo positum esse, quod Marcius diceretur cum imagine As-
drubalis ab eo uicti. M. Marcius Tribunus Militum secundae legionis
occisus a Gallis an. DLX. M. Marcius Rex sacerorum moritur an. DCXLI. quem
arbitror patricium fuisse. Nam Cicero in oratione ad Pontifices Regem Sa-
crorum, Flamines, Salios, & ex parte dimidia sacerdotes, & Interregem,
& eum, a quo is proditur, patricios esse oportere affirmat. L. Marcius cum
Q. Fulvio Aedilis Curulis fuit anno DCXCIX. cum Hecyra Terentii tertio
relata est, potuit is esse L. Marcius Censorinus, quem Consulem fuisse dixi
mus post annos XVI. De aqua Marcia uarietas inter scriptores est, a quo ho-
men sumpserit. Plinius Marcia inquit, quondam Aufeia, fons ipse Piconia. Pri-
mus ea in urbem ducere auspicatus est Ancus Marcius unus e Regibus: po-
stea Q. Marcius Rex in Praetura rursusq. restituit M. Agrippa. Plutarchus
Marcius inquit fuere Publius, & Quinctius, qui maximum, pulcherrimumq.
Romae aquae ductum fecere. Julius Frontinus anno ab urbe cōdita DCVIII.
Ser. Sulpicio Galba, L. Aurelio Cotta Cof. datum est a Senatu negotium
Marco Titio, qui tum Praetor inter ciues, & peregrinos ius dicebat, aquae
ductuum reficiendorum, & ut alias aquas duceret. Is hanc aquam a tertio mi-
liario duxit, cui ab auctore Marciae nomen est. Fenestellam quoque is re-
fert Marco de cōtra in haec opera HS. DCCCIY. & Praeturam in alterum an-
num prorogatam. Sed in uerbis Frontini mendum esse potest, ut pro Mar-
cio, uel pro Marcio Tito M. Titius scribatur. nam cur a praenomine Marco
Marcia, non a Titio nomine gentis Titia dicta est? quamuis Appia & via, &
O o 2 aqua

aqua a praenomine Appii Claudii dicitur; sed nonnulli Claudiam aquam dixerunt, & Appii praenomen genti Claudiæ ita haesit. ut raro apud alias inueniatur. Augent opinionum varietatem denarii Philippi Monetalis, qui adhuc extant, in quibus Anni Regis imago cernitur eius praenomine adscripto, & aquae ductus his litteris inscriptus A.Q.VA.MARC. & in eo statua equestris cum his litteris PHIL.PPV. Non dubito, quin is Triumvir Monetalis, qui denarium signauit, uoluerit gentis suae monumenta celebrare, & se originem ducere ab Anco Rege significare, & ab eo, qui aquam duxerit, & cui statua equestris donata sit, quem fortasse antea Tremulum cognomento appellauimus. Laudatur præterea a Plinio Manius Marcius Aedilis plebis, qui primus frumentum populo in modios assibus donauit. Nec est omitendus Marcius uates a ueteribus Romanis celebratus, quisquis ille fuit. Sub Augusto Caesare duos Consulares fuisse video ex censoriorum familia; quorum alter triumphalis etiam fuit. Prior L. Marcius L.F.C. N. Cof. ex Macedonia triumphum egit kal. Ian. an. DCCXIV. eius collega fuit C. Calvinius C. F. Sabinus. Alter superioris filius C. Censorinus L. F. L. N. Consul fuit an. DCCXLV. Tiberii Caesaris temporibus unus Q. Marcius Barea cum T. Rustio Nummio Gallo Cos. suffectus fuit an. DCCXXXIIX. Neq. post haec tempora alium Consularē Marcium inuenio. Marciae Augustorum uxores, aut cōcubinae hae a nobis collectae sunt. Marcia Furilla Titi Vespasiani filii uxor splendidi generis, ut ait Suetonius, ex qua filia nata est Iulia, quam Domitianus patruis adauit. Marcia item Commodi Imp. concubina, quam Amazonis habitu diligebat, & Amazonium se, mensimq. Decembrem, uel Ianuarium appellabat. Hanc dum occidere meditatur, eius consilio occisus est. Marcia quoque L. Septimii Seueri uxor prior appellata est, cui Imperator factus statuas posuit. Marciae Otaciliae Seuerae Augustae uxor Philippi Imperatoris multa monumenta extant, & pecunia eius nomine, & imagine signata. Fuit præterea Marcia Fabii maximi uxor Liuiæ Augustæ ualde familiaris. & Marcia Vestalis cum Licinia prius absolta, postea damnata L. Cassio Quæfitore. cum Sex. Peduceus Tribunus PL. L. Metellum Pont. Max. & totum collegium Pontificum crimatus est male iudicasse Aemiliam tantum condemnando, ceteras absoluendo, ut Asconius testatur in Milioniana.

M I N V C I A E.

- M I N V C I A E. gentis familia duplex patriciorum, & plebeiorum, utraq. Consularis. Namq. Augurini patricii Consulatus quinque, Decemviratus legibus scribendis, & Pontificatum Maximum optimuerunt. Rufi plebei Consulatus tres, triumphos duos, & Magisterium Equitum cuius imperium cum Dictatore novo exemplo est aequatum. Praeter hos Thermorum familia, quam plebeiam fuisse existimo, Consularis & triumphalis fuit. Primus M. Minucius Augurinus Consul fuit cum A. Sempronio Atratino anno urbis CCLVI. post Reges exactos anno XIII. Iterum cum eodem collega Consul fuit, uel ut tunc dicebatur, Praetor ann. post superiorē Sexto. Anno proximo hoc est an. CCLXI. Consul fuerat P. Augurinus cum T. Geganius

- lio Macerino. Tertius L. Minucius eodem cognomine ceteris & uirtute, & praemiis præcellens Consul fuit an. CCXCV. cum C. Nautio Rutilo iterū coactus est abdicare a L. Quintio Cincinnato Dictatore. Decemvir legibus scribendis fuit anno CCCIII. & proximo, quo abdicare cum reliquis est coatus propter Appii Claudii collegae libidinem, atq. potentiam. Idem tamē siue aliis eiusdem nominis praefectus Annonae fuit anno CCCXII. & proximo, quibus SP. Maclii facinus tyrannidem captantis, quem C. Seruilius Ahala interemit, detexit, & farris premium trinis nundinis ad assem rededit. ob quas res undecimus Tribunus plebei creatus est, & ei statua, atq. columna stipe a populo collata extra portam Trigeminam statuta est non ex Senatus consulto, sed tum primum ex populi decreto, ut Plinius auctor est. L. Minucius tantum bone aurato extra portam Trigeminam donatum afferit, falsumq. esse imaginis titulum, quo diceretur undecimum TR. PL. cooptatum; cum patricius fuerit, & patres non finerent augeri numerum. Extant hodie Augurinorum denarii cum columnae, & Auguris imagine. Quartus Q. Augurinus Cof. fuit an. CCXCVI. cum C. Horatio Puluillo. Quintum inuenio SP. Augurinum Pontificem Maximum fuisse an. CCCXXXV. Postremo TI. Minucium reperio Consulem L. Postumii Megelli in consulatu collegam an. CDXLIX. mortuum esse, eq. suffectum M. Fuluium Curuum plebeium. Quod facit, ut dubitent quidam, num ipse Minucius plebeius fuerit. Sed mihi non mirum esse uidetur, ut initio anni duo patricii Consules fuerint, & postea altero mortuo plebeius fuerit suffectus. Venio nunc ad Minucios plebeios, quorum uetusissimus est M. Minucius Tribunus plebis an. CCCLII. Rurorum uero primus Marcus ille Minucius, qui Cof. an. DXXXII. cum P. Scipione Afrina, & quarto postea anno Magister Equitum fuit Q. Fabio Maximo Verrucosso II. Dictatori, qui cum uictorem Hannibalem cunctando coercisset, eam cunctationem milites ignauiam, & socordiam appellantes a populo Romano optimuerunt, ut Minucio cum Dictatore aequaliter imperium. Sed cum id in perniciem cessisset, nisi Minuciani a Fabianis fuissent summo periculo liberati, iterum se omnes Dictatori subiecerunt, eumq. patrem appellarent. Alter est Q. Minucius C.F.C.N. Rufus a Verrio dictus. is Consul an. DLVI. cum C. Cornelio Cethego, triumphum egit de Liguribus, & Boiis in monte Albano. Praetor Brutios prouinciam ante trienniū optimuit. & M. Rufus Praetor peregrinis ius dixit, anno Consulatus Q. Rufi. Tertius Q. Rufus, quem aliqui M. appellant, Consul fuit cum SP. Postumio Albino anno secundo belli Iugurthini, hoc est urbis DCXLII. triumphū egit anno proximo de Scordisceis, & Triballeis ex Thracia. Thermū Consularē unū iuueni Q. Minuciū Q. F. L. N. qui Propraetore anno DLIX. ex Hispania Citeriore triumphū egit, Consul fuit biennio post cū L. Cornelio Merula. Hic Aedilis Curulis cū T. Sépronio Longo anno DLV. fuerat, & ab his ludi Romani qua ter instaurati fuerūt. Praeturā biennio post gessit in Hispania Citeriore, ex qua, ut diximus, triumphum egit. Occisus est an. DLVI. a Thracibus. Praetor M. Thermus fuit, sub quo C. Julius C. F. Caesar postea Dictator prima stipendia in Asia fecit, & ab eo in expugnatione Mytilenarum

lenarum ciuica donatus est anno plus minus DCLXXIII. Praeter hos inuenio T. Minucium Melliculum Praetorem inter ciues, & peregrinos mortuum esse anno DLXXXIII, C. Minucium Numatium occisum Cannensi proelio, quem Magistrum equitum fuisse anno proximo, hoc est anno urbis DXXXVI. aliquot dies Luius afferit. Minucia Vestalis uiua defossa extra portam Collinam campo scelerato nomen dedit an. CDXVI. Lucius Minucius legatus a Q. Fulvio Flacco missus ex Hispania Citeriore an. DLXXXIII.

M V C I A.

M V C I A gens plebeia quidem; & quae sero ad Consulatum peruererit; tamen clarissimos viros habuit, & cum iuris ciuilis scientia, tum grauitate morum insignes: Consulatus quinque, Pontificatus Maximos duos, & triumphū optimis. Oēs eodē cognomine Scaeulae siue Scaeulæ usi sūt, eo excepto, qui primus id cognomen inuenit, quem Cordū a multis, ab Atheno dōro Opifigōnum appellatum fuisse accepimus. Cordi agni, & Cordum frumentum, aut fenum dictum est, quod sero naſceretur, aut matureſceret. idem Opifigōnus significat. Scaeula is dictus est, quod dexteram in ignem miserit, cum Porſenam Regem urbem obſidentem interimere putans, purpuratum eius siue scribam occidit: & postea ſinistra uſus neceſſario eſt. Scaeula Graeca origine ſinistram ſignificat, & Scaeula deminutionis cauſa di- citur, ut ſportula, & animula. Quod uero O littera pro V posteri in eo no- mine uſi ſint, mirandum non eſt, tum propter earum litterarum in multis aliis facilem permutationem, tum propter uſum eius uocalis poſt digāma, quae raro ab eruditioribus ueteribus retinebatur, ſed in O mutabatur. Vnde in numiniſ paullo poſt caedem C. Caſaris signatis D I V O S, I V L I- V S, ſic in ueteribus Plauti, & Terentii & aliorū libris VOLGV S, VOL T, VOL T I S, VOL T V S, & cetera eadem ratione. Sed Antiquius eſſe ar- bitror Scaeulae uſum, ut Popliculae, & epiftulae, quorum alterum in Pu- blicolam mutatum eſt, alterum licet ut origine Graecum, O littera ſcriben- dum eſſet, non niſi poſt Iuſtiniani tempora eam litteram accepit. Praenome Cordi uarie ſcriptum video. Sunt, qui Caium Mucium, quo praenomine Consulares uſi non ſunt, alii Q uin̄ctum, uel Publum, quibus frequentius gentiles uſos uideo, prodiderunt. Ab hoc Mucia prata dicta ſunt ea, quae uirtutis ergo ei donata cum ſtatua eſſe dicuntur. Fuit is annus poſt Re- ges exactos alter, poſt urbem uero conditam CCXLV. Hunc patricium ſuiſ ſe non nemo ſcripsit, ſed cum neq. iſ, nec posteri magistratus optimuerint ante, quam cum plebeiis communicarentur, id mihi non fit uerisimile. Primus Consul P. Mucius Q. F. P. N. Scaeula triumphum egit de Liguri- bus an. DLXXXIX, eius collega fuit M. Aimilius Lepidus in ſecundo consulatu. Huius pater ut arbitror Praetor an. DXXXIX. Sardiniam optimis. Publii frater germanus Q. Scaeula Consul proximo anno poſt fratris Consulatu fuit cū ſp. Postumio Albino Paullulo. Tres Soles eo āno uifi praetores ambo fratres eodem anno fuerūt an. DLXXIV. Publius PR. urbanus fuit, & quaefitione de

de ueneficiis exercuit. Quintus Siciliam optimis. Tertius P. Scaeula P. F. maximus uir, & iuris peritissimus Tribunus plebis an. DCXII. aduersus L. Tubulum, qui Praetor quaefitionem de ſicariis anno proximo exercue- rat, & pecunias accepisse dicebatur, rogationem pertulit, qua Cn. Caepio ni Col. ea quaefatio deferebatur. Sed Tubulus in exilium profectus eſt. Prae- tor fuit quinquennio poſt, & Consul an. DCXX. cum L. Calpurnio Pifone Fru- gi. In consulatu Tl. Gracchi TR. PL. conatus non ſolum non repreſſit, ue- rum etiam adiuuiffe cum fratre germano P. Licinio Crasso Muciano iuriſ- consulto, & anno proximo Pontifice Maximo creato dictus eſt. Quam- obrem nobilitas exarſit, & duce P. Scipione Nasica Tiberius occiſus eſt.

Pontifex Maximus fratre in Asia mortuo cooptatus eſt anno tertio poſt Co- ſulatum. Quartus eſt Q. Mucius Q. F. quem Augurem Cicero appellat, Consulatum geſſit cum L. Metello Delmatico an. DCXXXVI. Hic ex Laelia Maiore C. Laelii ſapientis filia duas Mucias procreauit, quarum alteram L. Crassus duxit, alteram C. Marius septies Consul. Crassus duarum Licinia- rum pater fuit, quae P. Scipioni Nasicae, & C. Mario filio nupſerunt. C. Lae- lius minorem filiam C. Fannio M. F. collocauit: qui cum maior natu eſſet, quam Q. Scaeula, moleſte admodū tulit ſibi illum in Auguratus collegio praelatum. Horum omnium nomina leguntur in dialogis Ciceronis, qui inſcribūt Cato maior ſiue de ſeneſtute, & Laelius ſiue de amicitia, & de O- ratore ad Q. fratrem. Hunc etiam Q. Mucium iuriſconsultum fuisse accep- imus, quamuis a Pōponio omiſſus ſit, cuius historia minus uera, & plena eſt. Sequitur Q. Mucius P. F. quem Pontificem, aut Pontificem Maximum, ut ab Augure diſtinguant, appellant. Hic paternam disciplinam exo rnauit, ma- joresque progresſus in ea fecit. cuius hodie extant aliquot capita in Digestis ex libro definitionum. Consul fuit an. DCLIX. cum L. Licinio Crasso Au- guris genero, cū quo alios magistratus geſſit excepto Tribunatu Plebis, in quo Scaeula Crasso ſuccedit. Et Scaeula Tribuno in roſtris ſedente le- gem Seruiliam Q. Caepionis Consulis Crassus ſuafit an. DCXLVII. quo anno Cicero natus eſt. Ambo Consules legem Liciniam, & Muciam pertulerunt, de ciuibus regendis, ut in ſuae quisque ciuitatis ius redigeretur, neq. ius ci- uitatis Romanae uſurparet; quam Cicero in Corneliana pernicioſam Rei publicae fuisse dixit. Ex ea enim alienati ſunt animi Italiconum, & belli ſo- cialiſ occaſio quinquennio poſt exorti fuit. Prouinciam Afiam nouem mē ſes Praetor, ut arbitror, rexit, ea iuſtitiae, aequitatis, & integritatis, ac di- ligentiae fama; ut exemplum prouinciarum rectoribus reliquerit, eiusque edicta Afatrica in alias prouincias traſferrentur: & feſtos dies ſingulis an- nis deinceps ageret Afia. quae Mucia dicerentur, ut tanti uiri memoriā quo- tannis renouarent. Pontifex Maximus fuit an. DCLXIV. triennio poſt in fu- nere C. Marii septies Consulis, C. Fimbriae perditissimi ciuiſ iuſſu uulnus accepit, ab eodem paullo poſt accuſatus eſt. quadriennio poſt ante Vestae tē- plum occiſus L. Licinii Damasippi Praetoris, qui Marianarum partiu- erat, auſtoritate. Hic non ſolum iuriſconsultus, ſed etiam orator habitus eſt nō contemnendus. Huius ſoror Mucia Manio Acilio Glabroni nupſit, ex quo

Manium

Manium Glabroneum peperit, qui Consul fuit anno DCXXXVI. apud quem Praetorem C. Verres accusatus est. Apud Pomponium metio extat Q. Mucii Volusi, qui Auli Cascellii praecceptor fuit, a quo P. Mucius Quintus ne pos heres institutus est. Eum Volusum Plinius libro octavo Volcatium appellasse uidetur, defensumq. esse a cane narrat, ne a gressatore occideretur. Sed in utroq. libro medosus locus est. Apud Asconium legi Q. Mucium Octavianum Tribunum plebis fuisse anno DCXXIX, quem Cicero furti a L. Fufio Caleno accusatum priuato iudicio defenderat, sed Catilinae in petitione Consulatus fauebat, & in senatu intercesserat, ne lex ambitus aucta poena ferretur. De Tertia Mucia cn. Pompei ter Consulis tercia uxore, ex qua tres liberos procreauit, quam non sine adulterii suspicione dimissam M. Aemilius Scaurus duxit, Scauri principis senatus filius, ex qua etiam filium suscepit, alio loco diximus fuisse quidē Scacuolae alicuius filiam, sororemq. uterinam Q. Metelli Nepotis, & fortasse Q. Metelli Celeris, qui ambo Cōfulares fuerunt. Ob hanc eandem Muciam Pompeio obiectum est a C. Curione patre, & filio, cur eius, quem Aegisthum solitus erat appellare, filiam uxorem accepit, hoc de C. Caesare dixisse aliquando Pompeium in memoriam redigebant, regnandiq. cupiditatem utriq. exprobrantes, quae ambos simul cum republica transuersos egit.

N A V T I A E.

- i. N A V T I A E gentis origo a Naute comite Aeneae Troiano fuit, cui Palladium a Diomede traditum fuisse, & posteris Mineruae sacra semper commissa, Varro in libris de familiis Trojanis prodidit. Itaq. ex his patricia familia Rutilorum, maiorum ut arbitror, gentium septem habuit, qui Consulatus quinq. & Tribunatus Militares cum Consulari potestate quattuor eos secuti sunt. Primus SP. Nautius Consul fuit cum Sex. Fusio Fusio Medullino an. CCCLXV. Hunc Dionysius, ut nobilissimum adolescentem, & Mineruae sacerdotem, Palladiiq. custodein, & mox futurum Consulem sexto anno laudat. Patrem eius Spurium appellant, qui existimant eius filium fuisse C. Rutilum bis Consulem, quem Verrius Flaccus SP. F. SP. N. appellat. Eius in priore Consulatu, quem gessit an. CCCLXXIX, collega fuit P. Valesius P. F. Poplicola, in posteriore L. Minucius Augurinus an. CCXCIV. Anno uicesimo ab hoc Consulatu SP. Nautius legatus Populi Romani a Fidentibus iussu Lartis Volumnii Veientum Regis cum aliis tribus C. Fulcinio, & L. Roscio, & Tullo Cluvio, siue Coelio, aut C. Julio Iulo occisus est. Pro SP. Nautio, quem Liuius, & Plinius produnt. Cicero in Philippicis, nisi medosus liber sit, SP. Antium refert. Horum in rostris statuae ex S. C. positrae sunt. Primus post hos Tribunus Militum fuit SP. Rutilus anno CCCLXXIX. Alter Spurius ter eodem magistratu functus est annis XXXIV. XXXVII. & XLIX. supra trecentesimum. Hunc etiam Verrius SP. F. SP. N. appellat.
- v. Quintus C. Rutilus Consul fuit cum M. Papirio Mugillano anno CCCXLII.
- vi. Sextus SP. Nautius SP. F. SP. N. Rutilus, ut Verrius notat, Cos. fuit cum M.

Pop-

- vii. Popillio Laenate anno CCCCXXXVII. Postremus C. Nautius in Consulatu, quem gessit an. CDLXVI. Collegam habuit M. Claudium Marcellum.

O C T A V I A.

O C T A V I O S Velitris ortos Romam a Tarquinio Prisco translatos, in Senatumq. adscitos, a Ser. Tullio patricios factos esse Suetonius auctor est. Velitris uicum Octauium celebrem fuisse, & aram Octauio consecratam, qui belli cum finitimis dux Marti sacrificans nuntio accepto hostes adesse, sacrum imperfectum reliquit, hostesq. uicit. ex quo decreto publico singulis annis exta marti semicuda reddi, reliquias ad Octauios referri solitas fuisse dicebant. Romae ad plebem translati Consulatus quinque, triumphum unum optimuerunt. Iterum a C. Caesare Dictatore patricii facti sunt, ut sororis suae nepoti, quem postea testamento adoptauit, gratificaretur. Is fuit C. Octavius C. F. C. N. C. PRO. N. C. A. B. N. qui postea C. Julius C. F. Caesar Octavianus Augustus appellatus est. Primus populi suffragio magistratum adeptus est C. Octavius Rufus, cui Quaestor, Cnaeus, & Caius filii nati sunt. Cnaeus, & qui ab eo orti sunt, summos honores optimuerunt. Caius eiusq. liberi in equestri ordine permanserunt usq. ad C. Octavianum Augusti patrem, qui primus Senator fuit, & post Praeturam Proconsule Macedoniae prouinciam optime rexit. Primus Cn. Octavius Cn. F. Cn. N. ut Verrius ait, cum Pro praetore kal. Decemb. anno DXXVI. triumphum naualem egisset ex Macedonia, & Regem Perse, biennio post cum T. Manlio Torquato Consul fuit. Hic postea missus ad Regem Antiochum, cum Rex responsum dare differret, Regem, circulo facto circumscriptis uirga, quam gerebat, & statim dare responsum coegit, quod ipsum ab aliis Cn. Popillio tribuitur: sed huic quidem certe in legatione mortuo statua in rostris ex Senatus consulto posita est. Eadem in palatio domum praeclare aedificatam ad Consulatum suffragium attulisse Cicero scribit. Hunc existimo C. Rufi pronepotem fuisse. Hunc Festus ait porticum Octauiam fecisse theatro Pompei proxinam, quam combustam reficiendam curasse caesarem Augustum. eumq. fuisse refert, Aedilem Curulem, Praetorem, Consulem, Decemvirum sacris faciundis, & Triumphalem. Alter Cn. Octavius superioris, ut creditur, filius Consul fuit cum T. Annio Lusco an. DCXXV. Tertius eodem praenomine infelicem Consulatum gessit cum L. Cornelio Cinna anno DCCLXVI. nam licet seditione cum collega orta, eum ex urbe abrogato ei magistratu elecerit, & in eius locum suspectus fuerit L. Cornelius Merula Flamen Dialis: Cinna tamen cum C. Mario exule, magnoque exercitus aduocato urbem ingressus est. & Octauium collegam, M. Antonium, L. & C. Caesares occidi iussit. Merula quoque Dialis Cos. & Q. Catulus, & P. crassus Marci diuitis paterib[us] manus intulerunt, ut crudeliorem mortem effugerent. Quartus. CN. Octavius

Pp. vius

uius M. F. cn. N. proditura Verrio, qui cum c. Scribonio curione consul fuit an. DCCLXXVII. Hunc magnos cruciatus fortiter pertulisse, cum omnes eius artus ardere uiderentur, Cicero lib. secundo de finibus refert. Postremus L. Octavius Cn. F. Cn. N. anno proximo Consul fuit cum C. Aurelio Cotta. Apud Liuum primus Praetor Cn. Octavius, qui anno proximo Aedilis plebis fuerat, Sardiniam prouinciam optinuit an. DXLVIII. nauesque onerarias LXXX. Poenorum cepit. Sed biennio post cum cc. onerariis, & xxx. longis nauibus ex Sicilia in Africam traiiciens aduersa tempestate classem amisit. Hunc existimo patrem fuisse eius, qui primus ex hac familia Consul factus est. Redeo nunc ad Augusti maiores. proauus Augusti secundo bello Punico stipendia in Sicilia Tribunus militum fecit Aemilio Papo Imperatore. Auus Velitris locuples consenuit, quidam argentario fuisse dixerunt. Pater, ut ex titulo eius statuae didicimus, Tribunus militum fuit bis, Quaestor Aedilis plebis cum C. Toranio, quem tutorem filio suo reliquit, a quo Triumviro proscriptus est. Iudex etiam quaestionum fuit, & Praetor, & Pro consule Imperator appellatus est ex prouincia Macedonia Bessis & Thracibus magno proelio fuis. fudit quoque in itinere fugitiuos, qui agrum Turinum occuparant. quamobrem fortasse filio cognomen Turini, dum puer esset, haesit. quamuis M. Antonius proauum eius Restionem ex agro Turino libertinum exprobaret, eaque de causa identidem eum Turinum appellaret. Restionis cognomen Antiorum familiae fuit. Apud Dionem, & Xiphelinum Caepias non sine mendo scriptum cognomen Augusti est. Pater, dum ad petitionem Consulatus uenit, Nolae mortuus repentina est in eodem cubiculo, in quo p. Rea Augustus filius, quem tum quadrum reliquerit anno DCXCIV. Vxores duas habuit Anchariam, ex qua Octavia maior, & Attiam M. Attii Balbi, & Iuliæ C. Caesaris postea Dictatoris sororis filiam, ex qua Octavia minor, & Augustus nati. Balbus paterna stirpe Aricinus ex senatoria familia, quam Vergilius ab Aenae comitibus ortam significat illis uerbis.

Alter Atys, genus unde Atti duxere Latini,

Parvus Atys, puerq. puer dilectus Julio.

Maternum Balbi genus CN. Pompeio magno propinquum fuit. De Octavia minore nihil accepimus. Octaviam maiorem C. Marcellus duxit, ex qua tres liberos precreauit, M. Marcellum generum Augusti, & filias duas. Mortuo Marcello M. Antonio Triumviro intra decem menses nupsit. & ex eo duas Antonias peperit; Maior Neronis Augustia fuit; minor Tiberii Claudi Augusti mater, C. Caesaris Caligulae uia, Neronis Augusti proavia. Octavia porticus theatro Marcelli proxima ab hac Octavia maiore sorore Augusti facta est. Laudauit autem Iuliam mortuam Augustus annos natus duodecim, matrem Attiam amissi in primo Consulatu uiginti annos natus, Octaviam sororem post XXXIV. an. Attia mater L. Marcius Philippus Consulari viro nupsit, ex quo liberos suscepit, ut Dion significat. Octavia quoque appellata est

Tl.

Tiberii Claudii Augusti, & Messallinae filia Neronis Augusti uxor, a quo occisa est. Praeter hos laudantur a Cicero in Bruto m. Octavius TI. Gracchi in tribunatu plebis collega, qui dum perseuera ret in intercessione aduersus leges Sempronias, quas Gracchus ferebat, ei abrogatus est Tribunatus an. DCXX. Alter M. Octavius Cn. F. qui tantum auctoritate, dicens ualuit, ut idem scribit, ut legem Semproniam frumentariam C. Gracchi populi frequentis suffragis abrogauerit. Caedes C. Gracchi post XII. annos fuit, quam Tiberii fratris Tribunatus & caedes. Sed eodem an alio anno hic M. Octavius eam legem abrogauerit, nobis incertum est. Tertius M. Octavius M. F. laudatur a Cicero, ut optimus Senator cum M. Catone patre, & Q. Catulo filio. Sed & L. Octavius Balbus iuris consultus Senator tam in Verrinis, cuius quaestionis in consilio fuit, quam etiam in Cluentiana, in qua tamen P. dicitur, maximis laudibus extollitur. Et in eiusdem Verrinis M. Octavius Ligus Senator ornatus dicitur loco, ordine, nomine, uirtute, ingenio, & copiis. Antiquissimus Octavius Mamilius Tusculanus, qui genus ab Ulyssis filio Tusculi conditore ducere se iactabat, Superbi Regis genera quo Mamilia gens Romae orta. Sed inibi is Octavius Mamilius dicendus uidetur, ut simile praenomen sit Quinto, & Sexto, & Decimo a numero liberorum: & ut ab illis Quintia, Sextia, & Decia, ac Decimia familiae deducuntur, sic ab Octavo praenomine Octavia gens est.

P A P I R I A

PAPIRIA gens, quam ueteres PAPISIAM uocabant, & patriciorum & plebeiorum fuit. Patricii, quos Cicero minorum gentium fuisse testatur, his cognominib. distinguuntur: Mugillani, Crassi, Cursores, Malones. Plebeii Consulares Carbones tantum fuerunt, non Consulares alii, ut Turi, Paeti, atq. alii minus frequentes. Patricii multi insignes uiri, & qui ab ipsis initiis libertatis ad annum DXXIII. annis trecentis fere clarissimi fluerint. Plebeii Carbones uiri Seditiosi, & partium minis bonarum habiti sunt extremis temporibus Reipublicae, quibus iam omnia bellis ciuibus, & ambitione, ac dominandi cupiditate flagrabant. Antiquissima Papiforum memoria est apud Pomponium, qui refert Sextum Papifum aut Publum, temporibus Superbi Tarquinii Regis leges Regias collegisse, eumque librum ius Papirianum a posteris appellatum. Sed & ab aliis, quo anno Reges exacti sunt, & C. Papilius pontifex Maximus, & Manius Papilius Rex sacrorum primus appellatur: & post annos LX. M. Papilius item Pontificem maximum Asconius, quem Liuius Q. Fusium Fusium appellebat. Mugillani tres Consulatus, & Tribunatus militares cum Consulari potestate totidem, & censuram consecuti sunt. Primus L. Papilius anno post Romanam conditam CCCIX. cum L. Sempronio Atratino Consul suffectus fuit Tribunis Militum, qui eo anno primum cum Consulari potestate, creari coepi quod uitio creati fore diceretur Censorano proximo

Pp 2 cum

cum eodem factus est, quem ueteres Magistrum morum dicebant, ut Cō
sulem Praetorem prius, & postea Iudicem, ac Dictatorem Magistrum po-
puli. Hi primi Censores quinquennio fuerunt, lustrumq. fecerunt undeci-
num. Id munus a Rege Ser. Tullio quater administratum, Sexies a Consulib-
us fuit. Iterum Consul fuit cum C. Seruilio Ahala an. cccxxvi. Cicero
unius tantum Consulatus collega Atratino mentionem facit, eumq. gessis
se refert anno cccxi. anteaq. eosdem Censores simul fuisse, & ab hoc ad
L. Papirium Crassum Dictatorem tredecim sellam curalem Papifios opti-
nuisse. Hunc eundem inuenio Interregem fuisse an. cccxxxiii. Alter
L. Mugillanus Tribunus Militum fuit biennio ante eum annum, qui fortas-
se idem Interrex fuit. Tertius M. Mugillanus bis Tribunus Militum fuit an-
nis xxxv. & xxxvii. supra trecentesimum, & Consul quinquennio post Tri-
bunatum posteriorem cum C. Nautio Rutilo. Occisus est urbe a Gallis ca-
pta an. ccclxiii. cum in Sella curuli sedenti Gallus barbam prius demulcere
coepisset, isq. Scipione eburneo Gallum percussisset. Hunc Manium Papiriū
Plutarchus appellare uidetur, licet mendose Marius scriptum sit. Crassi
nouem sunt consecuti quinque Consulatus, Tribunatus Militares quattuor,
Dictaturas duas, Censuras, & Magisteria equitum totidem. Primus Marcus
sive Manius Papilius Cos. fuit cum C. Fusio Pacilo an. cccxii. Sequitur
L. Crassus bis Consul, & Censor. priorem consulatum gessit cum M.
Cornelio Maluginensi quinquennio post superiorē, & post quinquenniū
alterum otiosum posteriorem gessit cum L. Iulio Iulo. Censor fuit anno
cccxxv. lustrumq. fecit xiv. eius collega incertus est. Hunc superioris filiū
fuisse ex fragmentis Verrii suspicuntur. Tertius C. Crassus Tribunus Mi-
litum fuit cum Consulari potestate anno ccclxix. quo & M. Manlius Capito-
linus necatus est; & Aristoteles philosophus natus, ut Gellius affirmat.
Quartus biennio post Tribunus etiam militum fuit SP. Crassus cum L. Pa-
pilio Crasso. Hos sequitur alius L. Crassus Sp. F.C.N. a Verrio Flacco di-
ctus, ut Spurii Crassi filium, Cai Crassi nepotem, de quibus paullo ante di-
ximus, fuisse suspicemur. Hic Tribunus militum fuit an. cccxciv. Ventum
est ad illum L. Papirium Crassum, qui prius est Papilius vocari desitus, ut
Cicero testatur. Huc L.F.M.N. Verrius appellat, illius fortasse L. Crassi filius
fuit, quem quinto loco retulimus. Hic & Dictator, & Magister equitum
& Censor & bis Consul fuit. Nam cum Praetor esset an. cdxiii. Dictator
rei gerundae causa factus Magistrum equitum dixit L. Papirium Curso-
rem, de quo paullo post agemus. quadriennio post Consul fuit k. Duilio
iterumq. cum L. Plautio Vennone post sex annos, & Censor anno cdxlv.
cum C. Mainio, lustrum fecerunt xxv. tunc Oufentina, & Falerna tribus
auctae, & Maeniana aedificia ab Maenio Censore nomen acceperunt. Is enī
primus in foro ultra columnas tigna proici iussit; ut superiora speatacula
ampliora fierent. Magister equitum fuit suffeetus Q. Fabio Rulliano, cui
imperium abrogavit L. Papirius Cursor Dictator, properea quod pugna
aduersus Samnitēs commiserit contra eius imperium eo absente, quamuis
vicerit. Erat is annus cdxlii. & annum proximum idem Dictator, & Magi-
ster.

ster equitum sine Consulibus egerunt. Eisdem temporib⁹ M. Crassu Di-
ctator rei gerundae causa Magistrum equitum dixit P. Valerium Poblico
an. cdxxi. Postremus L. Papirius, qui a Verrio T. Manlio Dictatori Ma-
gister equitum fuit anno cdxliii. comitiorum, ut credimus, causa. Hunc
tamen Crassum fuisse, & L.F.L.N. nobis incertum est. Mugillanos, &
Crassos Cursores sequuntur. Hi quattuor fuerunt, Dictatulis, & Magiste-
riis equitum duob. Consulatibus septem, Tribunatibus militaribus tribus,
Censuris duabus, et triumphis quinque honorati. Primus L. Papilius
Censor cum C. Iulio Iulo, et eo mortuo cum M. Cornelio Maluginense
an. ccclxi. lustrum intra xviii. menses fecerunt septimum decimum. Sed
cum biennio post urbs capta fuisse, religioni fuit Censori mortuo alterum
sufficere, quod a suspecto lustrum conditum ita infelix tunc fuisse, quasi ue-
ro id Galli expectassent, ut ante Alliensem pugnam id lustrum conderetur.
Sic etiam dies atti fuerunt omnibus rebus agendis postridie kalendas, No-
nas, et Idus, quod Alliensis pugna cum Gallis postridie Idus quinctiles cō-
missa foret. In tantis tenebris gens illa uersabatur. Sed ad L. Crassum redeo.
Tribunus Militum bis idem fuit an. ccclxvi. et lxix. Quinquennio post
SP. Fusius, quem patrem L. Cursoris quinques Consulis esse suspicuntur.
Quod nō reicio. Is enim SP.F.L.N. teste Verrio fuit. Idem Dictator bis, ter
triumphalis, & Magister equitum fuit, fortissimus vir, et ueteris disciplinae
seuerus obseruator, quem non dubitat Titus Luuius Alexandro Magno, qui
eodem tempore uixit, conferre, excepta singulari illa felicitate, & regni fa-
stigio. Sed magnis scriptoribus omnia licent, dum patriam praesertim exor-
nant. Magistrum equitum fuisse L. Papirio Crasso Dictatori an. cdxlii. an-
tea diximus Praetorem fuisse existimo an. cdxlii. cui q. lege Acerranis ciuitatem
esse datam sine suffragio. post annos deinde sex Consul fuit cum C.
Poetilio Libone Visolo iterum anno deinde proximo Dictator rei gerundae
causa duos Magistros equitum habuit insignes viros Q. Fabium Rul-
lianum, et L. Papirium Crassum, cui antea Dictatori Magister equitum fue-
rat. In Fabium iratus, quod absente eo, & interdicente proelium commis-
rat, more maiorum animaduertere uoluit, exercitu primum, deinde Sena-
tu ueniam impetrante uix cessit. Annum sine Consulibus alterum in Dicta-
tura exegit, & tertio Nonas Martias an. cdxix. de Samnitibus triumphum
egit. Triennio mox interiebat biennum iterum, & tertio Consul fuit cum
Q. Publilio Philone iii. & cum Q. Aulio Cerretano ii. Collegitis. iterumque
de Samnitibus Consul tertium x. kal. Sept. an. cdxlii. triumphat. Quadri-
ennio post cum eisdem Philone quartum Consulatum gerit. Collega item
quartum Consule, quod tum primum uisum est, neq. umquam alias ut opini-
nor, uigente Republica accidit. In quinto Consulatu collegam habuit C.
Iunium Bubulcum Brutum ii. inter quinctum, & quartum consulatum an-
nus tantum interiacebat. Mox quadriennio post iterum Dictator eundem C.
Bubulcum iterum Magistrum equitum habuit, is etiam annus Consulibus
caruit, & tertio triumphum egit de eisdem Samnitibus Idibus Octobris an.
cdxliv. Huius filius L. Papirius L.F. SP. N. Cursor Magister equitum fuisse
dici-

394 dicitur L. Cornelio Lentulo Dictatori rei gerundae causa anno CDXXXIII. & Consul post xxvii. annos cum SP. Caruilio maximo de Samnitibus triumphum egit idib. Feb. an. CDLX. Hic aedem Quirini, quam pater uouerat, dedicauit, & hostium spoliis exornauit, & in ea Solarium horologium tunc primum Romae uisum statuit. Praetor anno proximo post Consulatum fuit, ut Liuius testatur. qui SP. Papirii fratri consulis filii mentionem facit, dum de enentitis auspiciis in pioelio renuntiatis commemorat: Censor cum Manio Curio Dentato fuit, ut Frontinus refert, sed quo anno incertum est. sunt, qui potent anno CDLXV. Iustrumq. secisse XXXI. iterum Consul cum SP. Caruilio II. post XVI. iterum triumphum egit de Tarentineis, Luca neis, Samnitibus, Bruttieisque. Cursoris cognomen Liuius L. Papirium patrem uelocitate cursus assecutum testatur, sed nos in aioribus haesisse animaduertimus.

Mafones multos fuisse post L. Mafonem Aedilicium Cicero auctor est. nos unum Consularem agnoscimus C. Papirium C.F.L.N. collegam M. Pomponii Mathonis; qui de Corseis Cos. XI. Nonas Martias an. DXXII. in monte Albano primus suis sumptibus myrtlea corona cinctus triumphum egit. Hunc existimo Pontificem minorem mortuum fuisse anno DXL. quo etiam anno C. Mafo L.F. Decemuir saecorum mortuus est. Hic post triumphum fonti delubrum dedicauit, ut Cicero lib. III. de natura deorum refert. Huius cognomini origo mihi incerta est. Sed arbitror Mafones quasi Mansones dictos a mandendo ut edones, comedones, gulones, epulones. fieri etiam potest, ut amari dicantur, quod male fortasse dictum prius, ut afa pro arâ, eso pro ero, & Fusii, Valesii, Papissi pro Papiriis Valeriis Furiis. Inde etiam P. Vergilius cognomen Maro, quod alios optimuisse non memini. Maximum ornamentum accessit huic familiae, cum Papiria huius C. Mafonis filia L. Aemilio Paullo ter triumphali nupsit, quorum filii duo, filiae tres fuerunt. filii Corneliae, & Fabiae familiis per adoptionem inserti sunt. Namq. P. Cornelius Scipio Aemilianus, postea Africanus minor alter est, alter Q. Fabius Maximus Aemilianus. Filias in Aemilia retulimus. Apud Liuum inuenio L. Mafonem Praetorem urbanum fuisse anno DLXXVII. Carbones, quos solos plebeios Consulares libertatis Reip. tempore inuenimus, tres tantum fuerunt.

Primus C. Carbo uir maximus ingenii, & eloquentiae Tribunus plebis fuit anno DCXXIII. legem promulgavit de Tribunis reficiendis, quam dissuasit minor Africanus, & C. Laelius, qui optimuerunt, ne lex recipetur. Sed Africanus anno proximo mortuus domi suae inuentus est, non sine suspitione dolo malo Carbonis interemptum. Legem tabellariam pertulit de iubendis legibus, ac uetandis. & Triumuir agris dividendis cum C. Gracchus, & Fulvio Flacco fuit. Consul mox cum P. Manilio an. DCXXXIII. L. Opimium interfectorum C. Gracchi Consul defendit. Ita uarius, & incôstans fuit, ut modo popularis, modo in partib. optimati esse diceretur. Sed a L. Licinio Crasso maximo oratore tunc annos nato unum & uiginti accusatus est proximo anno post Consulatum, & cantharidas sumpsisse Cicero refert, ne damnaretur. Huius filius C. Carbo in Galliam profectus, ut specularetur, quae L. Crassus perpetram

ram in prouincia ageret, magno tamen ille animo inimici filio locum in tribunali assignauit, & nihil, nisi eo in consilium adhibito decreuit. Alter Consularis Cn. Carbo fuit collega C. Metelli Caprarii an. DCXL. Is a cimbriis cum exercitu fusus, fugatus est. Tertius ter Consul fuit collega L. Cornelii Cinnae in tertio, & quarto Consulatu, & C. Marii cui septies Consul filii. cum enim morte C. Marii patris L. Cinna Consul iterum in urbe an. DCXLVII. tyrrnidem exercet, in proximum annum se, & Cn. Carbonem Consules designauit, cumq. anno uertente Consules creari oportet, eosdem Consules edidit. Sed cum is quartum Consul ab exercitu fuisset occisus, solus Cn. Carbo nullo suffecto collega Consulatum gesit. Terrium postea Consulatum anno interiecto cum C. Mario, ut diximus, init. Sed aduentu Syllac hostis Italiam deferere coactus est, & persequente Cn. Pompeio Lilybaei in Sicilia occisus Cösl est in secreto, turpiq. loco, dum tuentrem exonerare se simulat, ut uitam protogaret. eodem anno Consulis fratrem C. Carbonem Praetorium L. Licinius Damasippus iussu C. Marii Cos. interimi curauit. Hos fratres Cn. filios, C. nepotes fuisse Verrius auctor est. Patrem a M. Antonio maximo illo oratore accusatum sutorio atramanto absolutum Cicero in Epistula ad L. Papirium Paetum scribit. In eadem tres fratres enumerantur Caius, Cnaeus, & Marcus Carbones. ex his Marcum repetundarum redeuntem ex Sicilia a P. Flacco accusatum, Caium a L. Crasso ut antea scripsimus: Chaeum existimo non eum esse, quem Cn. Pompeius interfecit, sed quem M. Antonius accusauit, & fortasse is est, quem fuisse a Cimbriis Consularem diximus. ut illi duo Consulares C. & Cn. fuerint C. filii, & ex Cn. alter Cn. ter Consul natus sit. Alii quoque Carbones enumerantur a Cicerone nobis ignoti, Cn. Carbo, & frater eius scurra, & Rubriae filius, qui tunc uiuebat, atq. amicus eius erat. Omnes contempnendos esse iudicat, neminemq. laudari posse praeter eum, quem Damasippus occiderit. In Veninis C. Verrem Quaestorem Cn. Carbonis ter Consulis fuisse, cumque Ariminii deseruisse, & ad Syllam transisse criminatur. Ante hos omnes C. Carbo Praetor Sardiniam prouinciam optinuit an. DXXCV. cuius filius, aut nepos fortasse, is est, qui primus ex hac familia Consul a nobis commemoratur.

Aliorum Papiriorum ex plebeantia memoria extat: ut L. Papirii faeneratoris, cuius cognomen uel nullum fuit, uel dedita opera ab historicis omissum est. Is in C. Publilium nexum a patre ob aes alienum uerbera admouit: quamobrem lege cautum est, ne postea neferentur anno post Romanam conditam DCXXVII. & ante sex & uiginti annos, Quinqueuirum mensalem M. Papirium creatum inuenio, eumq. tres collegae plebei fuerint, unus Aemilius, qui patricius esse potuit, incertum est, an is quoque plebeius fuerit. Papiriam tribum rusticam fuisse certum est, causam nominis ignotam. Vapula Papiria uetus pro uerbum cur diceretur, a Festo discore poteris. Sub Caesaribus tres tantum Consules inuenio Papirios Aelianos. Primus cum M. Eggio Marullo N. Papirius col. fuit an. DCCCXVI. Alter Aelianus triennio post cum Iullio Crispino, quem Papirium fuisse incertum est. Hi duo temporibus

com-

396 EX LIBRO DE FAMILIIS ROMANORVM
Commodi Imp. Tertius sub Alexandro cum Maximo Consul fuit an.
ccccclxxvi. Sed hic quoque incertus est.

P I N A R I A.

PINARIAS gentis originis duplex est fama. alii eos ante urbem conditam hospites Herculis fuisse, & ab eo cum Potitiis, qui in sacrificiis sunt praelati Pinarii, sacerdotes constitutos; cum ad aram, quae postea maxima dicta est, decimam boum, quos ex Hispania attulerat, sacrificasset: alii a Pino Numae Regis filio ortos. Patricios fuisse constat cognomento Mamercinos, Rufos, & Nattas. Ex quibus duo tantum Consules fuerunt, unus Tribunus militum Consulari potestate, unus quoque Magister equitum fuit. Primus P. Rufus cum C. Iulio Iulo Consul fuit anno post Romanam conditam ccclxiv. Hunc etiam Mamercinum quidam appellant. Alter L. Rufus Mamercinus Cos. fuit an. ccxxxci. cum P. Fufio Fuso Medullino. Hunc superioris filium fuisse credibile est. Tertius eisdem nominibus Tribunus militum fuit an. cccxxi. cum L. Fufio Medullino & SP, Postumio Albo Regilensi. Quartus L. Natta Magister equitum fuit L. Manlio Capitolino Imperioffo Dictatori clavi figedi causa an. ccxc Post xiv. annos L. Pinarium Praetorem fuisse inuenio, cuius cognomen ignoramus. & an. DLXXII. M. Pinarius Posca Praetor Sardiniae optiminuit, & in ea hostes uicit & an. DXXXIX. L. Pinarius in Sicilia praefectus a M. Marcello Cos. Ennae urbi, ne Carthaginensibus proderetur, oppidanos a militibus trucidari curauit. Denique apud Ciceronem L. Pinarius Natta Pontifex frater uxor P. Clodii Pulchri auctor fuit adoptionis a P. Fonteio factae eiusdem pulchri, ut Tribunus plebis creari posset. Eundem priuignum fuisse ait L. Licinii Murenae Consularis.

P L A V T I A.

PLAVTIA gens plebeia quidem fuit, sed Consulatibus octo, triumphis duobus Censura, & Magisterio equitum aate Augustum ornata, cognomina haec habuit: Proculus, Venno, Venox, Decianus, Hypseus, Siluanus. Tertius C. proculus, quem P. F. P. N. appellat M. Verrius, an. urbis cccxcv. Consul fuit cum C. Fabio Ambusto, & Idibus Maii triumphum egit de Herniceis. biennio post Magister equitum fuit C. Marcio Rutilo primo plebeio Dictatori rei gerundae causa, qui de Tusceis tunc egit triumphum. Alter C. Plautius cum T. Manlio Torquato Consul fuit anno CDVI. quem Vennonem, siue Venocem appellant nonnulli. Sed placcus Verrini, & Frötinus Venocis cognomen postea Censori impositum esse affirmant. Iterum Consul fuit sexto postea anno cum L. Aimilio Marmencino. Tertius L. Venno L. Papirii Crassi in secundo Consulatu Collega fuit an. CDXXXIII. tum domus diruta M. Vitruvii Vacci Fundani in Palatio, quod cum Fundanis & Priuernatibus coniurasset, id solum postea Vacci prata dixerunt.

Quar-

ANTONII AVGUSTINI EP. ILERDENSIS. 397

Quartus anno proximo Consul C. Plautius P. F. P. N. Decianus Hypsaeus cum L. Aimilio Marmencino secundo, de quo paulo ante diximus, quiq. in hoc honore Priueras appellatus est. Ambo autem Consules Kalend. Martii de Priuernatibus triumpharunt. Hypsaei cognomen Verrius omisit, ex denariis his litteris signatis nos addidimus. C. YPSAE. COS. PRIV. CEPIT. & in aliis C. HVP SAE. COS. PREIVE. CAP T VM, quibus significatur, Caius Hypsaeus Consul Priuernum cepit: & Caio Hypsaeo Consule Priuernum captum. Deciani cognomen ostendit hunc adoptione ex Deciis ad Plautios peruenisse: sed cum praenomine a patre distinguatur; hic enim Caius, ille rublius dicitur: suspicor Deciani cognomen fuisse hereditarium, & patrem potius, qui eodem praenomine est cum suo, adoptatum fuisse. Omnes enim adoptios filios eo tempore adoptantis praenomen, & nomen accepisse nouimus. Fuit eisdem temporibus P. Decius Q. F. Mus Collega T. Manlii Torquati in tertio Consulatu anno quadringentesimodecimotertio. is qui primus se deuouit pro Republ. Romana. Sequitur C. plautius C. F. C. N. qui Censor cum App. Claudio Caeco fuit anno quadringentesimoquadragesimo-primo, & propter uenas aquarum ab eo repertas, aqua quidem Appia siue Claudia dicta est. Plautius autem Venox. Hic a collega deceptus est. nam cum finxisset se uelle post decem & octo menses abstinere, mune re Censurae, ut ceteros Censores; post abdicationem Plautii uariis artibus usus Appius uiam Appiam, & aqueductum perfecit. Consul plautius hic Venox fuerat anno quadringentesimovigesimoquincto cum P. Cornelio Scapula Scipione. Sunt qui Venocem antea cognomento proculum dictum fuisse contendant, & praenomine Publum. nos Verrii censuram secuti sumus. Ex his apparet tres Plautios tribus continuis annis Consulatum optimuisse nemine alio plebeio interiesto L. Vennonem, C. Decianum, & C. Venocem. Sextus consularis L. Venno fuit, quem Verrius L. F. L. N. appellat, eiisque collegam M. Fosilium c. F. Flaccinatorem anno quadringentesimotrigesimoquincto. Postremus M. Hypsaeus Consul fuit cum M. Fulvio Flacco anno sexcentesimovigesimo-octavo longo quidem certe a superioribus interuallo. Medio tempore inuenio Luciu. Plautium Hypsaeum Praetorem Hispaniam citeriorem optimuisse anno quingentesimosexagesimoquarto. Postea uero anno urbis septingentesimo P. Plautius Hypsaeus cum T. Annio Milone Q. Metello Scipione consulatum tanta contentione petiisse traditur: ut in alterum annum comitia consularia fuerint dilata. quoad P. clodius Pulcher, qui tum etiam Præturam petebat, & Hypsaeo fauebat, a Milone occisus decimotertio kalend. Feb. causam dedit, ut cn. Pompeius solus ex S.C. ab Interrege v. kal. crearetur eius Quaestor idem Hypsaeus fuerat, et in petitione fauebat, sed damnato Milone Scipionem ocerum collegam kal. sexti accepit. Sub caesaribus quinq. Siluanos Plautios consulares fuisse video, quorum unus bis consul duo.

Q q triu-

triumphalia ornamenta affsecuti sunt. Primus M. Plautius M. F. A. N. septemnix Epulonum in Consulatu Collega fuit Imperatoris Augusti in decimotertio Consulatu anno urbis DCCLI. quo anno Salus generi humani nato Christo domino exorta est. in titulo cuiusdam monumenti huius M. Siluani in Tiburtino agro reperto, quem Lartia cn. F. uxor, & A. Plautius M F. Vrgulanus posuerunt, adiectum est. Huic Senatus triumphalia ornamenta decreuit ob res in Illyrico bene gestas: Id optinuisse creditur an. DCC LXI. Eius filium eundem illum A. Plautium fuisse arbitror, cui ouationem Tiberius Claudius Imperator decreuit ex Britannia redeundi anno plus minus DCCXCIX. Apud Tacitum eisdem temporibus inuenio Plautium Siluanum Praetorem anno DCCLXXVI. accusatum apud Ti. caesarem a L. Apronio socero, quod uxorem Aproniām praecepitem egisset, atque ita interemisset eique Vrgulaniam auiam pugionem mifisse, quae ob amicitiam Liuiae Augustae plurimum eo tempore poterat; plautium frusta ferro temptato uenas excidendas praebuisse. Eius priorem uxorem Numantiam, quod ueneficiis ei mentem abstulisset, accusatam absolutam fuisse. Alter consularis ti. plautius m. F. M. N. Siluanus Aelianus bis consul fuit. Priori consulatu suffectus ex Kal. martii an. DCCXCIX. sub Ti. Claudio Imperatore posteriori ex Kal. Iulii suffectus cum Domitiano Caesare sub Vespasiano post annos uigesimum nonū quamuis non satis certa sint utriusque temporis consulatus testimonia. Hunc superioris M. Siluani filium fuisse credimus. extatque titulus. etiam in agro Tiburtino alterius monumenti, ex quo apparet hunc in Praefectura urbis iterum Consulem a Vespasiano Imperatore factum esse. Sed & Pontificem fuisse, & sodalem Augustalem, & Triumuirum Monetalem, Quaestoremque Ti. Caesaris, legatum legionis quindeciae in Germania, legatum, & comitem Claudi Caesaris in Britannia, Proconsulem Asiae, Legatum propraetore Moesiae, & post alia ab eo gesta ita scriptum est. Hunc legatum in Hispaniam ad Praefecturam urbis remissum Senatus in Praefectura triumphalibus ornamentis honorauit auctore Imp. Caesare Augusto Vespasiano uerbis ex oratione eius Q. J. S. S. hoc est, quae infra scripta sunt. Moesiae ita praefuit, ut non debuerit a me differri honor triumphalium eius ornamentorum. Tertius

i. M. Siluanus, qui cum M. Saluio Othonē, qui postea imperium tenuit, ex Kal. Iuliis suffectus est anno octingentesimo uigesimo sub Ser. Galba

ii. Imp. Quartus M. Siluanus cum M. Annio Vero Polione anno octingentesimotrecimotertio sub Tito Vespasiani F. Consul fuit.

v. Quintus, cuius praenomen ignoramus, Consul fuit cum Sentio Augurino anno DCCCIX. sub Pio Aug. Praeter hos inuenio P. Plautium Pulchrum Plautiae Herculanae uxor Ti. Claudi Imp. fuisse Triumphalis uiri filium, & ab eodem Claudio Censore inter patricios lectum, eundem Augurem, Triumuirum Monetalem, & Quaestorem Ti. Caesaris Augusti quindecim consulatu. Plautia Drusum, & Claudiam ex Claudio

lio p. perit, mox ab eo repudiata multa aduersus eam criminato. Filiā ante quindecim mensē diuortii natam, aliquem iam coepitam exponi ante matris ianuam nudam iussit; cum a Liberto suo Botere conceptam diceret. Drusus puer ludens a pyro star gulatus est. Antiquior his Plautius Rufus, qui in iis, qui aduersus Augustum coniurarunt, enumeratur. consularem quoque sub Tiberio caesare inuenio Q. Plautium Q. F. Laelianum, qui anno urbis DCCXXXIX post christi mortem anno tertio consul fuit cum Sex. Papino Q. F. Gallieno. Sub Nerone autem Plautius Lateranus consul suffecitus occisus est an. DCCCXVII. Ab eodem Nerone An. Plautius nobilis puer, quod a matre Agrippina diligenteretur, & iniuria affectus, & occisus est. Deinde duos Plautios Quinctilos consulares fuisse constat, alterum sub Pio Augusto cum Statio Prisco an. DCCCCXI. alterum sub Marco, & Commodo post annos XVIII. cum eodem commido Imp. quem etiam Augustum fuisse affirmant. Ad extremum addam Plautillam Augustam M. Aurelii Antonini Seueri filii Augusti uxorem. Plautiani Praefecti Praetorio, & bis ter consulis, qui multum Seueri temporibus potuit filiam fuisse. sed a genero socer, & a viro uxor, & frater uxoris Plautus occisi sunt. Aferis fuit sordidis natalibus ut Seuerus Imperator eius uel propinquus, uel nomineps, & a pueritia carus. Plautiorum nomen, ut aliarum quarundam familiarum a cognomine Plauto ductum est, sic Planciorum a Plancio, Variorum a Varo, Iuliorum ab Iulo. Plauti autem siue Ploti dicebantur, qui planis supramodum pedibus essent: quamobrem M. Actius Sarninas Vmber, cuius extant comoediae initio Plotus, postea Plautus appellatus est. Hinc etiam Plotii dicti sunt, qui a Plautiis non distinguntur, ut nec a Claudiis clodi: Sic Paula Polla, & aula olla, & plastrum plostrum, unde plotellum dicitur. cn. plotii planci proscripti a Triumuiris Lepido, Antonio, & Octavianio a patreculo mentio fit, cuius frater L. Munatius Plancus cos. triumphum egit de Galleis cum M. Aemilio Lepido II. an. DCCXI. cumque diceretur uterque consul fratrem proscribendum curasse: celebrum est a militibus carmen non in facetum De Germaneis, non de Galleis, duo triumphant consules. Hunc proscriptum odore unguenti detectum fuisse ferunt, cumque eius serui torquerentur, ut indicarent dominum, & pernegarent, non passum seruorum fidelium cruciatus, & se iugulandum militibus obtulisse. Est etiam celebris duorum Plautiorum erga coniuges amor, M. plautii, qui cum a Senatu iussus esset classem sexaginta nauium in Asiam ducere, & Tarentum cum uxore Orestilla uenisset, uxore illuc defuncta cum eam in rogum impositam osculatur, stricto ferre se ipsum intermit. Et ambo combusti coniuges simul sunt, sepulchrumq. amantium id a Tarentinis postea fuit appellatum. Neenon c. plautii Numidae, qui morte uoris audita, peccus gladio transfixit: cumque a domesticis curaretur, ruptis fasciis, & discesso vulnere perit. Laudandus quidem utriusque amor, sed praeter modum uterque dolore uexatus est.

P O M P E I A.

POMPEIA gens plebeia, ex qua nemo ante annum sexcentesimum duodecimum Consulatum fuerat adeptus, postea Consulatus sex, triumphos quatuor, Censuram unam consecuta clarissima exitit. Eam Cn. Pompeius cognomento Magnus praestantissimus vir totius ciuitatis Romanae illustriorem reddidit, quem libertatis unicum assertorem ac vindicem res publica habuit aduersus C. Caesaris potentiam nimis ex crescentem, e qua superatus cum ipsa libertate extensus est. Primus Q. Pompeius, quem quidam Rufum, alii Aufidum, alii A. F. appellant, obscuris parentibus natus, tibicinem patrem ei exprobabant inimici, Consulatum aduersus conatum Africani minoris, qui C. Laelio amico suffragabatur, adeptus est cum Cn. Seruilio Caepione anno superscripto. In Hispania uitios Thermetinis, siue Termaninis cum eisdem, & Numantinis iniquum fœdus init. Censor fuit cum Q. Metello Macedonico an. DCXXII. Lustrum fecerunt ambo tum primum Censores plebei LIX. Multum dicendo potuit, & inimicitias cum clarissimis viris Caepionibus & Metellis gessit. eius orationes ut plenas prudentiae cicero laudat. eius ex filia nepos fuit C. Siccinius, qui Quaestorius mortuus est, & aliquem locum in patronorum numero tenuit. Sunt, qui putent Q. Pompeium Q. F. Rufum, qui Consul cum L. Cornelio Sulla fuit an. DC LXV, illius Consularis, & Censorii filium fuisse. Id nobis incertum est: certum vero eius filium Q. Rufum duxisse Corneliam L. Sullae alterius Consulis filiam, ex qua Q. Rufum, & Pompeiam C. Caesaris C. F. uxorem suscepit. Sed gener Sullae eodem anno a C. Mario, & ipse Rufus Consul ab exercitu Cn. Pompei Strabonis, quem inuito Senatu optinebat, in sacrificio occisus est. Pompeiam Caesar dimisit, cum comperisset P. Clodium, pulchrum domi suae muliebri ueste deprehensum, dum sacra Bonae deae in eius domo fieret. Testis in Clodium productus dixit se nihil scire, & diuortium fecisse, quod uxorem Caesaris suspicionibus non minus, quam criminibus carere oporteret. De Cn. Strabone patre Cn. Magni nunc dicendum est. Hunc Verrius Flaccus Sex. F. Cn. N. appellat. Elias frater Sextus & ut iuris peritissimus, & ut optimus philosophus laudatur Stoicae disciplinae & Geometriae scientiae deditus. Praenomen patris simile ostendit maiorem fuisse Strabone fratre honori bus uidetur praetulisse earum rerum, quas diximus, scientiam. Strabon bello Marsico Praetor a Picentibus uitiosus, mox Consul eosdem aliasque uicit vi. kal. Ian. an. DC LXIV. de Asculaneis Picentibus triumphum egit. eius collega fuit L. Portius Cato, qui in proelio occisus est. Multæ transpadanae Coloniae ab eodem deducatae sunt, quibus ius Latium dedit, ut qui in eis magistratus gererent, ius ciuitatis Romanae adipiscerentur. Biennio post Consulatum bello ciuili Octauiano, dum utramque partem fouet, utrisque in uisu fulmine iactus interiit. Ex Lucilia uxore Senatoria familia orta, fratre C. Lucilii poetæ, cuius Satyrae ueteribus placuerunt, na-

ta

ta Cn. Pompeium, & Pompeiam C. Memmii uxorem suscepit. C. Memmius Quaestorius vir C. Memmii Tribunum plebis procreauit, qui ex Fausta Sullae Dictatoris filia tertium. C. Memmii suscepit, cuius in oratione pro Scauro ab Asconio fit mentio. Cn. Pompeius annos natus tres & uiginti Sullanas partes secutus, exercitu privato consilio ex agro Piceno propter paternas clientelas ei addicto coacto, ad Sullam redeuntem in Italiam uenit, a quo magno honore suscepitus est. Ei enim soli ex equo descendere, caput aperire, & assurgere solitus, cum omnes Marianos ex Italia profligasset, ut reliquias persequeretur, in Siciliam aduersus Cn. Carboneum Consulem, in Africam aduersus Cn. Domitiū Ahenobarbum, in Galliam Togatam aduersus M. Brutum Bruti Caepionis patrem, & postea in Hispaniam contra Q. Sertorium, & M. Perpernam misit. Hos omnes uicit, & interfici curauit. Triumphum bis eques Romanus egit, nullo prius honore publico suscepto a populo, ex Africa de Hiarba Mauretaniae Regem an. DC LXXII. & decennio post ex Hispania pridie kal. Ian. Consul designatus in proximum annum cum M. Licinio Crasso. eodem tempore Tribuniciam potestatem a L. Sulla Dictatore deminutam restituit, hoc est ut concilium habere, & plebem rogare Tribunus plebis posset: Sulla enim intercedendi tantum potestatem reliquerat. Post Consulatum in Asiam profectus Mithradatem, & Tigranem Reges domuit, multasque barbaras nationes subegit. de quibus omnibus & de piratis biduo triumphauit tertio & pridie kal. Octobres decennio post alterum triumphum, hoc est anno DC XCII. pridie & die natalis sui. Sexto deinde anno iterum Consul cum eodem M. Crasso collega fuit. Tertium Consulatum sine collega occiso P. Cladio a T. Anno Milone, nouo more a Senatu accepit, v. kal. Martias an. DC CI. sed kal. Sextilibus Q. Metellum Scipionem socerū collegā habuit. Huius filia uxor eius quicquid fuit nomine Cornelia, quae prius P. Crasso M. Crassi collegae eius filio nupserat. Duxit adulescens Antistitiam P. Antistitii uiri praetorii filiam, & Calpurniac L. Bestiae filiae. Hanc duxit ut socero gratificaretur, qui de magna re pecuniaria eius iudex erat. peculatus enim, siue de residuis accusatus fuisse dicitur propter patris rapinas eo mortuo, & defensus a Q. Hortensio. Absoluto eo plerique adulescentes Thalassium ac clamauerunt, ut in nuptiis tunc solebar. Antistitiam dimittere coactus est, ut Sullae priuignam ex altero uiro grauidam diceret Aemiliam. M. Scauri principis Senatus filiam, & Metellae uxor Sullae Dictatoris. parentes Antistitiae tragœdiae argumentum fuerunt. namque patrem L. Licinius Damascippus occidi iussit, Calpurnia audita uiri caede, & diuortio filiae se ipsam interemis. neque Aemilia diu laeta his nuptiis fuit, sed ex abortu perit. Mucia Tertia Scaeulæ, cuius praenomen ignoramus, filia successit, ex qua Magnus liberos procreauit, sed eam ut parum pudicam etiam dimisit; quam duxit M. Scaurus vir praetorius Aemiliae alterius uxor frater. Quarrela uxor Iulia fuit C. Caesaris tunc Consulis filia ex Cornelia Cinnæ quater Consulis filia, quam Seuilio Caepioni collocatam abstulit pater. Haec dum uixit, uinculum coniunctionis inter Caesarem, & Pompeium fuit, quo sublatu-

Mato morte Iuliae ex abortu, & mox filiae formidabilis Caesar rompeio effectus est. Is quoque dum timet damnationem, se non solum tutari, sed etiam armis arreptis imperare ciuibus conatus est. Multa tunc Pompeium sefellerunt, neque enim credidit ausurum Caesarem cum exercitu in Italiam uenire, & maiori exercitu putauit se oppressurum eius conatus. Cum ea mira Caesaris celeritate fuisse occupata, ex Italia cum magistratibus profugus magnam ex prouinciis manum coegit. Victor tandem est an. DCCIV. in Iacie Pharsalica, & in Aegyptum fugiens, ut Ptolemaei auxiliis bellum repararet, a Satellitibus Regis occisus die proximo post eius natalem annos natus unde sexaginta in oculis uxoris Corneliae, & alterius filii. Caput, & anulus in quo sculptus leo gladium tenens, ut Plutarchus ait, siue tria trophya, ut Dion prodit, Caesari dati sunt. is collacrymans percussores occidi iussit filios reliquit Cn. & Sex. & Pompeiam L. Cornelii Felicis filii Fausto uxorem. Cnaeus ut arbitror, Appii Pulchri Consularis & Censorii uiri filiam duxit, Sextus Scriboniam L. Libonis filiam, cuius Libonis soror Augusti uxor fuit, & ex ea Iulia nata est. Ambo fratres in Hispania aduerlus Caesar acriter pugnarunt, uictiq. sunt non sine magno Caesaris periculo, qui cum aliis de gloria, cum his de salute ad Mundam contendit. Cnaeus captus, occisusque est, Sextus, quem Magnum, & Pium appellatum fuisse, & Neptuni filium constat, supestes Caesaris fuit. cum Octauiano uarie pugnauit, pacemque cum eodem, & m. Antonio Triumuiris fecit. Praefectus Classis, & orae maritimae ex S. C. & Imperator iterum dictus diu Siciliam tenuit. Tandem a M. Antonio in Aegypto occisus est consul designatus in annum DCCXX. Dubitat Paterculus duae ne, an tres fuerint Pompeiorum familiae: neque enima Pompeius Magnus, & Rufus ex eadem familia fuerunt, & praeter hos fuerunt alii Bithynici cognomento. Nam Cicero in Bruto ita scripsit. Q. Pompeius A. F. qui Bithynicus dictus est, biennio quam nos fortasse maior, summo studio dicendi, multaque doctrina, incredibili labore, atque industria. De eo ut mortuo loquitur, occisus autem fuerat cum Cn. Pompeio Magno. Eius filius A. Bithynicus a Sex. Pompeio cn. F. postea occisus est. Quod uero Plinius scribit, mortuum fuisse repentinus A. Pompeium in Capitolio Iouem salutantem; sunt, qui ad patrem Q. Bithynici referant, quod incertum est. Consulares sub Augusto tres inuenio sine cognomine. Sextum Pompeium Sex. F. qui cum L. Cornificio L. F. consul fuit an. DCCXIX. cn. Pompeium suffectum ex kal. Octob. post quadriennium, & Sex. Pompeium Sex. F. qui cum Sex. Appuleio Sex. F. Consul fuit an. DCCXLVI. quo anno Augustus mortuus est. Post Augustum ante Hadrianum quinque, quorum unus bis consul fuit. ex his duo Siluani cognomine, unus Conlegabis consul, unus Longinus Gallus, unus Paullinus fuerunt. Siluanus prior consul suffectus cum M. cluilio Rufo an. DCCXCVII. sub Ti. claudio Imp. Posterior Vopiscus Siluanus cum Ti. Verginio Rufo cos. suffectus ex kal. April. an. DCCXXI. sub Vitellio. Medio tempore C. Pompeius Longinus Gallus cum Q. Verannio cos. fuit an. DCCXVIII. sub claudio, quo anno Olympias CCVII. Solino teste actis publicis notata. Octauo dein-

deinde anno Consul suffectus Pompeius Paullinus cum Ducennio Geminio ex Kal. Iuliis sub Nerone. Conlegabis Consul fuit, ordinarius sub Domitiano anno DCCXLV. cum Cornelio Prisco, suffectus quadriennio post sub Nerua. Hunc etiam Siluanum appellatum inuenio. Incerti temporis Consul fuit Cn. Pompeius Ferox Licinianus cum C. romponio Rufo ut ex titulo cuiusdam monumenti Idibus Octobris dedicati constat. Antiquior memoria est Cn. Pompei Magni nobilissimi adulescentis, cui Ti. Claudius Imp. Antoniam filiam collocauit, & postea Fausto Sullae, priori genero interempto. Item Scribonii Libonis Drusi, cuius proauus Pompeius, amita Scribonia Augusti uxor, consobrini Caesares, quem Tiberius Caesar, ut se interimeret, coegit Idibus Sept. an. DCCCLXXXIX. Hunc existimo filia Sexti Pompei Magni natum fuisse.

F I N I S.

SCRIPTORVM INDEX,
QVORVM LOCA IN HOC LIBRO
CITANTVR, EMENDANTVR,
VEL SVPPLENTVR.



- Acro Horatii interpreſ.* *Cyprianus.*
Agellius *Dio.*
Angelus Politianus. *Dionysius Halicarnasseus.*
Antonius Augustinus. Emendatus in lib. i. 222.
Apollonius Rhodius. *Dionysius Lambinus.*
Appianus Alexandrinus. *Ennius.*
Emendatus in lib. ii. bell. ciuil. 247 Epigramma in Claudianum.
in lib. iv. 244. in lib. v. 65. 255. *Eumenius.*
Mithradatico 203. *Euripides.*
Aristophanes. *Eusti.*
Arnobius. Suppleti 49 76. 298. 299.
Asconius Paedianus. *Flavius Vopiscus.*
Athenaeus. *Florus.*
Augustinus. Emendatus 203.
Ausonius. *Frontinus.*
Bernardinus Rutilius. *Gregorius Giraldus.*
Caelius. *Hirtius.*
Emendatus in ep. iv. li. viii. ad Ci Homerus.
ceronem 39. *Horatius.*
Callimachus. Emendatus in lib. i. ode xxix. 112.
Carolus Sigonius. in lib. ii. ode xi. 223; in lib. i. Sat. v.
Cassiodorus. 279.
Emendatus 28. *Iosephus.*
Censorinus. *Julius Hyginus.*
Claudianus. *Julius Obsequens.*
Columella. *C. Julius Caesar.*
Cornelius Nepos de vita Attici. Emendatus in lib. i. de bel. Gal. 163; in
Emendatus 251. lib. v. 113; in lib. iii. de bel. ciuili. 69.
Cornelius Tacitus. *Iustinus.*
Emendatus in lib. i. 28. in lib. iii. 255. *Iuuenalis.*
in lib. xii. 70. in lib. xviii. 252. *Lactantius Firmianus.*

Rr Lici-

INDEX

NOMINVM ET RERVM
QVAE IN HOC LIBRO
CONTINENTVR.



- Licinius Calvus.*
Liturus. Emendatus in lib. xxxiv. 77. in lib. xxxv. 217.
Lucanus.
Macrobius.
Nonius Marcellus. Emendatus 4.
Ouidius.
Palladius.
Paulus Orosius.
Perseus.
Plato.
Plantus.
Plinius Emendatus 274. in lib. xi. ad Atticum 248. in epist. i. lib. i. ad Q. Fratrem 168. in ep. viii. eiusdem libr. 139. in orat. pro P. Sext. 58. in orat. pro Fonteio 100. in lib. Philipp. ii. 241. in lib. iii. 112. in lib. ix. 64.
Q. Tullius Cicero de petitione consulatus.
Tullius Laurea.
Valerius Catullus. Emendatus 175.
Valerius Maximus. Emendatus in lib. vi. cap. ii. 4. cap. viii. 200.
Varro.
Velleius Paterculus. Emendatus in lib. ii. 146. 78.
P. Victor.
Quintilianus.
Sallustius.
Seneca.
Seruinus. Emendatus in lib. viii. Aen. 279.
Sidonius Apollinaris.
- Silius Italicus.*
Solinus. Emendatus 28.
Sophocles.
Strabo.
Emendatus 184.
Suetonius. Emendatus in Caesare cap. xvii. 224. cap. LXXXIV. 243. in Augusto. 227.
Suidas Grammaticus.
Theocritus.
Tibullus.
Tullius Cicero

| | | | | |
|--|------------------|---|----------------|---|
| <i>Aburia gens.</i> | 1 | <i>M. Aemilius Lepidi</i> 111. <i>Vir R. P.</i> | 1 | <i>M. Antonii pax cum C. Caesaris.</i> |
| <i>C. Aburius Gem. leg.</i> | 1 | <i>C. Pöfificatus, & Auguratus.</i> | 10 | <i>Viro R.P.C.</i> |
| <i>C. Aburius Pamphilus</i> | 1 | <i>M. Aemilius scaurus Aed. cur.</i> | 5 | <i>M. Antonii Triumviratus.</i> |
| <i>M. Aburius Gem.</i> | 1 | <i>Aesculapii serpens.</i> | 3 | <i>M. Antonii uictoria Parthica.</i> |
| <i>Accoleia gens.</i> | 2 | <i>Afrania gens</i> | 12 | <i>Q. Antonius Balbus PR.</i> |
| <i>P. Accoleius Larisculus</i> | 2 | <i>L. Afranius Pompei Legatus</i> | 12 | <i>Apex Flaminis.</i> |
| <i>Accoleius pro Acculeius</i> | 2 | <i>Sp. Afranius</i> | 12 | <i>Apollinares ludi.</i> |
| <i>L. Acculeius Abascantus.</i> | 2 | <i>Africæ caput.</i> | 39 | <i>Apollinis insignia.</i> |
| <i>P. Acculeius Euhemer.</i> | 2 | <i>Africæ imago</i> | 177 | <i>Apronia gens.</i> |
| <i>Acilia gens.</i> | 3. 294 | <i>Africæ signum</i> | 93 | <i>Apronius Galus.</i> |
| <i>M. Acilius.</i> | 3 | <i>Allia gens.</i> | 4 | <i>L. Apronius.</i> |
| <i>M. Acilius Balbus</i> | 3 | <i>Albinu pro Albinus.</i> | 131 | <i>Aqua Marcia.</i> |
| <i>M. Acilius Glabrio.</i> | 4 | <i>Alexandrea</i> | 8 | <i>Aquilæ, & lupæ simulacra ac-</i> |
| <i>Acisculus cognomen.</i> | 266. 267 | <i>Allia gens.</i> | 4 | <i>nea lanuuii.</i> |
| <i>Acisculorum denarius à Trajan-</i> | | <i>C. Alius Bala.</i> | 5 | <i>Aquillia gens.</i> |
| <i>no Imp. restitutus.</i> | 270 | <i>Alliena gens.</i> | 13 | <i>L. Aquilius Florus. Florus co-</i> |
| <i>Acisculorum familia è Sicilia o-</i> | | <i>A. Allicius Procos. Siciliae.</i> | 13 | <i>gnomen à flore.</i> |
| <i>riunda.</i> | 270 | <i>Amor Delphino insidens.</i> | 70 | <i>M. Aquilius Procos. Siciliae.</i> |
| <i>Aediles Cereales</i> | 48. 96 | <i>Anci regis imago.</i> | 153 | <i>Arcus Augusto erectus.</i> |
| <i>Aediles curatores ludorum pu-</i> | | <i>Ancylum forma</i> | 138 | <i>Ardea colonia.</i> |
| <i>blicorum.</i> | 199 | <i>Annia gens.</i> | 14 | <i>Aretas rex.</i> |
| <i>Aedilitatis symbolum spica.</i> | 87 | <i>C. Annia Procos. Hispaniae.</i> | 14 | <i>Aristidis Milesiaca.</i> |
| <i>Aelia gens.</i> | 4 | <i>Antestia gens.</i> | 15 | <i>Armenia deuicta ab Antonio.</i> |
| <i>Aelianum ius</i> | 295 | <i>C. Antestrius</i> | 15 | <i>Armeniaca uictoria Augusti.</i> |
| <i>Aelii iurisconsulti.</i> | 295. 296 | <i>L. Antestius Grag.</i> | 15 | |
| <i>Aelii Lamiae à Lano.</i> | 296 | <i>L. Antestius Sarculo Saluis Alba-</i> | | <i>Arniensis Tribus.</i> |
| <i>C. Aelii Tribuni pl. statua apud</i> | | <i>Antia gens.</i> | 17 (nus. 15) | <i>Arria gens.</i> |
| <i>Thurinos.</i> | 296 | <i>Antia lex sumptuaria.</i> | 17 | <i>L. Arrius Secundus.</i> |
| <i>Aelius Adrianus Imperat.</i> | 297 | <i>C. Antistius Restionis effigies.</i> | 17 | <i>M. Arrius Secundus.</i> |
| <i>P. Aelius Paetus PR.</i> | 4 | <i>Antistia gens.</i> | 15. 16 | <i>Artabazus Armeniac rex.</i> |
| <i>Q. Aelius Lamia</i> | 4 | <i>C. Antistius Reginus.</i> | 16 | <i>Arsia gens.</i> |
| <i>Aemilia basilica refecta.</i> | 7 | <i>C. Antistius Regini Pontificatus.</i> | 16 | <i>C. Asinius Gallus.</i> |
| <i>Aemilia gens.</i> | 3. 3. 297 | <i>C. Antistius Vetus</i> | 16 | <i>Atilia gens.</i> |
| <i>L. Aemilius Buca.</i> | 11. 99 | <i>L. Antistius Vetus Augur</i> | 17 | <i>C. Atilius Cos.</i> |
| <i>L. Aemilius trophaeum de rege</i> | | <i>Antonia gens.</i> | 18. 303 | <i>M. Atilius Seranus.</i> |
| <i>Perse.</i> | 8 | <i>L. Antonius Pietas</i> | 18 | <i>Sex. Atilius Saranus Procos.</i> |
| <i>M. Aemilius lepidus Cos.</i> | 6 | <i>M. Antonius Cos. designatus iterū,</i> | | <i>Auguratus litio significatur.</i> |
| <i>M. Aemilius Lepidus Pont. Max.</i> | | <i>& tertium.</i> | 19. 20. 21. 22 | <i>Augurinus cognomen.</i> |
| <i>tutor regis Ptolemaici.</i> | 8 | <i>M. Antonius Imp.</i> | 19. 20. 21. 22 | <i>Augusta Emerita.</i> |
| <i>M. Aemilius Lepidi effigies.</i> | 276 | <i>M. Antonius Liber pater, & Sol ap-</i> | | <i>Augusti statua equestris.</i> |
| <i>M. Aemilius Lepidi Pont. Max.</i> | 111. | <i>pellatus.</i> | 19 | <i>Augusti uictoria Armeniaca.</i> |
| <i>Viri R.P.C. effigies.</i> | 10. | <i>M. Antonius iii. Vir R.P. C.</i> | 19. 20. 21 | <i>Augusti quatuor uictoriae in de-</i> |
| <i>M. Aemilius Lepidi Praetura Vrba-</i> | | <i>M. Antonius Auguratus.</i> | 19. 23 | <i>nario expresse.</i> |
| <i>na.</i> | 10 | <i>M. Antonii Chors Speculatorū.</i> | 24 | <i>Aurelia gens.</i> |
| <i>M. Aemilius Lepidi statua eque-</i> | | <i>M. Antonii Chortes practoriac.</i> | 24 | <i>L. Aurelius Cotta.</i> |
| <i>stris.</i> | 6 | <i>M. Antonii effigies.</i> | 19 | <i>Axilia gens.</i> |
| <i>M. Aemilius Lepidi.</i> | 111. uiratus. 10 | <i>M. Antonii legiones.</i> | 24. 25. 26. 27 | <i>L. Axius Naso.</i> |
| | | | | Rr Bac |

INDEX

| B | |
|---|------------------|
| Bacchius Iudeus. | 201 |
| Baebia gens. | 38 |
| M.Baebius Tampilus | 36 |
| Bellerophon pegalo infides | 80 |
| Bursio cognomen. | 123 |
| Buteo avis. | 94 |
| C | |
| C.Littera pro G.ab antiquis posita | |
| Cabe. | 11. (180) |
| Caduceus, & manus iunctae pacis symbolum. | 24 |
| Caecilia gens | 37.312 |
| Caecilia L. Sullae Dictatoris uxor. | 302 |
| Caecilia Metella Crassii uxor. | 37 |
| C.Caecilius Metellus. | 37 |
| L.Metellus primus elephantes duxit in triumpho. | 37.38 |
| M.Metellus Q.F. | 37.40 |
| Q.Metellus. | 37 |
| Q.Metellus Pius Numidici F. | 38 |
| Q.Metellus Pius Scipio Imp: appellatus. | 39 |
| Q.Metelli Pi Scipionis Pontificatus, & Auguratus. | 39 |
| Q.Metellus Scipio Imp: | 38.39 |
| Q.Creticus. | 34 |
| A.Caccina cos. | 41 |
| A.Caccinae Consulatus prætermis-sus in Fastis. | 41 |
| Caecia gens. | 42 |
| L.Caefius. | 42 |
| Cai expeditio in Armeniam | 191 |
| Caesar pro Caesar. | 114 |
| Calidia gens. | 43 |
| M.Calidius Praetor. | 43 |
| Calliope Musa | 212 |
| Calpurnia gens. | 44.316 |
| Calpurnia gens à Numa Popilio originē duxit. | 46.47 |
| L.Bibulus Antoniae classis Praefectus. | 46 |
| Calpurnius Piso Praefectus frumento emundo. | 48 |
| C.Piso Frugi. | 45 |
| C.Piso Pompeius legatus. | 47 |
| C.Piso PROQ. | 47 |
| C.Piso Quæstor. | 47 |
| L.Piso Frugi. | 44 |
| L.Piso Frugi Praetor. | 45 |
| L.Piso Pr.Vrb. | 44 |
| M.Piso à M.Pupio adoptatus. | 46 |
| M.Piso M.F.Frugi. | 45 |
| Caninia gens. | 48 |
| C.Caninius Cos. | 49 |
| C.Caninius Labeo. | 48 |
| L.Caninius Gallus. | 49 |
| Canis Diana tributus. | 50 |
| Capitolinus cognomen. | 189 |
| Carisia gens. | 49 |
| P.Carisius Augusti legatus in Hispania. | 50.51 |
| T.Carisius | 50 |
| Caſilinum colonia à Caſeare deducta. | 118 |
| Caſſia gens | 53.318. |
| Caſſia lex frumentaria. | 36 |
| Caſſia lex Tabellaria. | 34 |
| T.Cloelius Siculus. | 64 |
| Clouia gens. | 63 |
| C.Cloujus Praefectus urbis. | 62 |
| Clouia gens. | 62 |
| M.Clutius | 63 |
| Clypei, & hastae aureae, | 191 |
| Cocceia gens | 65 |
| Cocceius Nerua Imp. | 65 |
| L.Cocceius | 66 |
| M.Nerua | 65 |
| M.Nerua Aut.legat⁹ Pro Praetore | |
| Prouinciali | 66 |
| C.Cassius Celer | 57 |
| L.Cassius Cæcianus. | 56 |
| L.Cassius Longinus. | 54 |
| Q.Cassius. | 54.56. (etus.56) |
| Q.Cassii Auguratus, & Pontifica- | |
| Castoris signum | 133 |
| Castoris, & Pollucis aedes ad la- | |
| cam Inurnae | 18 |
| L.Coelius Caldus septemuir Epu- | |
| lonum. | 66 |
| Cohors Praetoria | 25 |
| Coi in numismatibus Aescula- | |
| pium imprimebant. | 3 |
| Collina porta. | 68 |
| Colonia Eporædia. | 157 (236) |
| Coloniae deductæ à C.Graeccho- | |
| coloniae deductæ symbola. | 118 |
| 235 | |
| Comitorum cancelli. | 169 |
| Comitorum descriptio. | 135 |
| Comiticum | 169 |
| Comitū Foro ppe Roſtra. | 170 |
| Comitum in Mufidu denario ex-pressum. | 170 |
| Cócordia adoptionis symbolū. | 8 |
| Cócordiae signū. | 169. 276.231 |
| Cócordiae symbolum. | 113.18 |
| Cónſidia gens. | 67 |
| C.Considius Nonianus. | 68 |
| C.Cónſidius Paetus Quæstor. | 67 |
| Coponia gens. | 68 |
| C.Coponius Praetor | 69 |
| Cordia gens. | 70 |
| M.Cordius Rufus | 70 |
| Corinthus Colonia. | 80.191.262 |
| Cornelia gens. | 71.326. |
| Cornelia Tribus | 92 |
| Cornelius Lentulus Cossus. | 77 |
| Faſtus Sullae F. | 73 |
| Faſtu Felicis effigies. | 74 |
| Faſtu Pôfificat⁹ & Augurat⁹ | 23 |
| Lentuli Spintheris Auguratus & Pontificatus | 76 |
| Lentuli Spintheris Quæſtura & Consulatus. | 76 |
| Cleopatrae reginæ regum effigies. | 20.22 |
| Cn.Corneli⁹ Létulus Marcellin⁹ | 75 |
| Cn.Cornelius Létulus Sifenna. | 75 |
| L.Cornelius Balbus. | 77 |
| P.Cornelius Blafio. | 77 |
| P.Cornelius scipio Nasica adopta- | |
| tus à Q.Metello Pio. | 38 |
| Cn.Blaſio | |

INDEX

| L | |
|--|---------|
| Cn.Blaſio. | 71 |
| Cn.Lentulus. | 71. |
| Cn.Lentulus Flamen Martialis | 77 |
| L.Scipio Afagetes. | 72 |
| Cn.Marcellinus. | 59 |
| L.Lentulus col. | 76 |
| P.Sula.unico l. | 72 |
| Sula cognomen | 72 |
| Sulla Dictator Imp.appellatus. | 72 |
| Sulla Felix appellatus | 74 |
| Sallae Consulatus & Praetura | |
| Vribana. | 74 |
| Sallae effigies | 74 |
| sallae quattuor triumphi. | 73 |
| sallae trophæa | 73 |
| Cornufia gens. | 78 |
| Cornufius proCornificius. | 78 |
| Q.Cornufi⁹ Africæ Praefed⁹ | 78 |
| Q.Cornufius Imp. | 78 |
| Q.Cornufici Auguratus | 78 |
| Corona Auguſto decreta. | 120 |
| Corona Sellæ Curuli impone-batur. | 115 |
| Coronae in expugnatione castro-rum. | 31 |
| Cosconia gens. | 79 |
| L.Cosconius. | 79 |
| M.Cosconius. | 79 |
| Collutia gens. | 80 |
| L.Cosſutius Sabula | 80 |
| Craslipes cognomen. | 104 |
| Creperæa gens. | 81 |
| M.Creperæus | 81 |
| Q.Creperæus. | 81 |
| Crepufia gens. | 81 |
| P.Crepufus | 81 |
| Culter | 46 |
| Cupidinii signū Iuliae familiae symbolum. | 70 |
| Cupidinum currus | 113 |
| Cupieñnia gens | 82 |
| C.Cupiennius | 82 |
| L.Cupiennius | 82 |
| Curatores denariorum flando-rum. | 71 |
| Curiatiæ gens. | 83 |
| C.Curiatius Trigeminus | 83 |
| Curtia gens. | 84 |
| Q.Curtius | 84 |
| Cybeles currus à leonibus tra-etus. | 137 |
| Cybeles effigies turrita. | 46.287 |
| D | |
| Denarii in dedicationibus, & refectionibus tēplorū pcussi. | 288 |
| Denarius M.Lepidi illustratus. | 301 |
| Denarius xvi. assibus permuta-tus. | 113.267 |
| Deus Efidius | 289 |
| E | |
| Egnatia gens. | 90 |
| C.Egnatius Maxsumus. | 90 |
| M.Egnatius Rufus. | 90 |
| Egnatuleia gens. | 91 |
| C.Egnatuleius. | 92 |
| Elephantorū spectaculum a Cae-fare editum. | 116 |
| Eppia gens. | 92 |
| M.Eppius. | 93 |
| Erato Musa | 213 |
| Eucarpus cognomen. | 195 |
| Europa tauri uæcta. | 287 |
| Euterpe Musa. | 213 |
| F | |
| Fabia gens. | 93.339 |
| Fabia Tribus | 92 |
| C.Fabius C.F. | 94 |
| L.Fabius Hispaniensis | 94 |
| N.Fabius Pictor Flamen Quiſina-lis. | 94 |
| Q.Fabius Labeo Praetor. | 93 |
| Q.Fabius Maximus. | 93 |
| Fabius Pictor Praetor. | 94 |
| Fabrinia gens. | 95 |
| M.Fabrinus. | 95 |
| Fanitia gens. | 95 |
| M.Fani⁹ C.F.Praetor & Aedilis. | 96 |
| Farsuleia gens | 97 |
| G | |
| P.Sulpici Galbae sacerdotiū. | 251 |
| Gallia gens | 105 |
| C.Gallius | 105 |
| Q.Gallius Praetor Urbanus. | 105 |
| Gellia gens. | 106 |
| Cn.Gellius. | 106 |
| L.Gellius Poplicola Quæstor, & ProPraetore. | 106 |
| Genius populi Rōmani | 71 |
| H | |
| Hasta pura. | 31 |
| Heliopolis urbs | 270 |
| Hercules in Africa colebatur | 36 |
| Hercules Sanctus a Romanis ap-pellatus. | 289 |
| Hercules Musarum | 112 |
| Herculi, & Musis aedes communi-nis. | 112 |
| Herculis simulacri Arifca. | 93 |
| Herculis tēplum Gadibus. | 77 |
| Herennia gens. | 107 |
| M.Herennius. | 107 |

INDEX

- Hippocratis effigies innumismata
tibus. 3
Hircorum currus. 223
Hirtia gens. 108
A. Hirtius Praetor. 108
Hispaniae effigies. 12
Hispaniae signum. 203
Hispaniae symbola. 31. 253
Honoris & Virtutis aed. s. 166
Horatii gens. 109
Horatiae familiae denarius à Traiano Imp. restitutus. 109
Horatius Cocles. 109
Hostilia gens. 110
C. Hostilius Geta. 110
Hostilia gens. 111
L. Hostilius Saferna. 111
I
Imagines in clypeis. 8
Instrumenta varia in Caesaris denariis. 114
Iouis Ammonis simulacrum. 195
Iouis Axuri simulacrum. 50. 279
Iouis Capitolini signum. 189
Iouis Capitolini templum. 188
Iouis Capitolini templi descrip-
tio. 189
Iouis custos. 279
Iouis epulum. 66
Iouis Feretri templum. 59
Vide Iuppiter infra suo loco.
Iisis dea tutelaris Aegypti. 40
Italiae simulacrum. 166
Italicorum coniuratio. 289
Itia gens. 112
L. Itius. 112
Iudex cognomen. 273
Iugurthae traditio Sulla's signum. 74
Julia gens. 113
Julia gens à Venere. 114. 116
Juliae gentis origo. 113
C. Iulius Caesar Dictator perpe-
tuus. 114
Caesar Flamen Dialis. 118
Caesar Imp. appellatus. 114
Caesar pater patriae. 119
Caesar pugionibus à coniuratis
interfectus. 243
Caesar Idibus Martiis à Bruto
interfectus. 127
Caesar inter diuos relatus. 122
Caesar Dicta torithensa decre-
ta. 226
Caesar Triuuiro R. P. C. coro-
na querina decreta. 292
Caesar Auguratus. 184
Caesar Auguratus, & Pontifi-
catus. 118
Caesar clementia. 118
Caesar Diale Flaminium. 116
Caesar gesta in Africa. 115
Caesaris laurea. 124
Caesaris Pontificatus maxi-
mus. 116. 122
Caesaris spectacula. 121. 121
Caesaris stella. 122. 123. 124. 231
Caesaris statua habitu Augura-
li. 124
Caesaris trophyae. 117
Caesaris uictoria de Iuba] re-
ge. 116
C. Caesar princeps iuuentutis. 191
L. Caesar princeps iuuentutis. 191
Caesar Augustus Imp. appella-
tus. 114
L. Iulius Caesar. 113
L. Iulius L.F. 113
Sex. Iulius Caesar. 114
L. Iulius Bursio. 123
Junia gens. 125
M. Junius Brutus à Q. Serulio
Caepione adoptatus. 129
M. Junii Bruti effigies. 127. 128
Brutus Imp. appellatus. 127
Brutus Pontifex. 128
Brutus Praetor iudos Apollin-
ares fecit. 130
Bruti denarius à Traiano resti-
tutus. 125
Bruti Praetura Vrbana. 129
Bruti pugiones. 127
Bruti facerdotium. 130. 131
Bruti uictoria. 128
C. Junius Bubulcus Brutus. 127
D. Junius Brutus adoptatus ab A.
Posthumio Albino. 131
D. Brutus Cos. designatus. 132
D. Brutus effigies. 131
L. Junii Bruti effigies. 125
C. Junius Silanus. 126
D. Junius Silanus. 126
D. Silanus Torquati F. 126
M. Junius Silanus Antonii Quae-
stor. 132
M. Silanus. 127
M. Silani Auguratus. 132
Iuno Moneta. 50
Iuno Sospita. 78. 162. 183. 224
Iunonis Sospitae simulacrum.
78. 221.
Iuno Sospita Maxima Regina.
259
Iuppiter Ammon. 22
Iuppiter Opt. Max. Capitoli-
nus. 288
Iuppiter Propugnator. 60
Iuppiter Terminalis. 40
Vide Iouis supra suo loco.
L
Labiena gens. 133
Q. Labienus Parthicus Imp. 133
Caesaris gesta in Africa. 115
Lanuum. 184
Lanuum Colonia. 162
Lanuum errore librariorum
mutatum in Laninium. 221
Lanuinus serpens. 162. 184
Lares. 42
Laninium deorum Penatium
sedes. 254
Laninium falsò à quibusdam po-
situm pro Lanuum. 184
Lauri ramus è Caelo missus Au-
gusto. 120
Legati Pro praetoribus. 51
Legatus Pro praetore. 52
Legatus Pro Quaestore. 52
Legio. V. restituta à Vespafia-
no Imp. 25
Legiovi. restituta ab Antonino,
& Vero Imp. 25
Legio. xii. Antiqua. 26
Legio. xvii. Clasica. 26
Legio. xviii. Libyca. 27
Legio Cyrenaica. 27
Legio Macedonica. 27
Legio Scythica. 27
Legionum signa. 60
Lepidus cognomen. 302
Liber Pater. 277
Liberalia. 277
Liberi, & Liberae aedes. 56. 79
Libertatis imago in denariis
Bruti. 129
Libertatis signum. 144
Libertatis symbolū pileus. 127
Licinia gens. 134. 363
Licinia lex de suffragiis. 135
A. Licinius Nerua Silianus. 137
C. Licinius Macer. 138
L. Licinius Murena. 134
P. Licinius Crassus Iunianus. 139
P. Licinius Crassus Praetor. 135
P. Licinius Nerua. 135
P. Licinius Stolo. 137
Lictores cum fasceibus in dena-
rio Bruti. 125
Liuia gens. 149. 369
L. Linius Salinator. 142
Liuia neja gens. 140. 372
L. Liuineius L.F. 141
L. Liuineius Regul⁹ Aedilis Curulis,
Praetor, & Vrbis Praefect⁹. 140
Lollia gens. 143
M. Lollius Palikanus Aedilis Cu-
rulis. 144
M. Lollius Palikanus Tribunus
plebis. 143
Lucilia gens. 144
M. Lucilius Rufus. 144
Lucretia gens. 145
Cn. Lucretius Trio. 145
L. Lucretius Trio. 145
Ludi

INDEX

- Ludi Apollinares. 44. 129
Ludi pro salute & reditu Augu-
sti. 161
Ludi saeculares. 50
Ludi saeculares Augusti. 89. 161
Ludi saeculares in columna no-
tati. 161
Ludi saeculares quarti. 220
Ludi Victorie. 176
Ludi uotui. 175
Ludorum saecularium descrip-
tio in denario. 220
Lugdunum colonia. 23. 168
Lugdunum. 23
Lugduni coloniae signū leo. 23
Luria gens. 146
M. Lurius Agrippa. 146
Lutatia gens. 147. 374
Q. Lutatius Catulus. 147
Q. Lutatius Cerco. 147
M
Maecilia gens. 148
M. Maecilius Tullus. 148
M. Maecilius. 148
M. Maenius. 148
Magnus cognomen. 205
Maenia gens. 149
C. Maenius. 149
Mainia, siue Maenia gens. 149
Malleolus cognomen. 203
Mamilia gens. 150
C. Mamilius Limetanus. 150
Manlia gens. 151. 375
A. Manlius. 151
L. Manlius Sulla'e proquaest. 151
L. Manlius Torquatus Cos. 152
T. Manlius Quæstor Vrbanus. 151
T. Mälius Torquatus Silani pater
126
Marcella festa. 60
Marcelli Siciliae patroni. 60
Marcellini Siciliae patroni. 75
Marcia gens. 152. 379
Marcia gens ab Anco, & Numa
regibus. 154. 155
Marciae gentis monumenta in
denariis expressa. 154
Marcii Tremuli statua equestris
153.
C. Marcus Censorinus. 155
L. Marcus Censorinus. 154
L. Marcius Philippus. 153
L. Marcius Philippus Augusti ui-
tricus. 153
Q. Marcus Libo. 116
Q. Marcus Philippus. 153
Maria gens. 157
C. Marius Capito. 157
Martis Vltoris templum. 192
Martis signum dextra pede ar-
matum. 268
Medusae signum. 80
Melpomene Musa. 214
C. Memiesius. 159
L. Memiesius. 159
Memmia gens. 158
C. Memmius Aedilis. 158
C. Memmius Aedilis Cerealia pri-
mus fecit. 159
L. Memmius. 159
C. Memmius Imp. appellatus. 158
C. Memmius denarius à Traiano
Imp. restitutus. 159
L. Memmius. 159
Mercurii aedes. 197. 198
Mæcīnia gens. 160
L. Mæcīnius Rufus. 160
Metta gens. 162
M. Mettius. 162. 163
Minatia gens. 163. 164
M. Minatius pro Q. 164
Minera / Antonio desponta. 21
Q. Gulnius. 180
Q. Gulnius. 180
Mineruae aegis. 70
Mineruae simulacrum. 116
Minucia gens. 164. 384
C. Minucius Augurinus. 165
L. Minucius. 165
L. Minucius Augurini statua. 165
Q. Minucius Rufus. 165
Ofca. 88
Oftia Vrb. 155
P
Pacis symbola. 291
Palloris signum. 111
Papīa gens. 182
Papīa lex. 183
L. Papīus Celsus. 183
Papīrius gens. 186. 391
C. Papīrius Carbo. 186. 187
M. Papīrius Carbo. 186
Papus cognomen. 211
Mularum simulacra. 212
Musidia gens. 168
Mutusca. 190. 196
N
Naevia gens. 172
C. Naevius Balbus. 172
L. Naevius Surdinus. 172
Nafidia gens. 173
Q. Nasidius Pompaeanae clasfis
Praefetus. 173
Nautia gens. 388
Neapolis colonia. 191
Neptunus curru equorum mari-
norum uectus. 81
Neria gens. 174
Nerius Quæstor Vrbanus. 174
M. Cocceius Nerua. 65
M. Cocceius Nerua Antonii legatus
Propraetore Provinciali. 66
Nicaenses. 187
Martis Vltoris templum. 192
Martis signum dextra pede ar-
matum. 268
Sex. Nonius Quintilianus. 176
Sex. Nonius Sufenas Praetor. 175
Norbania gens. 176
C. Norbanus Praetor. 177
Numa Pomplius rex. 210
Numa Pomplius facror um au-
tor. 46
Numae regis effigies. 47. 154
Numitoria gens. 177
L. Numitorius. 177
Numini cum imagine Caesaris.
114
Nummus cusus ludis Apollina-
ribus. 291
Nummus serratus. 151
Munonia gens. 178
C. Munonius Vaala. 178
O
Octavia gens. 389
O gulnia gens. 179
O gulnius. 180
Opimia gens. 180
Opimanum unum. 181
L. Opimius. 180
M. Opimius. 181
Oppia gens. 181
Q. Oppius Praetor. 181
Ofca. 88
Oftia Vrb. 155
P
Pacis symbola. 291
Palloris signum. 111
Papīa gens. 182
Papīa lex. 183
L. Papīus Celsus. 183
Papīrius gens. 186. 391
C. Papīrius Carbo. 186. 187
M. Papīrius Carbo. 186
Papus cognomen. 211
Mularum simulacra. 212
Musidia gens. 168
Mutusca. 190. 196
R
Pauoris signum. 111
Pecunia. 228
Pedania gens. 187
Pedanius Costa Brutus legatus.
87
Pelasgorum mos in bello. 269
Penates dei. 275
Penates dei Lauini coleban-
tur. 18
Penatium decorum simulacra.
254
Petilia gens. 188
Petilius Capitolinus. 188
Petronia gens. 189
Petroniorum origo è Sabinis.
192
Sex. Nonius Quintilianus. 176
C. Petronius sabinus. 190
Pac-

INDEX

| | |
|---|----------|
| Petroniorum origo è sabinis. | 192. |
| C. Petronius Sabinus. | 190 |
| C. Petronius Turpilianus. | 193 |
| Phaethōtis forores in arbores la rices, non in alnos conuer se. | 2 |
| Philippus cognomen. | 154 |
| Picus avis. | 209 |
| Pictas adoptionis symbolum. | 8 |
| Pictas Pompei junioris symbo lum. | 208 |
| Pictatis symbolum. | 206 |
| Pictatis symbolum Aeneas An chisem humeris ferens. | 107 |
| Pileus libertatis symbolum. | 127 |
| C. Porcius Cato. | 216 |
| M. Porcius Cato Censorini prone pos. | 216 |
| M. Porcius Cato ProPraetore ex Africā. | 195 |
| L. Pinarius Natta. | 194 |
| Pius Metellī cognomen. | 38, 39 |
| Plaetoria gēs, sive Laetoria. | 196 |
| L. Plaetorius Cestianus. | 198 |
| M. Plaetorius Cestianus. | 197 |
| M. Plaetorius Cestianus Aedilis Curulis. | 197 |
| M. Plaetorius Rustianus. | 197 |
| C. Plancius Aedilis Curulis. | 199 |
| A. Plautius Aedilis Curulis. | 201 |
| C. Plautius Hupsaeus. | 201 |
| L. Plautius Planicus. | 200 |
| P. Plautius Hupsaeus Aedilis Cu rulis. | 201 |
| Plotius pro Plautius. | 200 |
| Plotia gens. | 202 |
| C. Plotius Planicus. | 200 |
| C. Plotius Rufus. | 202 |
| Poblicia gens, sive Publicia. | 202 |
| C. Poblicius Malleolus. | 203 |
| C. Poblicius Q.F. | 203 |
| M. Poblicius Pompei legatus Pro Praetore. | 203 |
| polymnia Musa. | 214 |
| pompeia gens. | 204, 400 |
| Pompeii Magni effigies. | 204 |
| Pompeii Rūsi praetura Urbana | 209. |
| Pompeius Imp. appellatus. | 205 |
| Pompeius Proconfule Prati cum bellum confecit. | 205 |
| Sex Pompeius Fostlus. | 209 |
| Q. Pompeius Rufus. | 208 |
| Sex. Pompeius Pitti cognomina tus. | 206 |
| Sex. Pompeius Praefectus classis & orae maritimae. | 206 |
| Sex. Pompeii imago. | 205, 206 |
| Sex. Pompeii Pontificatus, & Au guratus. | 207 |
| Renta gens. | 223 |
| S | |
| Roma renascens. | 289 |
| C. Pomponius Rufus. | 211 |
| Cn. Pomponius. | 210 |
| L. Pomponius Molo. | 210 |
| L. Pomponius Rufus. | 210 |
| Pontes comitiorum. | 136 |
| Pontifex insignia. | 10 |
| Pontificatus instrumenta. | 116 |
| Pontificatus ureculo indicatur | 207 |
| Populus Romanus Quiritium. | 238 |
| Rosca gens. | 224 |
| L. Roscius Fabatus. | 224 |
| Rostra in denariis expresa | 143 |
| Rostra Iulia, sive Noua. | 235 |
| Rostra Libertati sacra. | 144 |
| Rubria gens. | 227 |
| L. Rubrii sacerdotium. | 226 |
| L. Rubrius Dossenus. | 229 |
| Rufia gens. | 227 |
| L. Rufius. | 229 |
| Q. Rufius. | 228 |
| Rutilia gens. | 228 |
| L. Rutilus Flaccus. | 229 |
| S | |
| Sabatina Tribus. | 164 |
| Sabinarum raptus in denariis expressis. | 263 |
| Saeculares ludi. | 287 |
| Salinator cognomen. | 142 |
| Saliorum Aencylia. | 137 |
| Saliorum apex. | 137 |
| Salvia gens. | 229 |
| L. Salinus Otho Titianus. | 230 |
| M. Salinus Otho. | 230 |
| Q. Salinus Imp. appellatus. | 230 |
| Q. Salinus Cof. designatus. | 229 |
| Saluidiena gens. | 229 |
| Saluidienus Rufus. | 229 |
| Salus. | 3 |
| Sancus deus. | 289 |
| Sanci aedes. | 290 |
| Sanquinius gens. | 231 |
| M. Sanquinius Q.F. | 231 |
| Saranus cognomen. | 33 |
| Satriena gens. | 232 |
| P. Sarienus. | 232 |
| Procuriūtūro. | 137 |
| Procuriūtūro. | 137 |
| Procilia gens. | 221 |
| L. Procilius. | 221 |
| Ptolemaeus rex. | 8 |
| Puteal Libonis. | 234 |
| Q | |
| Quadrans Rutilus. | 1 |
| Quaestores. | 198 |
| Quaestores, & Praetores pecu niā in Provinciis signabāt | 108 |
| Quartumūri Monetales à Cae sare primum instituti. | 11 |
| Quinctia gens. | 222 |
| Q. Pompeius Rufus. | 208 |
| Sex. Pompeius Pitti cognomina tus. | 222 |
| Sex. Pompeius Praefectus classis & orae maritimae. | 206 |
| Sex. Pompeii imago. | 205, 206 |
| Sex. Pompeii Pontificatus, & Au guratus. | 207 |
| R | |
| Renta gens. | 223 |
| Sepul- | 67 |

INDEX

| | |
|--|-------------------|
| Sepullia gens. | 238 |
| P. Sepullius Macer. | 238 |
| Sergia gens. | 239 |
| M. Sergius Silus. | 239 |
| T | |
| Serpens Aesculapius dedicatus. | 226 |
| Serpens lanuinus | 224 |
| Serulia gens. | 240 |
| Serulia lex agraria | 242 |
| Serulius Caepio ad frumentum emundum. | 244 |
| C. Serulii Ahala effigies. | 240 |
| C. Serulii Auguratus. | 243 |
| C. Serulius Aedilis Curulis. | 243 |
| M. Serulius. | 241 |
| M. Serulius Ahala. | 242 |
| M. Serulius C.F. | 241 |
| P. & C. Serulii Cascae Stilo Caesa rem interfecerunt. | 243 |
| P. Serulius Caeca. | 242 |
| P. Serulius Rullus. | 242 |
| Q. Serulii cæpicio Brut⁹ Procof. | 249 |
| Serulius prænomen sulpiciac genti familiare. | 252 |
| Seltia gens. | 244 |
| L. Selliūs Bruti proquaestore. | 244 |
| Sibylla. | 73 |
| Sibyllae signum. | 152 |
| Sibyllini libri. | 152 |
| Sicilia Cereris consecrata. | 280 |
| Siciliae signum. | 59 |
| Siciliæ symbolū triacrura. | 13, 75 |
| Sicinia gens. | 243 |
| L. Sicinii fortitudo. | 243 |
| Q. Sicinii. | 243 |
| Silia gens. | 246 |
| Silius Cof. | 246 |
| Sirenes. | 191, 266 |
| Spicea corona in denario D. Bru ti. | 132 |
| Spolia opima. | 59 |
| Spurilia gens. | 247 |
| A. Spurillus. | 247 |
| A. Spurinas. | 247 |
| Sp. prænomen. S. littera notatū. | 12 |
| Statia gens. | 248 |
| L. Stat⁹ Murc⁹ Imp. appellat⁹. | 248 |
| Statilia gens. | 249 |
| Statilius Taurus. | 250 |
| Statua equestris in denario L. Marci Philippi. | 153 |
| stolo cognomen. | 138 |
| Sublicias pons. | 6 |
| Sulpicia gens. | 250, 255 |
| Sulpicia gēs duob. prænomini bus simul usū fuit. | 251 |
| C. Sulpicius C.F. | 254 |
| C. Sulpicius Platorinus. | 254 |
| L. Seruilius Sulpicius Rufus. | 252 |
| P. Sulpicii uictoria navalis. | 253 |
| P. Sulpicii Galbae sacerdotiū. | 251 |
| P. Sulpici⁹ galba Aedilis curulis. | 250 |
| V | |
| Vaala cognomen. | 178 |
| Vaarus cognomen. | 179 |
| Valentia | 276 |
| Valeria gens. | 266 |
| L. Volteius L. F. Strabo. | 237 |
| M. Volteius M.F. | 286 |
| Vota pro salute, & redditu Augu stus. | 267 |
| L. Valerius Aesculus | 266 |
| L. Valerius Catullus. | 270 |
| L. Valerius Flaccus Flamen Mar tialis, & Aedilis Curulis. | 263 |
| M. Valerius Barbatus. | 269 |
| M. Valerius Messalla aedilis curu lis. | 270 |
| Valerudo. | 3 |
| Vargunteia gens. | 271 |
| M. Vargunteius. | 271, 272 |
| Varus cognomen. | 204 |
| Veiosimū simulacrum. | 42, 101, 139 |
| Venus Cloacina. | 169 |
| Veneris effigies. | 99 |
| Veneris Erucinae templum. | 63 |
| Veneris Genitricis templum. | 122 |
| Veneris Victricis simulacrum. | 114 |
| Vergilia gens. | 272 |
| Virginia gens. | 273 |
| Velta populi Romani Quiritiū. | |
| Veltae templum. | 54, (288) |
| Vestis triumphalis, augusto de creta. | 120 |
| Vettia gens. | 273 |
| L. Vettius Iudeus. | 273 |
| Veturia gens. | 274 |
| T. Veturius. | 274 |
| Viae munitae ab Augusto. | 283 |
| Vibia gens. | 276 |
| Vibiae gentis origo. | 278 |
| Vibiae gētis origo è Sicilia. | 280 |
| Viborum origo è vibo ne oppi do. | 276, 281 |
| C. Vibii Panæ uictoria Mutinæ. | |
| C. Vibius panæ. | 278 (his. 280) |
| C. Vibius Varus. | 99, 276 |
| C. Vib⁹ Var⁹ Aedilis Curulis. | 277 |
| Victoria dea. | 116 |
| Victoria & M. Catone dedicata. | 217 |
| Victoria Victrix. | 217 |
| Villa publica. | 86 |
| Vinicla gens. | 281 |
| L. Vinicius L.F. | 281 |
| Tripos Apollini sacer. | 152 |
| Triumpi dei simulacrum. | 185 |
| Triumvi Monetales. | 71, 99 |
| M. Vipsanii Agrippa e corona ro strata. | 284 |
| M. Vipsanii Agippæ effigies. | 283 |
| Vipstana gens. | 283 |
| Vipstanius Apronianus. | 28 |
| Virtutis signum. | 29 |
| Virtutis, & Honoris aedes. | 102 |
| Vitulus cognomen. | 285 |
| Vlyssis simulacrum pileatum. | 150 |
| Voconia gens. | 284 |
| Q. Voconius vitulus Quaestor deli catus. | 286 (gnatus. 285) |
| Volteria gēs. | 252 |
| Tusculum oppidum obsidione liberatū à Ser. Sulpicio. | 252 |
| Tusculum expressum in dena rio Sulpicia gentis. | 252 |
| V | |
| Vaala cognomen. | 178 |
| Vaarus cognomen. | 179 |
| Valentia | 276 |
| Valeria gens. | 266 |
| L. Volteius L. F. Strabo. | 237 |
| M. Volteius M.F. | 286 |
| Vota pro salute, & redditu Augu stus. | 267 |
| Vrania Musa. | 213 (st. 60) |
| Vulcani effigies. | 34, 43 |

ERRATORVM CORRECTIO.

Pagina 8. Versu 24. prolemaenon.
16 ver. 5. de quo facit Caesar mentionem. ver. 11. nominatum
17 in tertio denario tabellae addendum AR.
20 ver. 13. *ñv.*
23 ver. 6. *ñv.*
27 reponendac suo loco tabellae, ex numero legionum, nam prae posse collocatae sunt.
28 ver. 7. *ñv.*
34 ver. 2. fine, Q. Hortensij orationis.
37 ver. 2. fine, M. E. T. E. L. AE,
45 ver. 11. D. C. X. C. VI.
50 ver. 8. a fine, *ñv.*
51 ver. 2. a fine, definebant.
52 ver. 6. Quæstorie.
57 ver. 11. P. O. N. T. I. L.
62 ver. 5. quanum.
65 ver. 9. *ñv.*
ver. 8. a fine præteritorum, ver. eod. nun. iarent.
66 ver. 6. legatus proquaestore.
68 ver. 14. *ñv.*
73 ver. 14. *ñv.*
74 in quarto denario tabellae, F. E. L. I. X.
76 in tertio denario, Q. S. C.
80 in tertio denario, L. C. O. S. S. V.
T. I. C. F.
87. ver. 14. a fine *ñv.*
ver. eod. premebantur.
ver. 3. a fine, *ñv.*
89 ver. 1. Ptolemaeus.
90 uer. 6. a fine, *ñv.*
91 ver. 2. a fine, nominat.
93 ver. 2. subitoq.
94 ver. 12. C. D. L. X. X. I. V.
98 in secundo denario, pro. G. CONSIDI NON I. A. N. I. S. C. scribendum, III. VII. P. R. F. L.
ver. 7. acre flando, ferundo.
100 in altera parte quarti denarii addendum, M. F. O. N. T. E. L. V. S. T. R. M. I. L.
Sexi denarii inscriptiones reponendæ ut in tertio denario Antonia gentis. 23.
ver. 9. ut uideat, patrem.
104 in altera parte secundi denarii, poni cybelæ caput deest pedis nota.
105 ver. 3. præcessit parabatur.
106. ver. 10. *ñv.*
110 ver. 1. nominatur, & Tertulliano, qui meminit H. offidij Genæ poetæ.
113 ver. ultimo, curru.
120. uer. 18. *ñv.*
124 ver. 5. quedam.
ver. 9. incipiente co.
ver. 14. a fine, *ñv.*
125 in altera parte primi denarii; A. H. A. L. A.
126 ver. 15. ex Manlia Torquato, rum gente in Ianianam familiam.
127 ver. 6. tertius.
ver. 7. a fine, *ñv.*
128 ver. 2. dele hec.
ver. 8. dele, sexus et scribe, quis est.
130. ver. 11. *ñv.*
131 ver. 14. a fine Brucium Albinum etiam.
ver. 9. a fine, D. Brucius Albinus.
ver. 6. a fine, *ñv.*
138. ver. 6. *ñv.*
ver. 20. a fine, c. Licinius.
143 ver. 4. in quorum secundi.
144 ver. 3. primus tabellae.
145 ver. 13. triones.
153 ver. 16. a fine, Poenæ.
155 ver. 8. *ñv.*
157 ver. 7. a fine, T. R. O. I. I. I. V. I. R. ita enim est in omnibus nummitatibus.

159 ver. ultimo in quo alterum prænominem.
161 ver. ultimo, faciundis.
165 scrib. Maclius ubiq; & ver. 12. a fine doto, & sextum aetrum.
166 ver. 1. C. Mucium.
ver. 14. vi trauio.
175 In altera parte secundi denarii, QVINCTILIANVS, utultimo, ludi aliquando dictabantur.
182 ver. 2. *ñv.*
186 ver. 7. *ñv.*
201 ver. 2. a fine, sua fratrisq.
207 ver. 16. a fine, ad ea cum.
210 Ver. 6. *ñv.*
211 ver. 14. LIBERO PATRI.
213 ver. 5. a fine, *ñv.*
221 ver. 4. a fine, lib. xxix.
222 ver. 10. Lanuino.
223 ver. 7. a fine, capras, pro. hircos; nau. gefari solitos quodam capis scissile, docet Martialis 11.
gefari in his nisi definis Aedi le capris.
229 ver. 9. a fine, antiquitaris.
230 ver. 3. a fine, Romæ.
233 ver. 17. nusquam reperitur, nulli forte *ñv.* siue, Brutus, a loco ita nomine Suræ.
243 ver. 7. *ñv.*
246 ver. 5. Fortuon populi Roma ni, quatuor, Fortuna populi Romani, ijs notis indicari possit.
248 ver. 11. a fine, *ñv.*
249 ver. 15. demonstrauit.
251 ver. 2. a fine, Lemoniam.
255 ver. 13. a fine, *ñv.*
A. H. A. L. A.
256 ver. 4. a fine, sertorius.
257 ver. 10. a fine; signatum.
259 ver. 11. a fine, premotetur.
265 ver. 4. a fine, Cimbriorum.
270 ver. 15. a fine, Asculum.
280 in altera parte tertii denarii decib. P. A. N. S. A.
ver. 1. secundus huius tabellæ denarius.
ver. 4. primus denarius.
ver. 13. deles ea.
ver. 6. a fine, *ñv.*
281 in altera parte secundi, & tertii denarii, EX. EA. P. Q. S.
ver. 7. a fine, Silius.
282 ver. 4. prima.
288 ver. 5. refectio.
292 ver. 5. elegia.
294 ver. 9. P. S. caerulea.
ver. 3. Flaminino.
ver. 17. D. C. C. X. L. I. I.
294 ver. 15. a fine, gallieno.
295 ver. 13. a fine, C. I. O. X. C. C. I.
ver. 5. a fine, D. C. C. C. I.
295 ver. 2. Praesiana, seuerus.
296 ver. 4. Punicanus.
ver. 9. Vato, &c.
ver. 11. propinquum stium.
ver. 14. a fine, M. F. Gemino.
297 ver. 1. aduersus.
ver. 17. Caecar T.
298 ver. 5. Mamericorum.
ver. 7. & scaturum.
ver. 5. a fine, Equitum fecit.
299 ver. 2. Hypido.
ver. 6. a fine, Paulos.
300 ver. 19. a fine, & C. D. L. X. X. I.
ver. 17. a fine, annum conful.
ver. 5. a fine, i. t. tantum.
301 ver. 13. scaulae.
ver. 18. a fine, diu.
ver. 11. a fine; cum c. N.
ver. 11. a fine, traxisse perfunus.
302 ver. 10. a fine, D. C. X. X. I.
303 ver. 23. decoravit.
304 ver. 3. Tullij.
305 ver. 5. a fine, siue Antonem.
306 ver. 10. C. Florus.
ver. 11. de Poenæ.
307 ver. 8. a fine, cum p.
308 ver. 2. a fine, C. D. illio.
309 ver. 18. a fine, filia. M.
ver. 10. a fine, Poenæ.

310 ver. 12. Caefar nile.
ver. 15. conful. V. I.
ver. 18. folo imp.
ver. 16. a fine, D. C. C. C. L. X. I.
ver. 2. a fine, Comazon.
311 ver. 4. a fine, aliquor.
312 ver. 16. disciplinae.
313 ver. 4. a fine, Ambo cōsules.
314 ver. 7. Ahenobarbum; luſtum.
ver. 18. Mithradato.
315 ver. 4. spinthera.
ver. 14. sicilis.
ver. 3. a fine, simplex cum C.
316 ver. 2. Secundus.
ver. 15. suffice ferunt.
320 ver. 9. a fine, tres haec.
321 ver. 21. Appius cos.
322 ver. 16. a fine, ostenderunt.
323 ver. 5. a fine, M. Marcellus.
324 ver. 2. adoptione, plebeium.
ver. 4. a fine, ornamenti.
327 ver. 18. an cos.
ver. 20. Mamercino II.
328 ver. 4. fuit. sextum.
330 ver. 4. Poenæ.
332 ver. 1. appellatur.
333 ver. 17. a fine, quod eum.
335 ver. 17. a fine, post quatuor annos; & an. D. C. L. H. legatus.
ver. 16. a fine, & an. D. C. L.
ver. 14. a fine, Calpurnio.
340 ver. 13. caeli fun.
341 ver. 16. patricio, minor.
345 ver. 8. Licinius iacet.
347 ver. 5. Lusco. Censor.
ver. 9. C. N. F. C. N. M.
ver. 15. Illureis.
ver. 14. a fine, an. D. X. L. C. Claudio.
348 ver. 10. Hupsæo.
ver. 17. a fine, Fulvii Macrænus & Macrianus sun.
ver. 2. a fine, ejus te.
349 ver. 14. Furius.
350 ver. 15. delectu, & edictorisori;
ver. 24. Tiburibus.
ver. 14. a fine, an. D. C. X. X. I.
351 ver. 1. Furia sabina.
ver. 8. a fine, CAESARVM.
352 ver. 19. cum Pontinecum.
ver. 12. a fine, Octaviae minoris (alias maioris).
355 ver. 11. a fine triumphum.
357 ver. 4. C. D. L. X. X. I.
ver. 7. intentio.
ver. 26. filium ita.
358 ver. 16. cauffa.
359 ver. 13. exaginat.
360 ver. 6. Proconfus.
ver. 8. Vibis.
ver. 12. quarto cum.
ver. 15. fexcentelimo.
ver. 22. Pontifici.
ver. 32. Brutii.
361 ver. 3. ac Bruti.
ver. 24. Nerua.
363 ver. 26. incumbenter.
365 C. pro. c. in multis nominibus scribendum, & postea saepè.
366 ver. 43. Decimus, pro. n. Diu.
ver. codem, cos. pro. Mos.
ver. 17. a fine, & uillæ.
ver. 6. a fine, in margine scri.
ver. 1. V.
367 ver. 30. deles. C. R. A. S. O. R. V. M.
ver. 18. a Licino.
ver. 23. T.
ver. 20. à licetis.
ver. 38. D. C. L. X. X. I.
ver. 22. Cenforij.
ver. 1. A. Nerua.
ver. 15. a fine, gelisile.
ver. 2. a fine, absoluta postea.
ver. ultimo tradierunt.
ver. 41. Afellum.
368 ver. 1. dele. C. R. A. S. O. R. V. M.
ver. 19. monumenti.
369 ver. 16. filia. ex.
ver. 17. appellatio est.
ver. 10. a fine, L. I. V. I. A.
370 Ver. 26. Cauſam.
ver. 10. Punicum ambo.
371 ver. 3. Thracia.
ver. 2. biennio.
ver. 12. perniciem.
ver. 20. a fine, effet, Augustus duxit.
ver. 29. post.
F. I. N. I. S.

Ver. 14. a fine, Libo.
ver. 30. uero ſuum.
ver. 8. a fine, expiatione.
Ver. 42. C. L. I. X.
ver. 12. a fine, Comazon.
372 ver. 35. Tricipitinus.
ver. 19. Ad hæc.
ver. 36. tribunus.
ver. 21. Galbae.
ver. 1. sequor.
373 ver. 2. fuisse occisum.
ver. 12. LVTATIA.
375 ver. 25. Corinthum.
ver. 11. Misridatatem.
ver. 27. prouepotem.
ver. 20. a fine, Achaicam.
376 ver. 32. Aequis.
ver. 10. fortior.
377 ver. 4. I. X.
ver. 17. Imperiosum.
ver. 12. figendi.
ver. 6. a fine, ex equo.
ver. 36. conful.
379 ver. 1. ille.
ver. 18. Citeriore.
ver. 19. triennium.
ver. 23. in aerarium.
380 ver. 20. in eis, pro meis.
ver. 8. a fine, verit. in.
381 ver. 36. uixerant.
ver. 21. dclci, PHILIPPI.
ver. 2. auctor ut.
ver. 4. condidit.
ver. 8. Praetori.
ver. codem, nupis.
ver. 13. suerius.
ver. 16. Gellia.
ver. 19. prænomine. Prior.
ver. 10. a fine, dele, REBES.
383 ver. 8. a fine, C. O. S.
384 ver. 11. a fine, MINVCA.
ver. 2. a fine, in marg. I. L. In codem anno poſt superiorum feſto.
385 ver. 37. Thracia.
ver. 7. a fine, inueni.
387 ver. 2. exornauit.
ver. 1. in marg. adde. III.
388 ver. 20. NAVTIA.
389 ver. 7. a fine, DCXV I.
ver. 4. a fine, exercitu.
390 ver. 30. Acenea.
391 ver. 31. minus.
ver. 5. a fine, appellat.
392 ver. 36. fuit cum K.
393 uer. 1. Cratibus.
uer. 2. Publicolam.
uer. 18. Papilius, pro. Fusius.
uer. 10. a fine, collegis.
394 uer. 11. Brutieis.
uer. 5. Caii.
uer. 4. fugatuſ. est.
uer. 28. verlinis.
uer. 7. a fine, cumque.
uer. ultimo, Tullio Crispino.
396 uer. 16. Regillensi.
uer. 21. Cartaginensis.
uer. 12. a fine, Hypsacis, siluanus.
uer. seq. Primus C. Proculus.
uer. 4. a fine, Mamericino.
uer. 24. quadrigentesimali.
uer. 2. Mamericino. II.
uer. 16. tertiodecimali.
uer. 20. et. Milutus.
uer. 8. a fine, Milone, & Q.
uer. 5. a fine, tertiodecimali.
uer. 3. terriodecimali.
uer. 21. Caefare.
uer. 16. Numantianam.
uer. eodæ annum pro annos.
uer. 20. annos XXIX.
399 uer. 5. ijs. qui.
uer. 4. stranguinis.
uer. 9. A. Plautius.
uer. 16. & ter.
400 uer. 27. Clodium Pulchrum.
uer. 7. qua.
uer. 30. Cn.
uer. 16. a fine, porcius.
uer. 36. conflem.
uer. 43. iniufis.
401 uer. 7. sufficius.
uer. 43. seruilio.
402 uer. 20. superficiis.
uer. 5. a fine, T. Vergilio.
403 uer. 11. annulus.
uer. 13. iufit.
uer. 12. suffis. *uer. ultimo, desiderantur alia.
F. I. N. I. S.

R E G E S T V M.

★ A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T
V X Y Z. A a B b.

Omnis sunt terniones; præter ★, qui est duernio, & A a, quaternio, & B b, folium tantum.

Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Mm Nn Oo Pp Qq Rr.

Omnis sunt duerniones, præter R r, qui est ternio.

Sono fogli num. 107.



R O M A E,

Impensis haeredum Francisci Tramezini.

Apud Iosephum de Angelis.

M. D. LXXVII.

Líbro de medallas

AS.

A su Muy Ilmo Señor duq.
de Villalba Señor y conde de Alburquerque
que su M. Señor qz.

FF FF FF FF

SS SS SS SS

AS. A su M. Señor duq.
de Villalba Señor y conde de Alburquerque
que su M. Señor qz.

